
chi l'a pi 'd fil farà pi 'd teila

DE SCRIPTORIBUS

Venerabilis Domûs Divi JOSEPHI CLERICORUM REGULARIUM Urbis Panormi,

QUI DE REPUBLICA LITERARIA
Optimè meriti fuêre operibus suis, quæ ad communem
Christiani Orbis utilitatem typis evulgarunt,
vel evulganda reliquêre.

OPUS EX VARIIS COLLECTUM AUCTORIBUS, pluribusque Elogiis illustratum, Syllabis copiosissimis, Carminibus, & Indicibus locupletatum, nec non alphabetico ordine dispositum, ac concinnatum.

AUCTORE
D. CAJETANO MARIA COTTONO
PANORMITANO
Ejusdem Congregationis Clericorum Regularium
Presbytero.



PANORMI M.DCC.XXXIII.
Ex Typographia Angeli Felicella.

SUPERIORIBUS ANNUENTIBUS.



Illustrissimis & Excellentissimis

DOMINIS

MODERATORIBUS

IMPERIALIS

COLLEGII NOBILIUM

URBIS PANORMI,

Dominis Mæcenatibus Amplissimis.



CAJETANUS MARIA COTTONUS C. R.

Perpetuam felicitatem.



Uæ de Theatinis Scriptoribus Venerabilis Domûs Divi Josephi e variis excerpta Auctoribus fragmenta, sive monumenta, in unum congessi volumen, publici facturus juris, congruum sanè consentaneumque duxi, Vestri Nominis cohonestamento fulcire, Illmi & Excmi Domini: *ut scilicet Patrociniis Vestris munita, amplissimis Dignitatum Vestrarum characteribus insignita, Nobilitate, sapientiâ, cæterisq. Virtutum Vestrarum nitoribus illustrata nonnihil splendoris nanciscerentur & gloriæ. Debebatur equidem Vobis hoc*

qualecunque obsequii mei vectigal, gratiq. animi pensum; nec ulli æquiùs opus hocce de Theatinis Scriptoribus, qui de Republica Literaria optimè meriti fuêre, devoveri, consecrarique poterat, ac debuerat, quàm Vobis, Amplissimi Domini, eisdem Religiosis viris non tam generis nobilitate, quàm sanguine etiam conjunctissimis, a quibus eorum Religio accepta refert tot præsidia, & condecoramenta. Enimverò si inter alia Beneficentiæ Vestræ documenta recensere hìc vellem insigne illud Benevolentiæ Vestræ argumentum, quo nuperrimè memoratos Patres ad Nobilium Imperialis Collegii regimen præ multis aliis Religiosorum cœtibus selegistis; eosque tot honorificis, iteratisque invitamentis ad id compulistis: statim me imparem ad condignas Vobis gratiarum vices rependendas fateri deberem. Quod si postea a beneficiis in Theatinum Ordinem collatis excurrerem ad ea, quæ in communem Patriæ Vestræ, totiusque Siciliæ utilitatem moliti estis; proculdubio in immensum cresceret laudum seges, possemq. citrà assentationem usurpare vulgare illud effatum: Inopem me copia fecit. *Et quis unquam emeritis valet extollere præconiis, quæ & quanta in subsidium literarum, ac pro bona Nobilium Puerorum educatione evolvistis animo, opere tandem implestis? Quis exigua hac in pagina enumerare potest immensos labores*

Ve-

Vestros, ingentes sumptus, quos in erectione, ornatu, ac supellectili Imperialis Collegii insumpsistis, impendistis? Quis denique enarrare quit singularem vigilantiam Vestram, sedulamq. curam, quas geritis in provehendis Nobilibus Studiosis ejusdem Collegii ad scientiarum omnium, virtutumq. moralium culturam?

Sanè quod prisci Siciliæ proceres, ac primaria hujus Regni Capita aggredi retroactis temporibus præ nimia arduitate negotii minimè sunt confisi; hoc Vos, Amplissimi Domini, longè illis sagaciores, sapientioresque, superatis priùs innumeris, iisdemque immensis difficultatibus, quæ sese initio operis objiciebant, ad optatum finem, præter communem omnium expectationem deduxistis, nimirùm præfatam Imperialis Collegii erectionem perfecistis, in qua januam, viamque aliis patefecistis, ut proinde non hujus tantùm, sed & alterius Collegii fundatio Vobis jure meritò tribuenda sit.

Porrò Imperiale Collegium, scientiarum omnium Athenæum, Vestræ inquam Beneficentiæ perenne monumentum sub faustissimis auspiciis, ac validissima protectione CAROLI VI. *Augustissimi Cæsaris ante quatuor annos inchoatum, iterumq. ejusdem nutu, & auctoritate erectum, eo felici successu continuatum, auctumque est nova semper accessione, & incremento Nobilium Adolescentium ex*

pri-

primariis hujus Regni familiis, & ex præcipuis Siciliæ Civitatibus ad illud certatim convolantium, ut nihil ipsi ad omnimodam ejus perfectionem desiderari posse videatur. Quodque Divino opitulante Numine, cujus peculiari auxilio noscitur plantatum, & cujus etiam Providentia gubernatur, ad majora semper in dies exscrescet sapientiæ culmina, honorum fastigia, spirantibus tamen secundis auris Patrocinii Vestri, ac Vigilantiæ, a quibus omnia fausta, & prospera sibi pollicetur.

Qua de causa omnes quotquot ex hoc Trinacriæ Palladio futuri sunt, vel exurgent eximii viri omnigenâ literaturâ, & eruditione referti, tot sanè erunt Beneficiorum Vestrorum præcones. Quot Rhetores, & Eloquentiæ Candidati, tot Nominis Vestri cultores. Quot Philosophi, ac Theologi, tot Gloriæ Vestræ propugnatores. Quot denique Præsules, & Operarii in Vinea Domini, tot Incolumitatis Vestræ exoratores.

Pergite itaque eos fovere Munificentiâ Vestrâ, Paterno affectu, ac Benevolentiâ; meque licet inter Clientes Vestros omnium minimum, Patrocinio Vestro tutamini. Dum interim profusis ad Cœlum votis Deum enixim precor, ut Vos sospites semper, & incolumes velit, faxitque ad perennem Stirpis Vestræ gloriam, Patriæ felicitatem, Theatinæque Congregationis decus, & presidium.

BE-

BENEVOLO LECTORI.





Æpè mihi ſtudioſos adoleſcentes, tyroneſque Congregationis meæ inſtituenti, eoſque ad majorum exempla ſectanda ſedulò adhortanti, occurrit ſermo de nonnullis Religioſis Viris pietate, & doctrina eximiis, qui literariis laboribus ſuis, ac vigiliis S. JOSEPHI Domum hujus Urbis Panormi ſingulariter illuſtrarunt. Cùmque arrepta occaſione præclaras eorum virtutes, nec non merita in Rempublicam Chriſtianam imitanda illis frequenter proponerem; rogarunt me, ut uberiorem notitiam de iis, aliiſque celebrioribus præfatæ Domûs hominibus ſcripto eis traderem. Quapropter aliqua illuſtrium virorum monumenta, quæ præ manibus habebam, in unum congeſſi volumen, eiſque ruditer exarata exhibui. At verò cum paulò poſt adverterim ea non parum emolumenti, & profectûs eis afferre, facturum me operæ pretium exiſtimavi, ſi quæ privatè illis digeſſeram in publicam emitterem lucem. Quo quidem labore poſſem omni tempore virtutis amorem, ardoremque illis inſtillare. Hac de cauſa ex omnibus Religioſis Viris præfatæ Domûs quinquaginta duntaxat Scriptores tibi ſubjicio, amice Lector; qui licèt numero pauci ſint, ſi tamen cum mortuis, ac viventibus ejuſdem Cœnobii conferas Patribus; pauci minimè dicendi ſunt. Etenim ab exordio erectionis ſuæ, hoc eſt ab anno 1602. ad hæc uſque tempora Ven. S. JOSEPHI Domûs, non amplius quàm octoginta ſupra centum enumerat filios, e quibus nonnulli præſtantis ingenii, ac magnæ expectationis adoleſcentes in ipſo floridiori ævo, intempeſtivo mortis ictu perculſi, optimam quam de ſeipſis ſpem præclara eorum indoles pollicebatur, crudele fatum ademit. Cujuſmodi fuêre inter alios Joſephus Bareſius, Vincentius Vaſſallus, Franciſcus Platamoneus, Vincentius Statella, & Dominicus Gravina. Alii vix Diaconatûs Ordine inſigniti, ferali libithinæ falce intra florentem juventam reciſi ſunt: ut præ aliis Bonifacius Joppolus, Emmanuel Cajetanus Fardella, Joannes Baptiſta Platamoneus, & Hieronymus Septimus, ſinguli eximii juvenes non ſolùm morum probitate, ſed & Philoſophicis, ac Theologicis ſcientiis ſummoperè commendandi. Alii quoque poſt ſuſceptum Presbyteratûs Ordinem ad cœleſte præmium vocati in ipſa ætatis ſuæ meridie occubuêre: inter quos Matthæus Vaſſallus, Joannes Pilus, Franciſcus Opezzinga, Sylvius Spi-

nellus,

nellus, & Thomas Mastrillus, de quibus specialis erit sermo in libro de Viris Illustribus ejusdem Domûs, utpote sanctimoniæ laude, & omnimoda eruditione conspicuis. Alii denique eminentis doctrinæ, & omnigenæ literaturæ viri, licèt ad senectutem usque pervenerint, reluctante tamen egregia eorum humilitate, quâ meliores aliis esse maluerunt, quàm videri, nullum penè opus typis mandandum curarunt: cujusmodi sunt Joannes-Antonius, & Hieronymus Rovere, germani fratres, Franciscus Marchesius, Petrus Cajetanus Orioles, Josephus Augustinus Castellus, & Lucius Crescimannus, aliique. Quare reliqui, qui ex recensito superiùs numero supersunt, si aliquos ex viventibus demas, hi potissimùm gravioribus addicti studiis, atque animarum lucris incumbentes, quæ in illarum profectum, utilitatemque conscripsêre, eadem pro publica legentium commoditate, vel typis consignarunt, vel si quæ morte præventi, evolgare nequiverunt, omnibus numeris absoluta reliquêre, ut volventi S. JOSEPHI Archivium patebit. Quorum Doctorum nomina, opera & gesta ex variis collecta a me Auctoribus, congesta tibi exhibeo in hoc volumine. Hic tamen admonitum te velim, me nonnullos ex Theatinis Scriptoribus quamvis in diversis Siciliæ civitatibus nati sint, quia autem Clericorum Regularium Congregationi in prædictis Divi JOSEPHI Ædibus nomen dederunt, vel inibi per totum ferè vitæ cursum ad mortem usque commorati sunt; ubi pariter studia sua confecerunt, & præcipuos labores pro Deo, pro Religione, & proximorum salute exantlarunt; idcirco a diuturno inibi domicilio, non immeritò inter ejusdem Alumnos, & Scriptores recensendos esse duxisse. His ad tui notitiam præmissis, Deum pro me ora, & vale.




D. PLA-

D. PLACIDI MARIÆ JUNIORIS VANNI C. R.

DE THEATINIS SCRIPTORIBUS

Ven. Domûs S. JOSEPHI Urbis Panormi

CARMEN.



Lma Patrum series, cujus spectata per Orbem
Gesta micant; meritò cunctis præstantior ævis.
Quam genuit felix Triquetræ regina Panormus,
Et domus eximia ingenui nutrivit JOSEPH.
Tanta Thienæi soboles mandata parentis
Corde tenax servans, sanctique simillima Patris,
Omne opus egregium, & tot miranda patravit;
Ut nitor & Regni fuerit, Patriæque decorum.
Innocua hæc vixit, ceu lux purissima, claustris;
Unde micans radios operosa effudit ubique.
Virtutum postquam decoravit munere mentem,
Vocibus insistens sacris, summoque labore
Ardua facta tenens, bellum condixit Averno.
Perpetuasque ferens justo certamine palmas,
Diripuit Satanæ imperium, vinctasque resolvit
Innumeras animas, retulit cœloque solutas.
Quæ documenta dedit scriptis, sacrisque palæstris
Laudibus extollit sapientûm cœtus ad astra.
Qualis amor Patriæ, qualis fraternus & ardor!
Sive fames populos mandit, vel pressat egestas;
Dextra Thieneidûm cunctis alimenta ministrat.
Siveque pestifero languescunt corpora tabo,
Corporis atque animæ præbet festina medelam.
Urbs vel in arma ruit dum plebs irata fremescit,
Dictis corda piis lenit, redditque quietem.
Aut dum terra tremit, titubant cum civibus Urbes,
Labentes animos solidat, reparatque ruinas.
Sancta fides, gentisque salus dum pectora flammant,
Et pedibus divinus Amor talaria nectit,
Per Gurios, Phasides, Persas, Indósque remotos,
Postera terrarum Bornei & barbara regna
Nomen ubique vehit, sanctam legemque Tonantis.
Talia cùm sensit mirata est Urbs sancta Quiritum.
Claviger omnipotens cœli, sanctæque Tiaræ,
Purpureusque chorus: Reges, Proceresque, Senatus
Eximia illustrant fidei tot laude ministros.
Et tandem pietate potens fortissima Christi
Sacra phalanx, postquam devicit Tartara, & Orbem;
Nunc canit emeritos cœlis sine fine triumphos.

APPROBATIO, & FACULTAS
Præpositi Generalis Ordinis.

JUssu Reverendissimi P. D. Josephi Mariæ Brembati nostri Ordinis Præpositi Generalis; perlegimus opus hocce, *De Scriptoribus Ven. Domûs S. Josephi Clericorum Regularium Urbis Panormi* &c. a P. D. Cajetano Maria Cottono ejusdem Ordinis Presbytero, ac Theologo compositum; in quo non modò non offendimus quidquam, quod lædere pias aures, aut mores posset, verùm plura præclaræ sanctimoniæ exempla, pietatis monumenta, actionesque illustres, ac pia opera in eo reperivimus; quæ certè si benè perpendantur, cunctis legentibus proderunt vel ad virtutis æmulationem, vel saltem ad fidelium ædificationem. Unde dignum illud putamus, quòd publicam lucem aspicere valeat. Datum Panormi in Ædibus Divi Josephi die 20. Decembris anno 1731.

D. Jacobus Gravina Cler. Reg. S.Theol. Lector, Vicarius ejusdem Domûs, ac SS. Inquisitionis Qualificator, & Consultor.

D. Joseph Buglio Cler. Reg. S. Theol. Professor.

D. JOSEPH MARIA BREMBATUS
Præpositus Generalis Cleric. Regul.

HOc opus inscriptum: *De Scriptoribus Ven. Domûs S. Josephi Cleric. Regul. Urbis Panormi*: a P. D. Cajetano Maria Cottono compositum, & juxta assertionem Patrum, quibus id commisimus, approbatum: ut typis mandetur, quoad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes literas manu propria subscripsimus, & solito nostro sigillo firmavimus. Neapoli 12. Januarii 1732.

D. Joseph M. Brembatus Præp. Gen. Cler. Regul.

D. Joannes Petrus Daniele C. R. Secretarius.

APPROBATIO, & FACULTAS
Ecclesiasticæ Potestatis.

QUod Achilli olim invidebat Alexander, nactum scilicet celeberrimum Homerum præclarè a se gestorum disertissimum laudatorem, idem clarissimis Viris ex inclyto simul, ac nobilissimo Clericorum Regularium cœtu, qui Theatini audiunt, profectò contingeret, si cœlestes animos, eosq. præcipuè, qui vel dum in vivis agerent, fluxæ mortalium gloriæ supremum remiserant nuntium, humanæ cupido laudis incesseret. Obstupescerent siquidem præclari illi Theatinæ Congregationis Scriptores, quos innumeros per totum qua latè patet Orbem de se optimè meritos Ecclesia suspicit, qui tam feliciter solis Panormitanæ Domûs Auctoribus cesserint labores sui, ut eruditissimum Virum non minus ingenii magnitudine, quàm generis nobilitate conspicuum Rev. P. *D. Cajetanum Mariam Cottonum* prælaudatæ Congregationis Presbyterum, qui eorum nomina ab interitu vindicaret! Hæc illi quidem, & meritò. Ego verò, ut partes injuncti mihi muneris

exi-

exigunt, opus in eam rem ab eodem Auctore lucubratum, videlicet: *De Scriptoribus Ven. Domûs Divi Josephi Clericorum Regularium Urbis Panormi* &c. cùm attentè revolverim, Orthodoxæ Fidei, honestisq. moribus promovendis aptissimum, in eam sententiam spontè concedam, ut asseram: apud æquos rerum æstimatores versatum iri in ancipiti: cui nam majores laudes, simul & gratias literaria Respublica referre debeat, iis ne, qui tam sapienter scripserunt, an verò ei, qui illorum scripta minimè fabulosus Prometheus ingenii sui face ad vitam non minus revocat, quam illustrat ad gloriam? Disceptabitur istud, & sanè dulcissimè; illud verò extra omnem aleam erit: modestissimum Auctorem, dum unò patriæ suæ, suique Ordinis amore percitus alienos profert labores, id unum obtinere non posse, ut in aliorum eruditione suam, eamque omnigenam, qua oppidò pollet, minimè prodat.

Ex Seminario Archiepiscopali duodecimo Kal. Martias 1733.

Benef. Doct. D. Laurentius Migliaccio in eodem Seminario Studiorum Præfectus, Illmi, ac Revmi Dni Archiepiscopi Pan. Theologus, & Examinator, Sancti Officii Advocatus, ac Librorum Censor.

Attenta supradicta Approbatione imprimatur.
Sidoti Vic. Gen.

APPROBATIO, & FACULTAS
Sæcularis Potestatis.

OPus, cujus titulus: *De Scriptoribus Ven. Domûs S. Josephi Clericorum Regularium Urbis Panormi* &c. ab Adm. Rev. Patre D. Cajetano Maria Cottonò Clerico Regulari Panormitano compositum (cujus singularem doctrinam, prudentiam, lucidissimique ingenii fœcunditatem eximiis laudum præconiis Poloniæ Regnum, & præsertim Leopolis totius Russiæ Polonicæ metropolis exornavit, maximoque in honore, & pretio habuit, ubi à Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad erudiendos Armenos, Ruthenosque, cum facultatibus Apostolici Missionarii allegatus fuit) non sine animi voluptate, & admiratione attentè legi, & evolvi ex commissione Illustrissimi Domini Marchionis D. Casimiri Drago in hoc Siciliæ Regno vigilantissimi M. R. C. Præsidis, ac Locumtenentis Magistri Justitiarii. Quo quidem in opere cùm nihil deprehenderim, quod Regio Juri, Regiisque Pragmaticis adversetur; dignum puto, quòd publicam lucem aspicere valeat, ad supremum hujus felicis, fidelissimæque Urbis Panormi ornamentum, & ad clarissimum Clericorum Regularium nobilissimæ Religionis splendorem. Sperans hocce opus tam diligenter, eleganterque dispositum, tot habiturum fore laudatores, quot invenerit lectores. Datum Panormi die vigesimasecunda Novembris 1733.

Abb. D. Cajetanus Barone S. T. ac U. J. D. Sanctæ Metropolitanæ Panormitanæ Ecclesiæ Canonicus, & Beneficiatus, SS. Inquisitionis in hoc Siciliæ Regno Consultor, & Qualificator, ac Orthodoxæ Fidei Reorum in carceribus detentorum ordinarius Advocatus, Censor librorum, &c.

Attenta supradicta Approbatione imprimatur.
Præses Drago.

PROTESTATIO
AUCTORIS.

CUm in hoc volumine Theatinorum Scriptorum enarrare opus mihi fuerit virtutes, miracula, visiones, prophetias, & alia hujusmodi, quæ sanctitatem redolere videntur, de aliquibus Theatinis Patribus a Sancta Ecclesia in Beatorum fastis nondum adscriptis; ideò inhærendo Decreto Sanctissimi Domini Nostri Urbani VIII, ac Congregationis Sanctæ Romanæ Universalis Inquisitionis, Lectori meo protestor, ut supradictis virtutibus, miraculis, &c. nullam aliam præstet fidem, quàm historicam, & humanam, non verò illam, quæ à Sanctæ Sedis auctoritate, & definitione certò desumitur: sciatque in elogiis, & laudibus prædictorum Patrum nullum me gradum ponere ad eorum beatificationem promovendam.



INDEX

THEATINORUM SCRIPTORUM VEN. DOMUS S. JOSEPHI Cler. Regul. de quibus in hoc Volumine.

IN-

INDEX

SUMMORUM PONTIFICUM, S.R.E. CARDINALIUM, Patriarcharum, Primatum, Metropolitarum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, Fidei Quæsitorum, aliorumq. Ecclesiasticorum Virorum, penes quos Theatini Scriptores in hoc libro laudati magno in honore, & æstimatione fuerunt.

Fer-

Ferdinandus de Bazan Archiep. Panorm.
Franciscus Harlæus Archiep. Rothomagensis.
Franciscus Ramirez Archiep. Brundusinus, & Episcopus Agrigentinus.
Hyacinthus Libellus Arch. Avenionēsis.
Joannes Caramuel Arch. Hydruntinus.
Joannes Roanus Arch. Montisregalis.
Joannes Torresiglia Arch. Montisregalis.
Joannes Skarbek Arch. Leopoliensis.
Joannes Franciscus Nicolai Arch. N. N.
Joannes Tobias Augustinovvicz Arch. Leopoliensis Armenorum.
Josephus Cicala Arch. Messanensis.
Leonardus Marsilius Arch. Senensis.
Martinus de Leon, & Cardenas Arch. Panormitanus.
Matthæus Basile Arch. Panormitanus.
Prosper Bottinus Arch. Myrensis.

Nuntii Apostolici 6.

NUntii Apostolici Hispaniarum 4.
Poloniæ 2.

Episcopi 16.

ALexander Burgos Episc. Catanēsis.
Aloysius Lollinus Episc. Bellunēsis.
Andreas Opalinski Episc. Posnaniensis.
Antonius Vaira Episcopus Adriensis.
Athanasius Szeptycki Episc. Leopoliensis Ruthenus.
Carolus Maigrot Episc. Cononensis.
Constantinus Szaniavvski Episc. Cracoviensis.
Henricus Borbonus Episc. Metensis.
Joannes Antonius Capiblancus Episc. Syracusanus.
Joannes Felix Szaniavvski Episc. Capsensis, & Chelmensis.
Josephus M. Sauli Episc. Nauliensis.
Joseph M. Suaresius Episc. Vasonensis.
Marcus Antonius Vicentinus Episc. Fulginatum.
Sciamocmedelus Episc. in Guriele.
Paulus Pharaonius Episc. Syracusanus.
Philippus Torres Episc. Adriensis.

Prælati 5.

ANtonius Brù Judex Regiæ Monarchiæ Siciliæ.
Joannes Justinus Ciampinus.
Justus Fontaninus Clementis XI. Camerarius.
Stephanus Brancaccius utriusque Signaturæ Referendarius.
Innumeri alii Curiæ Romanæ, & Aulæ Pontificiæ Prælati.

Supremi Fidei Quæsitores 1.

JOseph Navarrus supremus Fidei Quæsitor Viennæ Austriæ.

Quæsitores S. Officii Siciliæ 8.

BErnardus Vigil de Quignones.
Didacus Garsias de Trasmiera.
Emmanuel Monge, y Amaurita.
Franciscus Antonius Diez de Cabrera.
Franciscus Joseph Crespos de Escobar.
Joannes Torresiglia.
Joannes Lopez de Cisneros.
Martinus Real.

Canonici.

CAnonici Metropolitanæ Ecclesiæ Urbis Panormi.
Augustinus Galloguerrerius Hispanus, Canonicus Berlangæ.
Franciscus de Riba Hispanus, Canonicus & Vicarius Generalis Ecclesiæ Metropolitanæ Urbis Panormi.

Parochi, sive Beneficiales.

PArochi, sive Beneficiales Urbis Panormi.

Academiarum Doctores.

LOvaniensis.
Mediolanensis, sive Affidatorum.
Panormitanæ, sive Reaccensorum.
Parisiensis, sive Sorbonæ.
Patavinæ, sive Recuperatorum.
Salmanticensis.

Missionarii Apostolici.

AUgustiniani. Dominicani.
Jesuitæ. Theatini.

Theatini Patres.

ANtoninus Diana Consultor, & Examinator Episcoporum.
Franciscus Carafa Præpositus Generalis.
Hippolytus Vicecomes Præfectus Missionum.
Michael de Leone C. R.
Salvator Gallus Præfectus Missionum.

Jesuitæ.

FRanciscus Xaverius de Ecens Hisp.
Ignatius de Zuleta Hispanus.

Patres Congr. Orat. S. Philippi Nerii.

LUcas Millinus.
Marianus Sozzinus.

Patres Reformati Indiarum.

EMmanuel S. Mariæ de Capo.

Moniales.

FRancisca de Sancta Theresia Ordinis SSS. Trinitatis.
Maria Gabriela Salomone Ordinis Sancti Benedicti.

IN-

INDEX

CÆSARUM, REGUM, PRINCIPUM, DUCUM, *Magnatum, aliorumq. illustrium Virorum, qui summis benevolentiæ signis Theatinos Scriptores in hoc libro relatos, prosequuti sunt.*

Cæsares.

Leopoldus I.

Reges 10.

Alexander Iberiæ Rex.
Carolus II. Hispaniarum Rex.
Fridericus Augustus II. Poloniæ Rex.
Ludovicus XIV. Galliarum Rex.
Petrus II. Lusitaniæ Rex.
Philippus IV. Hispaniarum Rex.
Philippus V. Hispaniarum Rex.
Rostuanus Iberiæ Rex.
Theimuratius Georgiæ Rex.
Victorius Amedeus Sardiniæ Rex.

Reginæ 4.

Anna Austriaca Galliarum Regina.
Anna Maria Austriaca Hispaniarum Regina.
Christina Svecorum, & Wandalorum Regina.
Helena Persarum Regina.

Principes Supremi 7.

Carolus Emmanuel Sabaudiæ Dux.
Cosmus Mediceus Etruriæ Dux.
Dadianus Colchidis Princeps.
Ferdinandus II. Magnus Etruriæ Dux.
Joannes Cornelius Venetiarum Dux.
Joannes Paulus Lascaris Castellar Magnus Magister Equitum S. Joanni Jerosolymitani.
Levandadianus Colchidis Princeps.

Principes ex regia stirpe 9.

Armandus Borbonius Princeps de Conty.
Constantinus Sobieski Poloniæ Princeps.
Jacobus Sobieski Poloniæ Princeps.
Joannes Austriacus Hispaniarum Princeps.
Joannes Baptista Cornelius.
Joseph Cziartorinski Poloniæ Princeps.
Philibertus Emmanuel Sabaudus.
Philippus Borbonius Aurelianensis Dux.
Medinæcœli Dux.

Principes fœminæ ex regia prosapia 3.

Adelais Sabauda utriusque Bavariæ Dux.
N. Bragantiæ Dux de Arcos.
Carignani Princeps Thomæ Sabaudi conjux.

Principes S. R. I. 4.

Alexander Lubomirski.
Boguslaus Lubomirski.
Georgius Christianus Lobkovvitz.
Carolina Henrichetta de Vallenstain Georgii uxor.

Proreges Regnorum 8.

Carolus Philippus Spinola Siciliæ Prorex.
Christophorus Corduba Comes de Sastago, Siciliæ Moderator.
Gaspar de Braeamonte Comes de Pignorada, Neapolitani Regni Prorex.
Melchior Centelles Borgia Siciliæ Moderator.
Petrus Aragonius Dux Feriæ, ejusdem Regni Moderator.
Petrus Faxardus de Zunica Marchio de los Velez, Siciliæ Prorex.
Rodericus de Costa Indiarum Orientalium Prorex.
Vincentius Gonzaga Siciliæ Moderator.

Oratores Regum 4.

Didacus Aragonius Dux Terrænovæ Regis Hispaniarum Orator.
Franciscus Sousa Regis Lusitaniæ Orator.
Hercules Turinetti Marchio de Priè Cæsareus Orator.
N. de Lahaye Galliarum Regis Orator.
Orator Venetus apud Regem Galliarum.
Orator Ducis Sabaudiæ apud eumdem.
Rodericus Mendoza Dux de Infantado Regis Hispaniarum Orator.

Palatini Regni Poloniæ 2.

Stanislaus Jablonovvski Palatinus Russiæ
N. Potocki Palatinus Belzensis.
Feliciana Sienisvvski illius uxor.

Supremi Exercituum Duces 3.

Nicolaus Adamus Sieniavvski supremus Poloniæ Exercitûs Dux.
N. Donhoff supremus Exercitûs Lithuaniæ Ductor.
Vatandorus supremus Exercitûs Gallorum Dux.

Principes Romani 5.

N. Princeps Burghesius.
N. Princeps Pamphilius.
N. Princeps Palæstinæ.
Joannes Baptista Rospigliosius.
Dux Zagarola.

Magnates, aliique Nobiles.

Magnates Hispaniarum plures.
Petrus Seguerius Magnus Cancellarius Pariensis.
Senatus Panormitanus.
Franciscus de Vigintimilliis Hieracensis-Marchio.
Almorus Delphinus Nobilis Venetus.
Comes de Foncslada Triremium Regni Neapolis Præfectus.
Comes de Mauleon Regiæ Cameræ præfati Regni Locumtenens.
Augustinus Columbus Marchio de Cavanillas a Secretis Ilatûs, & belli.
Emmanuel de Sylva Regis Hispaniarum Residens Liburni.
Alexander Baro de Nigro Liburni Gubernator.
Aliique quamplures.

IN-

INDEX

AUCTORUM, QUI EMERITIS LAUDIBUS Theatinos Scriptores in hoc libro recensitos, aut exornarunt, aut de iis honorificè meminère.

Igna-

Ignatius Luccheſius Soc. Ieſu.
Ignatius Papè Dux Iampileris.
Ildephonſus Peres.
Innocentius Raphael Savonaro-la Cler. Regul.
Ioachim Bona.
Ioannes Ægydius Trullench.
Ioannes Amatus Soc. Ieſu.
Ioannes Antonius Maſſobrius.
Ioannes Aaorius.
Ioannes Balleſter.
Ioannes Baptiſta Antonuccius.
Ioannes Baptiſta Bizozerus.
Ioannes Baptiſta Caſalius.
Ioannes Baptiſta Ciarlinus.
Ioannes Baptiſta Conſecti.
Ioannes Baptiſta Conradus.
Ioannes Baptiſta Graſſeua.
Ioannes Baptiſta de Hodierna.
Ioannes Baptiſta de Iudice.
Ioannes Baptiſta Larrea.
Ioannes Baptiſta Lezana Carm.
Ioannes Baptiſta Nævius C. R.
Ioannes Baptiſta Paronua.
Ioannes Baptiſta Piart Congr. S. Mauri.
Ioannes Baptiſta Poſſevinus.
Ioannes Baptiſta Scortia S. I.
Ioannes Baptiſta Signius.
Ioannes Baptiſta Valenzuela.
Ioannes Baptiſta Vallegius.
Ioannes Baptiſta Ventriglia.
Joannes Beltranus.
Joannes Bollandus Soc. Jeſu.
Joannes Bona Ciſterc. Card.
Joannes Bonifacius Bagatta C.R.
Joannes Cajetanus.
Joannes Capeaville.
Joannes Caramuel Benedict.
Joannes de Cardenas.
Joannes de Carthagena.
Joannes a Cochier.
Joannes de la Cruz.
Joannes Demetrius.
Joannes de Dicaſtillo Soc. Jeſu.
Joannes Dominicus Montagnuo-la Ord. Prædic.
Joannes Dominicus Ottonelli Soc. Jeſu.
Joannes Doulat.
Joannes Edlvveckh C.R.
Joannes Enriquez Auguſt.
Joannes Eſcobar.
Joannes Euphrates.
Joannes Evangeliſta a Panormo Bened.
Joannes Franc. Capiblancus.
Joannes Franc. Gemellus.
Joannes Franc. de Leone.
Joannes Franc. de Ponte C.R.
Joannes Franc. Sanna.
Joannes Franc. Suarez.
Ioannes Guttierrez.
Joannes de Hevia.
Joannes Honorius.
Joannes Juſtinus Ciampinus.
Joannes Kiene.
Joannes de Lapide.
Joannes de Lugo Soc. Jeſu Card.
Joannes Malderus.
Joannes Maldonatus.
Ioannes Maria Bertinus.
Joannes Maria Belletti.
Joannes Maria de Caſtilento Ord. S. Franciſci.
Joannes Machado.
Joannes Martinez.
Joannes Medina.
Joannes Morandus C.R.
Joannes Narbona.
Joannes Novarius.
Joannes Paulus ab Epiphania.
Joannes Paulus Lancellottus.
Joannes Pedrazza.
Joannes Perlinus.
Joannes Petrus Barchius.
Joannes Petrus Creſcentius.
Joannes Petrus Fontanella.
Joannes Petrus Moneta.
Joannes Platamoneus ex Duci-bus Belmurgi.
Joannes Præpoſitus Soc. Jeſu.
Joannes Rojas.
Joannes de Salas.
Joannes Sancius.
Joannes Tabienſis.
Joannes Tagliavia e Marchioni-bus S. Iacobi.
Joannes Valerus.
Joannes de la Val.
Joannes a Valle.
Joannes Vincentius Candia Ord. Prædic.
Joannes Wirges.
Joannes Yribarne.
Ioſeph Aldreta Soc. Ieſu.
Ioſeph Amatus C.R.
Ioſeph de Ambroſio.
Ioſeph Anglez.
Ioſeph Bartolotta Ciſterc.
Ioſeph Bernardus Caſtellucrius.
Ioſeph Bona.
Ioſeph Buccafochius C.R.
Ioſeph Danieli Comes.
Ioſeph Demetrius.
Ioſeph la Farina Baro de Hyr-roſa.
Ioſeph Galeanus.
Ioſeph Gibalinus Soc. Ieſu.
Ioſeph de Hortu.
Ioſeph de Iannario.
Ioſeph Marcheſius.
Ioſeph Montaltus Baro Milocce.
Ioſeph de Sancta Maria.
Ioſeph de Neapoli.
Ioſeph Pectius C.R.
Ioſeph Perrimezzi Epiſcopus.
Ioſeph Rocafull.
Ioſeph Silos C.R.
Ioſeph Solimena.
Ioſeph Surrentinus.
Iulianus Vivianus.
Iulius Ambr. Lucentinus Ciſterc.
Iulius Cæſar Botea Epiſcopus.
Iulius Cæſar Madius.
Iulius Cæſar Raynerus.
Iulius Clemens Scotus.
Iulius Lavorius.
Iulius Mercorus.
Iuniparus a Drepano.
Iuſtus Fontaninus.

L

LActantius Pinellus.
Lælius Zecchius.
Laurentius de Peyrinis.
Laurentius Portel.
Laurentius Zacagna.
Leander de Murcia.
Leander a SS. Sacramento.
Leo Allatius.
Leonardus Duardus C.R.
Leonardus Homodeus.
Leonardus Leſſius Soc. Ieſu.
Litta.
Lucas Bacherus Benedict.
Lucas Caſtellanus.
Lucas Florinus.
Ludovicus Bertrandus Ordin. Prædic.
Ludovicus Beja.
Ludovicus Carbo.
Ludovicus a Conceptione.
Ludovicus Lopez.
Ludovicus de Miranda.
Ludovicus Molina Soc. Ieſu.
Ludovicus Monteſinus.
Ludovicus Morerius.
Ludovicus Paramus.
Ludovicus de San Raimond. S. M. de Mercede.
Lucius Creſcimannus C.R.

M

MArcellus Megalius C. R.
Marcus Alterius.
Marcus Antonius Balducci.
Marcus Curti.
Marcus Antonius Cocchi.
Marcus Antonius Genuenſis.
Marcus Antonius Lucianus.
Marcus Antoninus.
Marcus a S. Roſalia Auguſt.
Marcus Serius.
Marcus Vidal C.R.
Maria Crucifixa a Conceptione.
Marianus Perrone Ord. Præd.
Marius Bugllo Marchio Bifaræ.
Marius Itala.
Marius Keytanus.
Martha.
Martinus Alcolea Cluniacenſis.
Martinus Becanus Soc. Jeſu.
Martinus Breſſerus Soc. Jeſu.
Martinus Bonacina.
Martinus Carillus.
Martinus Fornarius Soc. Jeſu.
Martinus Funes.
Martinus de Ledeſma.
Martinus Navarrus.
Martinus Perez.
Martinus del Rio.
Martinus Vivaldus.
Matthæus Defendius.
Matthæus Baro Scammacca.
Mauritius Alzedius.

Mel.

DE

DE

SCRIPTORIBUS

Venerabilis Domûs Divi Josephi

CLERICORUM REGULARIUM

Urbis Panormi,

Qui de Republica Literaria optimè meriti fuêre operibus suis; quæ typis evulgarunt, vel evulganda reliquêre.

AUCTORE

D. CAJETANO MARIA COTTONO

PANORMITANO

Ejusdem Congregationis Clericorum Regularium Presbytero.

A

ALBERTI FARDELLÆ

Clerici Regularis celeberrimi sui ævi Theologi

ELOGIUM I.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Biblioth. Siculæ fol. 12.



LBERTUS FARDELLA Nobilis Drepanitanus, ex Principibus Paceci, Clericus Regularis, natus anno 1620. & in Ordinem admissus Panormi 25. Augusti 1632. solemnia emisit vota Romæ 25. Julii 1637. ibique severiores disciplinas accepit, ac ita ob egregias ingenii dotes effulsit, ut eximiam in Philosophicis, ac Theologicis studiis laudem promeruerit: ideoq. anno ætatis suæ 19. Philosophiam docuit Panormi, & exinde Scholasticam Theologiam, quam pluries ibidem tradidit, eo discipulorum progressu, ut doctrinæ profunditate egregios instituerit viros ad Ordinis sui ornamentum. Galliam etiam scientiarum splendoribus illustravit; Parisiis enim easdem facultates docuit in regia domo S. Annæ. Hîc ingenii acumine primarios Parisiensis Academiæ Doctores in sui admirationem traxit, qui præter morem, pluries ad publicas disputationes accersêre: & in Theologicis concertationibus celeberrimum sibi nomen comparavit. Ibidem non sine maxima sui gloria primus omnium sententiam adinvenit, & docuit, quòd dœmones, & animæ in inferno æternis cruciatibus damnatæ, ab igne ma-

materiali torquentur per unionem hypostaticam ad ignem, ut fusius patet in Additionibus meis ad Siciliam Inventricem D. Vincentii Auria *cap.* 10. *fol.* 228. Romam regressus vix credibile dictu, quos à Magnatibus, ac S. R. E. Cardinalibus honores acceperit ob doctrinæ præstantiam: & dum ibi moras protraxit in difficillimis rerum quæstionibus ipsum frequenter conveniebant, ut inextricabiles nexus sapienter enodaret. Carolus Robertus de Victoriis Cardinalis in suum Theologum, & Confessarium Albertum delegit, & in omnibus legationibus suis, obitisque muneribus, individuum socium voluit. Eo defuncto per annos plures Theologiam docuit Romæ, & exinde Siciliam repetiit anno 1675. ut Præpositi munere Panormitanam domum S. Josephi moderaretur; ut antea ibidem aliam S. Mariæ de Catena gubernaverat. Siculæ etiam Provinciæ visitationem obivit. Concionator eximius, eloquentiâ claruit. In divinis rebus versatissimus, omnes propè Scripturæ libros insigni memoriæ vi retinebat. Instituti tenacissimus custos, virtutes egregiè coluit: morum præsertim suavitate, & singulari humilitate clarus, omnibus mansuetudinis exempla, non sine admiratione exhibuit. Tandem dum Theologicas lucubrationes, ut typis traderet, elimabat, inopinato morbo correptus, religiosè decessit Panormi 19. Januarii 1683.

Edidit ex eodem Mongitore, suppresso nomine;

Optica Invisibilium, seu veritates fidei umbrâ, & naturæ lumine exortas, per varias disputationes distinctas de Deo secundùm se. Parisiis apud Joannem Boullard ad insigne S. Genuefæ 1666. in fol.

Brieve Compendio della Vita del gloriosissimo Martire S. Mamiliano Cittadino, ed Arcivescovo della felice Città di Palermo. Panormi apud Augustinum Bossium 1658. in 8.

Novena per la Nascita della Beatissima Vergine. Ibidem apud Petrum de Isola 1681. in 8.

Nuper in lucem prodiit *Celebris Fardellæ sententia, sive quæstio de Pœna Dæmonum*, operâ Jacobi Gravinæ C. R. qui eam eruditissimæ suæ *Synopsi Theologiæ veterum Patrum* unà cum aliis quibusdam ejusdem Doctoris placitis inseruit. Typis Angeli Felicellæ 1732.

Doctissima reliquit MSS. volumina Sacræ Theologiæ, quæ lucem expectant.

SYLLABUS

S.R.E. Cardinalium, Principum, Præsulum, aliorumq. illustrium virorum, qui ALBERTUM FARDELLAM, ob ipsius doctrinæ splendorem, pietatemque eximiam, magno in honore, & pretio habuêre.

1 JULIUS S.R.E. Cardinalis MAZARINUS, mundi totius arbriter, Gallicarum Clericorum Regularium fundationum, præcipuèq. Parisiensis studiosissimus fautor, utpote Theatino Ordini addictissimus, cui vivus conscientiam, ærariaq. sua aperuit, moriens verò cor donavit; *Albertum Fardellam* Lutetiæ Parisiorum degentem, Lectoremq. Theologiæ apud suos agentem, eo apud se loco habuit, ut crebrò frui ipsius consuetudine peroptaverit: a quo eniximè exoratus, ut publicis ipsius scholasticis disceptationibus, quâ Mœcenas interesse dignaretur, non modò benignè annuit *Fardellæ* votis, lætoque, ac hilari animo disputationi adfuit; verùm demiratus tanti viri ingenii profunditatem, miramque in explicandis, resolvendisq. Theologicis quæstionibus perspicuitatem, cumulare *Albertum* quæsitissimis laudibus, ipsiusque deprædicare coram astantibus sapientiam haud prætermisit. *Ex MSS. in Archivio S. Josephi.*

2 CAROLUS ROBERTUS DE VICTORIIS S.R.E. Cardinalis amplissimus, *Albertum*, qui ob doctrinæ præstantiam a sacris ejus confessionibus, & Theologus erat, in eximiæ benevolentiæ, æstimationisque significationem, in omnibus legationibus suis, obitisque muneribus in individuum sibi comitem quamdiù vixit, ascivit. Mongitore *loco superius citato.*

3 PETRUS ALOYSIUS CARAFA S.R.E. Cardinalis, Bononiensis Legatus, *Albertum*, quâ scientiis, quâ virtutum insi-

insignibus cum primis ornatissimum, ita adjudicabat, ut eum multis retrò ab hinc annis in sacræ Theologiæ palæstra nulli secundum incorrupto planè judicio censuerit. *Ex MSS. in eodem Archivio.*

4 ADELAIS utriusque Bavariæ, & Palatinatûs Rheni Dux, Theatinæ Congregationis insignis benefactrix, quippe quæ illi Ædes, ac Templum collato ære magnificentissimè extrui Monachii curavit; *Fardellam*, cujus virtutes, & merita probè noverat, summis benevolentiæ signis complexa est: tantique fecit ipsius vitæ probitatem, ut datis ad eum literis, se suamque Serenissimam familiam ejus orationibus commendaverit. Huic Heroinæ *Albertus* in obsequii, gratitudinisque pensum, librum, quem inscripsit, *Optica Invisibilium* &c. nuncupavit. *Ex MSS. in eodem Archivio.*

5 Nonnulli Romanæ Curiæ Præsules, doctique viri, adeo *Alberti* doctrinæ soliditati, ac perspicuitati deferebant, ut eum, quo tempore Romæ commoratus est, frequenter convenire in cellam suam, consulereque in difficillimis controversiis, & quæstionibus haud detrectaverint: quibus *Fardella* inextricabiles difficultatum Theologicarum nexus summa facilitate, & mira eruditione enodabat. *Ex* Mongitore *loco citato.*

6 Denique plures magni nominis Parisiensis Academiæ Sorbonæ Doctores, qui præter morem publicis *Alberti* disputationibus interesse Parisiis in regio Templo S. Annæ Clericorum Regularium voluêre; perspectâ *Fardellæ* ingenii perspicaciâ, nec non mirâ in tuendis peregrinis sententiis, solvendisque contrariis objectis subtilitate, ac perspicuitate, eum *Subtilem plusquam Scotum* in cœtu, & corona omnium Theologorum appellare, & proclamare minimè veriti sunt. *Ex* Jacobo Gravina *inferius citando*, *& ex* Mongitore *in Add. ad Sicil. Inventricem.*



SYLLABUS

Auctorum, qui emeritis laudibus ALBERTI FARDELLÆ doctrinam exornarunt.

1 ANTONINUS MONGITORE superius citatus, Metropolitanæ Ecclesiæ Urbis Panormi Canonicus, vir de Patria præclarè meritus, ac rerum Sicularum pervestigator fidelis, in Additionibus ad Siciliam Inventricem Vincentii Auria *c.* 9. *f.* 228. loquens de Alberto Fardella, ait: *P. D. Albertus Fardella Drepanensis, ex illustrissimo Ordine Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, Theologus sublimis ingenii, recedens ab aliis Theologorum placitis* (intellige de pœna Dæmonum) *novam adinvenit sententiam, nimirum Angelos, & animas damnatorum torqueri ab igne materiali per unionem hypostaticam ad ipsum ignem*, &c. Et paulò post addit: *Hanc opinionem publicè docuit Parisiis, propugnavitque acerrimè adversus Doctores Sorbonæ, idque tanta cum ingenii profunditate, ut præcipuorum Theologorum admirationem ad se traxerit.* Et inferius subdit: *Præfatam Fardellæ sententiam paucis ab hinc annis propugnaverant Vitus Albertus Mustaccius doctissimus Magister Carmelita antiquæ observantiæ, & P. Michael Testagrossa Drepanitanus Societatis Jesu in Collegio Panormitano Jesuitarum.*

2 Ven. CAROLUS DE THOMASIIS Clericus Regularis, olim Palmæ Dux, sanctimoniæ fama celebris (de quo infra) in suis Quodlibetis Theologicis *quodl.* 1. *schol.* 8. *fol.* 20. de eo hæc habet: *R. P. D. Albertus Fardella meus a primis Philosophiæ elementis usque ad summum Theologiæ apicem præceptor amantissimus, cujus nomen absque laude, nonnisi ingratitudinis nota præterirem, cum Diis, Patribus, & Magistris, ex adagio, debitores simus. Sed quid in paucis dicam? dicerem alterum* Magnum Albertum, *si cognomine meo Thomasio aliqua magni Solis Aquinatis scintillula responderet. Solùm ergo referam, quod iste minor* Albertus *super senes intellexit, &*

sicuti parvuli semper Deum dilexit: ab anno decimonono ætatis suæ Philosophiæ cathedram doctissimè moderatus est, & me pluresque ex nostris Sacerdotes semper docuit: inque tanta ingenii prærogativa inter humillimos Clericos quotidie etiam nobis discipulis sacrum facientibus devotissimè, & peramanter ministrabat. Silebo ejus intellectûs splendorem, ejusdem voluntatis ardorem, ejus scripta, quæ quamprimùm, ut spero, in lucem proferentur, sufficienter ostendunt. &c.

3 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. in vita Ven. Caroli de Thomasiis mox laudati *n.8. f.* 16. in *Alberti* laudem pauca hæc verba facit. *P.D. Albertus Fardella, vir doctrina, & animi integritate conspicuus, qui sacram Theologiam multos annos Panormi, Romæ, & Parisiis explicavit.* Et in Propositis bene moriendi *propos.* 22. *fol.* 171. & 172. de eodem subdit. *P. D. Albertus Fardella .... cùm sibi postridie ingravesceret morbus, sese moriturum intelligens, & constanter affirmans, sacra omnia efflagitavit, religiosèque cum multa pietate decessit. Hodieque ad pictam ejus effigiem Tetrastichon hoc a me adjectum.*

Hunc Drepanum genuit: sacris Roma artibus ornat:
Subtile ingenium Gallia & ipsa stupet.
Quę docuit multos annos cũ laude Panormi,
Cudere nunc cupiens, ut bene vixit, obit.

4 JACOBUS GRAVINA C.R. in sua doctissima, & eruditissima *Synopsi Theologiæ veterum Patrum* &c. *de Divinis Nominibus fol.* 90. *num.* 180. loquens de Venerabili Josepho Cardinali Thomasio, hæc incidenter de *Alberto* subdit. *Hæc igitur est ea sententia, quam antiquorum Patrum constantem exhibet Thomasius, quamque pridem Magister suus jam exceperat, quem nimirum Roma, ubi Theologiam ille auspicatus, Panormum prodigio adventans, morituro Patri ultima soluturus, absolvendo cursui Præceptorem habuit.* Magnum *dicimus* Albertum Fardellam *Patria Drepanensem, regulari professione Panormitanum, sanguine, moribus, ac literis illustrissimum: dum summum Theologiæ Præceptorem Panormus, Roma, Lutetia, Doctoremq. excelsum Congregatio Presbyterorum Theatinorum ad medietatem elapsi sæculi singulari Dei munere recepêre. Ingenio nempe tam gravi, ac vehementi excelluit, ut nihil penè ad expugnandum sibi proposuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliserit. Dignus propterea, qui & vulgariter ubique* Monstrum, *& Parisiis totius pluries concionis calculo inter publicè disserendum* Subtilis plusquam Scotus *& dictus fuerit, & habitus; quique dum inibi plures in Theologicis declamationibus, ut mos tunc erat, obstreperent ex arbitrio objecturi expositis thesibus proprium adinventum, exilitate vocis minus auditus, eam sæpè meruit Præsidentium Cathedræ datam vocem:* Taceant omnes, audiatur Pater; *ut nimirum silentibus omnibus* Fardella *unus auscultaretur, cujus illi Doctoris nostri præ cæteris doctrinam venerabantur, ac eatenus efflagitabant. Hunc igitur, quem Mæcenas noster Thomasius magistrum habuit, & nos habere fas est.* &c. Hucusque Gravina, qui passim in præfata Synopsi *Albertum* allegat, dilaudatque.

5 MICHAEL ROMEUS Lilybœtanus Soc. Jesu Sacerdos, in libro, quem inscripsit, *la Lira a due corde*, sub anagrammatico nomine Melchioris Pomè, illumque typis subjecit Panormi anno 1722. loquens de *Alberto Fardella* in epistola nuncupatoria *fol.* 36. inquit: *Il P. D. Alberto Fardella de' Cherici Regolari Teatini, detto volgarmente il* Mostro, *per la varia vivacità dell'ingegno. Insegnò egli pubblicamente Filosofia nella sopradetta Città* (di Palermo) *d'anni non più, che diecenove. Indi passato in Parigi, fu ammirato da quelle Accademie, poscia dal Mondo tutto, e per i volumi, che diè alle stampe, e per le ingegnose, ma sode opinioni, di cui fu inventore in Teologia.*

6 PHILADELPHUS MUGNOS in Theatro Genealogico Nobilitatis Siculæ *par.* 2. in supplemento familiæ Fardellæ *pag.* 70. de eodem italicè hæc scripsit. *D. Vito Fardella Baron della Moarta fu genitore del P.D. Alberto Fardella Cherico Regolare, che siccome collo splendore del sangue, colla luce ancora dell'ingegno ha illustrato la sua Religione, e al presente vi vive fra i primi di quella; e tuttochè gio-*

giovane, dopo l'officio di Visitatore è passato al carico di Proposito in S. Maria della Catena in Palermo.

7 VINCENTIUS AURIA in libro: *Breve notizia degli Arcivescovi di Palermo pag.* 173. mentionem faciens *Alberti Fardellæ*, ejusdem verba, quæ de S. Mamiliano Archiepiscopo Panormitano in illius vita exaravit, adducit, transcribitque, atque commendat.

8 Denique HIERONYMUS MATRANGA C. R. in sua ingeniosa *Pinacotheca rerum*, quæ MS. asservatur in Archivio Bibliothecæ domûs S. Josephi, plaudens meritis, & gloriæ Alberti, ita in illius laudem cecinit.

O D E.

Apollinari concitus Entheo
Desiste Vates carmina promere.
Submissa pronum subverendos
Musa pedes jubet ire versum.
Non compta pulchris metra coloribus
Profudit atro sæpia flumine,
Rosæ verecundi pudoris,
Et niveus sine labe candor.
Stylum venustat, pagina nominis
Indigna tanti, pallet ad inclytos
Honoris & famæ decores,
Quos Siculo meritus trione.
Arcana pulsent cordis ad abdita,
Quos major amplis in penetralibus
Virtus recondit; nostra lambet
Sorte pedes meliore, penna,
Conscendet altè pegmata gloriæ,
Si tanget ipsa stoa laciniam
A Sole nostro luminosum
Umbra sequens capiet nitorem.
Ibunt citatis tempora cursibus,
Segnisque lento pulvere clepsydra
Velociori cum reflexu
Dulcisonas numerabit horas.
Nec sacra tardis curret in orbibus
Doctrina, grandis quam vehit impetus,
Quam mille fulgentem triumphis
Angelicus rotat axe Doctor.
En jam reclusum stat penes hostium
Velata pulchræ nube modestiæ,
En quærit admitti, tuumque
Prompta cupit celebrare nomen.



ANDREÆ CIRINI

Clerici Regularis Theologi, & Concionatoris magni nominis

ELOGIUM II.

Ex Francisco Maggio C.R. in Præfatione ad ipsius Cirini opus de Urbe Roma.



NDREAS CIRINUS Clericus Regularis, Messanæ Urbe nobili, & illustri admodum genere natus, propter egregiam indolem, quam vultu ipso præseferebat, puer in Clericorum Regularium Congregationem admissus est anno 1632. nuncupavitque vota decimasexta Julii 1634. Literis, & eruditione adeo profecit, eamque facultatum studiis omni animi contentione navavit operam, ut librorum heluo etiam adolescens appellaretur: dies enim, noctesque volvendis, versandisque omnium penè scientiarum scriptoribus impendebat. Sed scholasticis studiis, & exercitationibus absolutis, vix sacris initiatus, concionandi ad populum facultatem accepit; quo in munere adeo felix, ac promptus fuit, ut in Templis, ac Oratoriis ter die, quaterq. nonnunquam e superiori loco, facilè, ac eruditè peroraret. Panormi præsertim, ubi multos annos tanto hominum concursu sacrorum voluminum historias explanavit: eoque plausu semper ac fructu diebus festis audiebatur, ut aliquando cùm finem faceret, ab universo consessu publicè fuerit acclamatum, ut ulteriùs ipse dicendo progrederetur. Tantâ verò memoriæ facultate pollebat, ut quod semel legeret, aut penè libaret oculis, firmissimè retineret. Acri vir judicio, ac multo etiam consilio fuit, & nullo fastu, nulloque supercilio, ac tempestiva comitate, grataque prudentiâ, adeo omnibus admirationi habebatur, & cunctorum benevolentiam facilè sibi conciliabat, ut eum Dynastæ complurimi sæpenumerò convenirent, atque consulerent, & in Senatum gravissimis quandoque in rebus statuendis advocaretur: tantumque valuit tractandis

dis animis, ut qui se illi semel commiserat, non facilè ad alium transiisset. Interim verò tam demisso animo erat, ut ne verbum quidem ipsi, quod saperet ostentationem, exciderit: omniumque domi opinio fuit, eum tot, tantaque solùm præstitisse, ut ea satis omnia quinque non inertibus operariis esse possent. Nullam corpori relaxationem largiebatur, ac penè otium nullum. Et cùm vix esset ullum scriptorum genus, quod non diligenter evolveret; in tanto studendi ardore adeo habendis concionibus, audiendisque sæcularibus viris, qui omni hora illum petebant, nunquam satiebatur, ut crederes, ne quidem oculos ad libros eum adjicere posse. Cùm verò cibum, ac somnum quotidie studio posthaberet, ex ea laborum, studiorumque contentione, morbum contraxit: quo paulatim ingravescente, cum totius anteactæ vitæ noxas per sacram confessionem elueret: ritè a Confessario viro sanè docto, ac celebri interrogatus, num aliquid contra castitatem peccasset? *Apage*, inquit: *eamdem corporis, & animi integritatem, quam a matris utero accepi, summo Dei beneficio ad tumulum fero*. Itaque sacris omnibus procuratus tanta se animi quiete ad mortem composuit, ut verè multi, qui passim aderant, intellexerint, religiosos viros, qui aliis lucrandis incumbunt, cum vita decedunt, quasi non mori, sed placidè in Domini osculo conquiescere. Ipse enim integris sensibus sese jugiter ad Dei amorem ingentibus suspiriis excitabat: & demum octavo Idus Septemb. 1664. propinquam sibi mortem præsentiens; *Eja*, inquit, *commendationis animæ signum edite*: *nam post mediam horam elapsam hinc emigrabimus*. Pulsatâ campanulâ pro more omnes interfuêre: ac lectulo circumfusi pias preces assiduè ingeminabant, ut Fratri opem a Deo agenti animam implorarent: qui tamen vegeto spiritu, ac vultu alacri Patrum verba intimè animo excipiebat. Cùm verò Christi Domini passionem ab Divo Joanne Apostolo scriptam recitari sibi propiùs instante morte rogasset, mirum fuit, quo animi sensu, quave dicendi copiâ, & vi, quodlibet ejus verbum expenderet; sed ad ea Pilati verba, *Ecce Homo*, sine hæsitatione conjecimus, illum Christi Domini sacratissimam humanitatem suis oculis quoad licuit aspexisse: nam repente decussatis brachiis supra pectus, vultuque ad omnem pietatem composito, flexoque capite, ut potuit, exclamavit: *O quàm pulcher es, mi Jesu, quàm speciosus!* Tum illud etiam amantis Dei beneficio referendum, quod ad ea passionis verba cùm ventum esset: *Et inclinato capite emisit spiritum*; ante sublatis in cœlum oculis, pièque ad crucis formam compositis brachiis, extremo anhelitu eodem fere momento temporis, non sine omnium admiratione animam exhalarit, inter illustres Theatinos viros hujus domûs S. Josephi haud immeritò collocandus. Ejus obitum communis ferè luctus excepit: ac funeri ex omni Ordine viri, ac mulieres adfuêre: adeoque populus Panormitanus, ipso die obitûs, ac postridie frequens fuit, ut vix cadaver, nisi magno impetu submotâ multitudine, efferri posset. Cùm ergo ad omne scriptionum genus prompto admodum ingenio esset, multa, & varia scripsit, sed hæc edita ab eo in lucem inveniuntur.

Variarum lectionum, sive de venatione Heroum libri duo. Messanæ apud hæredes Petri Breæ 1650. in 4.

De venatione, & natura Animalium. Panormi apud Josephum Bisagnium 1653. in 4.

De natura, & solertia Canium liber singularis. Ibidem apud eumdem 1653. in 4.

De natura Piscium. Ibidem apud eumdem 1653. in 4.

Variarum lectionum de Urbe Roma, ejusq. conditore Romulo, liber singularis. Ibidem typis Augustini Bossii 1665. in fol. Italicè verò scripsit, & edidit:

Istoria delle cause, ed effetti della Peste. Genuæ apud Benedictum Guascum 1656. in 4.

Feste celebrate in Napoli per la nascita del Serenissimo Principe delle Spagne dal Sig. Conte di Castriglio Vicerè &c. Neapoli ex typographia SS. Apostolorum 1659. in fol. cum figuris ære incisis.

Orazione nell'esequie dell'Eminentissimo Cardinal Doria Arcivescovo di Palermo. Panormi apud Decium Cyrillum 1643. in 4.

Discorso detto nella solennità della Lettera di Maria Vergine scritta a' Messinesi. Monteleoni apud Joannem Baptistam Rubeum 1649. in 4.

Vita del Ven. Servo di Dio D. Francesco Olimpio Cherico Regolare. Neapoli apud Novellum de Bonis 1655. in 4.

Reliquit ex Antonino Mongitore *tom.* 1. *Bibl. Sic. pag.* 28. hæc MSS. ingenii monumenta, quæ in Archivio Bibliothecæ S. Josephi Cler. Reg. asservantur, nempe:

De pulchritudine B. Mariæ librum unum.

Commentarium in Genesim. tom. 2. in fol.

Commentarium in D. Joannis Apocalypsim. tom. 2. in fol.

Commentarium in D. Joannis Evangelium.

Commentarium in D. Joannis Epistolas.

Prothemata in Apocalypsim.

De interregno Urbis Romæ, ejusque Rege Numa Pompilio. lib. 2.

De sedanda, ac componenda Republica. in 4.

De obeliscis, pyramidibus, saxis, & columnis Ægyptiorum. tom. 3.

Clades Orbis terrarum, Terræmotûs, Pestis, &c.

De Seditionibus.

De natura Elephantum.

De Passione Domini.

Prodigia Orbis terrarum.

Philosophiam Platonicam.

In Petronium Arbitrum Notas.

Antiquarum, variarumque lectionum libros quamplures.

Philosophiam Epicteti, sive de Constantia.

Encomium Medicæ Artis.

De Prodigiis, & Apparitionibus S. Crucis.

Historiam ab Orbe condito.

Lectiones in sacram Scripturam.

Conciones varias, Meditationes, & Historias.

SYLLABUS

Auctorum, qui præclaras ANDREÆ CIRINI *virtutes, & doctrinam debitis præconiis celebrarunt*.

1 ANTONINUS MONGITORE vir omni ævo a cunctis eruditis viris summoperè commendandus ob egregia volumina, quæ typis evulgavit, in sua eruditissima Bibliotheca Sicula *t.* 1. *verbo Andreas f.* 28. referens *Cirini* opera, quæ scripsit, edititque, hocce elegans elogium in illius laudem exaravit, quod sic habet. *Andreas Cirinus nobilis Messanensis Ordinis Clericorum Regularium, egregia instructus indole adolescens Ordini nomen dedit, & sese solemnibus adstrinxit votis Messanæ* 16. *Julii* 1634. *Absolutis studiorum spatiis, ad antiquitatum monumenta, quâ sacra, quâ profana animam toto pectore adjecit; ac omnia, quæ antiquitatem redolerent, mirâ aviditate perlustravit. Sanctorum Patrum volumina evolvit omnia, diu, noctuque in perscrutandis omnium scientiarum Scriptoribus tempus impendit, eâ animi contentione, ut adhuc adolescens librorum heluo meritò proclamaretur. Singulari ideoque, ac imperviâ eruditione locupletatus effulsit. Præstantissima erat ipsi memoriæ vis, adeout lecta semel firmiter retineret, & ad rem promptè promeret eruditionis thesauros. Vix sacris initiatus, accepta a Superioribus concionandi facultate; inter egregios ecclesiastes ascriptus est: ejusque conciones doctrinâ, eruditione, & Patrum copiâ affluentes, haud exiguam pepererunt nomini suo gloriam. In Ecclesiis, ac Oratoriis ter, & nonnunquam quater eâdem die, eruditissimè, mirâque facilitate declamavit. Panormi in Divi Josephi templo e suggestu singulis festis diebus per multa annorum spatia sacras literas, ac historias expensus est, magnâ populi frequentiâ, ac plausu. Prudentiâ, ac consilio plurimùm valuit: hinc Nobiles, Dynastæ, ac cujusque ordinis viri in difficillimis rebus statuendis, consilii causâ ad ipsum confluebant. His accessit humillimus sui ipsius sensus, morumque suavitas,*

tas, quibus omnium animos sibi conciliavit. Omnimodam quietem neglexit, nunquam otiari visus, nec corpori relaxando aliquantulum indulsit: vel audiendis sæcularium curis, vel evolvendis scriptorum libris, vel concionibus habendis semper defixus: itaut constans fuit omnium sententia, ea ipsum perfecisse, quæ quinque non desidiosis operariis sat esse possent. Tandem ob diuturnam laborum, studiorumque pervicaciam morbo correptus, mirabili animi tranquillitate sese ad mortem composuit: & ingeminatis suspiriis, divini amoris flammas succendebat. Hinc 8. Idus Septembris supremam vitæ horam præsentiens; Eja, *inquit*, commendationis animæ signum edite; mediâ enim elapsâ horâ hinc commigrabimus. *Exinde emissis probitatis eximiæ, ac futuræ felicitatis argumentis, dum Christi Domini cruciatus ex D. Joanne, Sodales circumfusi recitabant, sublatis ad cœlum oculis, pièque ad crucis formam compositis brachiis, ad ea verba*: Et inclinato capite emisit spiritum; *efflavit animam 6. Septembris* 1664. *ætatis suæ* 46. *Mortis suæ nuncium excepêre omnium lacrymæ. In funere celebrando ea confluxit omnium frequentia die obitûs, ac postridie, ut expulso nimio labore concursu, cadaver vix provehi posset.*

2 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS superius citatus de *Cirino* pluribus in locis honorificam mentionem facit, nempe in Propositis bene moriendi *prop.* 26. *fol.* 194. ubi, præter ea, quæ superiùs de ipso retulit, subdit: *Cùm media illa hora, quam dixerat, se in Paradiso futurum, jam jam in puncto complenda esset; ad Superiorem conversus, inquit*: Pater Præposite, benedicite; *annuit Antistes: & nullâ ipse interjectâ morâ, expiravit*. Item in libro, *Madonna della Providenza, cap.* 1. *fol.* 14. & *cap.* 7. *fol.* 240. Rursus in relatione Crucifixi Ecclesiæ Panormitanæ *fol.* 16. & 24. Denique de origine Congregationis servorum B. Mariæ Virginis *c.* 4. in quibus omnibus locis emeritis laudibus Cirinum extollit.

3 JOSEPH SILOS C.R. in Historia Clericorum Regularium *par.* 3. *lib.* 12. *fol.* 527. Cirinum inter Theatinos Scriptores recensens, sequenti elogio commendat. *Andreas Cirinus, nobili loco Messanensis: adolescens Theatinæ se disciplinæ mancipavit, dixitque Messanæ solemnia vota die Julii sextadecima Christi anno* 1634. *Post scholasticas disciplinas, genio quodam pervolutandæ antiquitati, quâ sacræ, quâ profanæ sese dedit; ac nihil ferè monumentorum est, quod non percurrerit, voraveritque librorum hic heluo. Præcipua in eo erat memoriæ quædam ad miraculum capacitas. Ceu marmore, aut solidiore quadam materia inscriberet, quæ legeret; hærebant lecta firmissimè; habebatque in numerato: ut non quidem lentè, ac tractim, sed perquam expeditè e prædivite memoriæ officina merces suas exprom eret. Hinc illi a rerum copia ferax ingenium; ac facilis præcipuè dicendi facultas. Dixit persæpe ad concionem extemporaneè, nunquam jejunè: cùm argumenta, Sanctorum Patrum testimonia, atque omnigenam eruditionem abundè sufficeret mentis promptuarium. Audio paratos prælo in divinam Joannis Apocalypsim Commentarios, atque in alios sacri utriusque instrumenti libros. De Obeliscis, Philosophiam Epicteti, sive de Constantia, Philosophiam Platonis, Encomium Medicinæ artis, de Prodigiis, & Apparitionibus S. Crucis, ac pleraque alia.*

4 PLACIDUS REINA in Notitiis Historicis Urbis Messanæ *fol.* 501. loquens de Cirino, ait. *D. Andrea Cirino de' Cherici Regolari, la cui nobiltà restò maggiormente illustrata dalla profonda sapienza, ed universale erudizione, che riempì il suo fecondissimo ingegno*. Et libro, *Revoluzioni di Palermo*, quem vulgavit sub anagrammatico nomine Andreæ Pocili *fol.* 6. illum appellat celebrem Concionatorem, qui sæpissimè mira cum eloquentia, & spiritûs fervore Panormitanum populum ad quietem adhortatus est.

5 PHILADELPHUS MUGNOS in Theatro Genealogico Nobilitatis Siculæ *par.* 2. *f.* 280. in Elogio familiæ Cirinæ, *Andream* vocat Concionatorem eximium, & Religiosum virtute præditum.

6 RAPHAEL SAVONAROLA C. R. sub anagrammatico nomine Alphonsi

phonsi la Sor a Varea in libro Universus Terrarum Orbis *tom.* 1. *fol.* 422. *colum. A. & tom.* 2. *fol.* 182. *colum. B.* citat Andreæ Opera, eumque commendat,

7 Denique JOSEPH SILOS mox citatus in Analectis Prosæ Orationis, & Carminum *pag.* 203. laudans Cirini opus *de Urbe Roma*, ita de illo scribit.

Romani Joves sua ab Aquila fulmina
mutuantur,
Cirinus *calamum*.
In tanta scriptionis, ac ævi mole
Generosiore uti calamo debuit.
Hoc ad Atlantem, ad Caucasum evolat:
Hoc Romanum Orbem lustrat, an illustrat?
Consepultis æternæ Urbis monumentis
Ut lucem faceret,
Non una desudat nocte:
Erutusq. ab hisce tenebris priscus splēdor.
Extractam Thebem cytharā,
Mentita est olim fabula:
Hoc verum,
Instauratam Cirini *calamo Romam*.
Operosum veteri Quirino, tantam urbem
condere:
Eamdē suo veluti e cinere in lucē revocare,
Perfacile Cirino *fuit*.
Assequutus nempe id est levi pennā.
Nec defatigatus scribendo,
Ubi illi amplificandæ, ornandæque
Defatigata fortuna ipsa videri potuit.
Scilicet, quæ Urbs bellis, spoliis, triumphis
suis
Terras obruere visa est,
Cirini *ingenium non obruit*.
Septicollis Urbs decora,
Et, si fas est dicere,
Laudum hanc Hydram
Exhausit is stylo,
Alcides melior.
Cùm adrosa vetustate, ac ævo, quæ monstra!
Res illi fuit.
Rixandum etiam cum Scriptoribus,
Ac veluti cum Leone, ac Tigre congrediendum,
Profligavit, voravitque hæc ardua.
Meritò de Urbe Roma scripsit:
Ne longè abesset Capitolium
A triumphali ingenio.

Idem in Centuria Epistolarum *pag.* 274. eleganti metro de iisdem *Cirini* Commentariis cecinit, ubi Romam de seipsa loquentem sic introducit.

Illa ego Martigena quondam fundata
Quirino,
Terrarum domina, & domitrix; mundiq. ter ampli,
Et regum terror; fortuna major, & astris,
Et major fatis; bellorū, atq. arbitra pacis,
Sū Roma: occiduo cui lābit Atlanticus olim
Oceanus fluctu chlamydem; quam lumine primo
Sol oriens, Pyroisq. afflat propriore favilla.
Illa ego Regina Ausoniæ, quæ vecta curuli,
Indum ultra, Tanaimque ultra nomenque Latinum
Prorogo, & Æneidum fasces, & Romula frana.
Me bellatricem Curii fecēre, maresq.
Fabricii, Paulusq. ferox, & fulmina belli
Scipiadæ, & duri Mavortis lumina mille.
Cōmodat ipse etiā cœlestia Juppiter arma,
Fulmineamq. Aquilam perstare ad castra minaci
Ungue jubet, flāmas atq. intētare trisulcas.
Hinc altum spiro: hinc vigor, hinc mihi pectora magna
Plena animæ: spes hinc, & vota capacia mundi.
Non satis est Latium Romæ, non Itala regna:
Vicimus Herculeas Gades, Calpemque superbam,
Et galea victrice Tagi fulvum hausimus aurum.
Nil juvēre hyemes Germanis; nil sua Gallis
Gesa: & divisos penetravimus orbe Britannos.
Caucaseæ & patuēre fores, domitusq. Niphates,
Fractiq. Arsucidæ, & ceu compede vinctus Araxes.
Nec Lybicas numero clades, & Punica damna,
Atque pharetrati mihi subdita regna Syphacis.
Non capit exuvias orbis: Tarpeja rupes
Est spoliis impar: numero mea bella triumphis,
Densaque in immensas crescit mihi laurea sylvas.
At senui tandē: squallens incanuit alto
Pulvere cesaries: nō ardet fronte Gradivus:
Non animat, validosque armat vis illa lacertos.

Victrices fenuêre Aquilæ : non anguibus Arma
Suspendunt : non pila timet mea barbarus hostis.
Majestas & vultu abiit. Quæ pompa Latinis
Collibus est reliqua? insculptis ubi prisca theatris
Aut Paros, aut Nomas, & saxis pendentibus arcus?
Quæ fora Phidiacis animantur splendida signis?
Nempe abiit species; cecidêre cadavera Romæ,
Tristis & in paucis vix ossibus umbra superfum.
Attamè affulfit post sæcula longa juvētæ
Spes animo, & Latio micuit lux alma sepulto.
Cernitis? evolvit tabulas revolubilis ævi,
Itq. sagax mente ad secreta cubilia rerum
Cirinus; *cogitq. loqui monumenta vetusta,*
Et fractos lapides, mutilosq. & marmora muta.
Hinc facili dextra, calamoque nec impare fastos,
Annalesq. meos ornat; Romanaque facta,
Romanumq. decus studio cōplectitur omne.
Credite: fracta licet senio, lōgævus & ardor
Languit, & robur; videor tamen altera: priscus
Flos rediit membris, rediviva & pectore virtus.
Est mihi Cirinus *velut alter nempe Quirinus:*
Natalesque meos, excepta volumine docto.
Hinc vivax renovo, ut Phœbi reparabilis Ales.
Incipiāt iterū facundo hoc auspice faustè
Ire mihi prono victricia sæcula cursu.
Nūc iterū Fabiisq. meis, rigidisq. Camillis
Bella gero; dominoq. Tybri captivus Orōtes
Subditur, et Gallos iterū, Pœnosq. triūpho.
Egregius Scriptor, peperi quæ fulmine dextro,
Nunc reparat; sum Roma iterum: redīreque triumphi;
Et latus rediit clavus, trabeæq. superbæ.
Est, Cirine, *tibi merces, pretiūq. laboris,*
Et desudatis respondent præmia chartis.
Mutuus est nobis splēdor, par gloria utriq.
Ipsa tuis vivam monumentis clara disertis:
Inclytus æternùm tu vives nomine nostro.

ANDREÆ COTTONI

Clerici Regularis, olim Apostolici Missionarii apud Ruthenos, & Armenos

ELOGIUM III.



NDREAS COTTONUS Panormitanus, lucis usuram accepit anno labentis sæculi 1690. parentibus nobilitate, & pietate clarissimis. Mater enim ipsi fuit Agatha Amato Principis Galatis filia, Pater verò Scipio Cottonus Castrinovi Princeps, Eques Alcantaræ. Annum agens quartum supra decimum Clericis Regularibus cooptatus Panormi 12. Januarii 1706. ibidem in templo S. Josephi votorum sacramento auctoratus est 24. Aprilis 1707. Emensis Panormi, & Romæ studiorum spatiis, in Poloniam, & Russiam Apostolici Missionarii insignitus charactere unà cum germano ipsius fratre Cajetano Cottono (de quo infra) concessit. Ubi septem annis commoratus, Rhetoricam, Philosophiam, ac Theologiam Scholasticam, Polemicam, & Moralem Alumnis Armenis, & Ruthenis Collegii Pontificii Leopoliensis tradidit. E cujus literaria palæstra insignes Theologi, & Concionatores prodiére: quorum aliqui Ordinem Divi Basilii Magni illustrarunt, alii ad animarum curam in Paræciis promoti sunt, alii denique ad Episcopalem Sedem evecti. Ibidem ob præclaros mores, ac doctrinam magna nominis fama inclaruit: hinc a primariis Regni Poloniæ Principibus tum sæcularibus, tum ecclesiasticis (quorum nomina, utpote Syllabis in initio hujus Operis adjecta, hìc prætermittuntur) summo amore, & æstimatione prosequutus est. In historiis sacris, profanisq. longo tempore versatus, eximiam eruditionem pluries in circulis patefecit. Reversus in Patriam anno 1722. easdem Scientias Philosophicas, ac Theologicas Panormi sodales suos docuit. Dein sacris Canonibus, in quibus Ecclesiasticam Historiam, summamque eruditionem miro prorsus modo copulavit triennio sæculares Clericos imbuit. Postremò per totidem annos in Pontificiis Juribus, Moralique

Theo-

Theologia Religiosos suos erudivit in præfatis Divi Josephi ædibus. Vivit nunc vir eximius Sanctimonalium Theatinarum regimini in Monteregalensi Civitate mancipatus.

Ipsius meminit Jacobus Gravina C. R. in sua *Synopsi Theologiæ veterum Patrum de Actionibus Dei ad extra fol.* 351. *n.* 727. & Thomas Josephowicz Canonicus Leopoliensis *in Præfatione ad Panegyrim Polonicam de Laudibus Divi Cajetani*.

Edidit Leopoli in Russia typis Archiconfraternitatis SSS. Trinitatis 1719. *Universæ Theologiæ Scholasticæ, Polemicæ, Dogmaticæ, & Moralis Theses*, non quidem perfunctoriè, & laconicè, ut moris est in illis regionibus, sed copiosè nimis, & eleganter insertâ notitiâ *Historiæ Sacræ, Conciliorum, Divinæ Scripturæ, & Hæresum*.

Panormi etiam typis Angeli Felicellæ 1730. vulgavit *Positiones Historico-Polemicas Canonicas, selectas ex libro primo Decretalium Gregorii IX.*

Scripsit etiam doctissimas *Quæstiones in quinque libros Decretalium*. Item *Disputationes in Theologiam Scholasticam, Dogmaticam, & Polemicam*, quarum editio summoperè prodesset legentibus.

CARMEN

In laudem ANDREÆ COTTONI Clerici Regularis.

Lux nova Siciliç, clara de Gente Panormi
ANDREA excelso præditus ingenio.
Abdita seu reseras divini oracula Libri,
Seu tenebras solvis, quas Stagirita movet.
Flumina doctrinç dū spargis ubiq. profūdę
Ad te cunctorum corda, animosq. trahis.
Ingenio faciles mores ita jungis acuto,
Ut major cùm sis nunc videare minor.
Illustres Cives Siculi, quos æquoris unda
Lustrat, & insigni vivere in Urbe licet,
Sarmatia emeritas haud cessat promere laudes,
Queis magnum ANDREÆ nomen in Orbe sonat.
Sarmata, quę decorāt cives, miratur in uno
ANDREA, vestra hæc maxima laus, honor est.

CARMEN ETRUSCUM

In ejusdem laudem,

Quod Emmanuel Filingerius & Cottonus ex Comitibus S. Marci, ex Principibus Mirti, Convictor Imperialis Collegii Nobilium Urbis Panormi, sororis ejus filius, conscripsit.

Stavano avanti al tribunal d'Astrea
L'occhiuta Diva, e il Veglio edace, e rio,
Ambo nudi, ambo alati, uno dicea
Dunque ANDREA fuggirà l'ombre d'oblio?
Dunque a tanto non giugne il poter mio
D'eternar col mio cāto il grāde ANDREA?
Soggiunse l'altra, che 'l gran nome udío
Cui 'l Vecchio allora disprezzato avea.
Frena (quì disse Astrea) l'ardire insano,
Iniquo Veglio, e tu l'eccelse imprese
Piglia per celebrar la tromba in mano.
Irato il Tempo allor l'arco riprese,
Ma d'ira, e di furore e' freme invano,
Che già Immortal l'alata Dea lo rese.

ALIUD CARMEN ETRUSCUM

Ab Antonio Martiani Barone Rayneri ex Principibus Furnaris, ejusdem Imperialis Collegii Convictore, concinnatum.

Vide Fama le vostre eccelse imprese
Nel Tēplo della Gloria a parte a parte,
E ciò, che illustre, ed immortal vi rese
Vide nelle divine eterne carte.
Opre cotanto belle, e non più intese,
Diss'ella, opre sì rare io non ho sparte!
Cō quai bei pregi, o cō quai vanni ascese
Ove Ingegno poggiar nō puote, od Arte?
Volto l'Eternitate a Fama il ciglio
Lascia disse, deh lascia i dubbj tuoi,
Che così nobil fregio è di mio figlio.
Ed in mercè de' tanti merti suoi
Volli per mio divino alto consiglio
Registrarlo tra i Chiari incliti Eroi.



ANTONINI DIANÆ

Clerici Regularis, Moralis Theologiæ Principis, & Doctoris celeberrimi,

ELOGIUM IV.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Biblioth. Siculæ fol. 45.



NTONINUS DIANA nobilis Panormitanus, Clericus Regularis, nedum Patriæ, verùm etiam Siciliæ singulare ornamentum. Natus anno 1585. genitores habuit Jacobum Dianam ex Ducibus Cefalà, & Margaritam Cervelloni. A teneris unguiculis literis addictus, adolescens præclaram ingenii indolem detexit. Florente ætate Musis indulsit, non sine ingenii laude; suasque ingenii dotes conjectare licet, ex paucis vernaculâ linguâ cantionibus, quas leges *tom. 1. par. 2.* Musarum Sicularum *pag.* 84. Clericalem militiam sequutus, & Sacerdotio jam initiatus, exinde Clericorum Regularium institutum amplexus est, annum agens 30. Panormi Ordinis habitum accepit primo Februarii 1615. ibique solemnia emisit vota 2. Februarii 1616. teste P. D. Carolo Morales *in Diana Vindicato pag. ult.* vel ex Josepho Silos *in Histor. Cleric. Regul. par. 3. lib. 12. pag.* 533. die 4. Octobris 1614. Absolutis studiorum spatiis, ob ingenii præstantiam, ac memoriæ felicitatem doctissimus evasit. Eximiæ doctrinæ, singularem prudentiam sociavit, adeout tum inter sodales suos, tum extra, magnam sibi æstimationem comparaverit. Morali Theologiæ toto pectore, diuturnis vigiliis, & non intermisso labore adhæsit, eo animi fervore, ut in eruditionis, doctrinæque thesaurum adauctus, refulserit. Totus erat in pervolvendis Auctorum libris, in pervestigandis sententiis: non volumen neglexit, quin non lustraret: non Doctorum placita, quin non rectè perpenderet. His munitus præsidiis, primam Resolutionum Moralium Partem absolvit, in qua acri sanè judicio in opinionum delectu, non trivia, non obvia, sed peregrina congessit, ac breviter, & dilucidè omnia, ad prudentiæ libram perpensa, digessit: adeout typis tradita communi omnium plausu fuerit excepta: & tot suarum lucubrationum sortitus sit laudatores, quot habuerit lectores. Id Dianæ animum roboravit, ut ea studia prosequeretur, aliaque exararet volumina, quæ successivè edita, eadem felicitate eximiis laudum præconiis sapientes exornarunt. Opera hæc sua summa aviditate amplexa, Doctiorum desideria excitabant ad alia expetenda, & expectanda. Hujusce verò cupiditatis testes sunt, repetitæ, brevi temporis lapsu, editiones: vix nanque exacto quinquennio, primæ operum suarum partes septies fuerunt recusæ, bis Panormi, bis Lugduni, ter in Hispaniis. Nec minori plausu aliæ Resolutiones exceptæ; vix enim in lucem emissæ, cùm statim celebriores typographorum officinas inspexêre Romæ, Venetiis, Lugduni, Avenione, Parisiis, Antuerpiæ, Monachii, Matriti, Syracusis, & alibi. Universalem omnium approbationem testantur doctissimi, celebresq. viri, qui multoties in compendium ejus volumina contraxêre, ut infra distinctè recensebimus: & tandem Resolutionum omnium coordinatio a P. Martino Alcolea doctissimè, prudenterque digesta. Innumeri tandem Doctores prædicare non cessant, Dianam Moralis Theologiæ Principem, ac Magistrum. Summa veneratione egregiæ doctrinæ suæ, & eruditionis præstantiam venerabantur viri sapientissimi, quorum amorem sibi conciliavit: & in primis recensendi Joannes Caramuel, Antonius Cotonius, Angelus Maria Verricelli, Franciscus Pellizarius, Sfortia Pallavicinus, Augustinus Barbosa, Joannes de Lugo, Antonius Escobar, Gregorius Gobat, Joannes Dicastillo, aliique ab editis libris celeberrimi. E dissitis regionibus, & etiam (quod mirum dictu) a novo Orbe, datis ad ipsum literis, veluti ad Theologiæ Moralis Oraculum, pro enodandis difficillimis controversiis advolabant. Academiæ per Europam celebriores ipsius probavêre doctrinam. Panormi eâ sapientiæ

pientiæ

pientiæ opinione floruit, ut Proceres, Dynastæ, Senatus Panormitanus, ac ipsi Siciliæ Moderatores, in gravioribus conscientiæ negotiis ejus consilium exploraverint. Hinc meritò ob singularem doctrinæ splendorem, morum gravitatem, prudentiam, vitæque integritatem, ad nonnulla honorum culmina evectus est. Ter Romæ apud Præpositos Generales Clericorum Regularium astitit Consultor. Panormi Synodalis Examinator, ac Tribunalis S. Officii Siciliæ Consultor effulsit. Domum S. Josephi bis Præpositi munere adgubernavit. Romæ etiam, ubi per annos 26. moras protraxit, nonnulla ipsius æstimationis argumenta edidêre Pontifices Maximi. Episcoporum etenim Examinator fuit coram Urbano VIII. Innocentio X. & Alexandro VII. Tanta ejusdem doctrinæ opinio apud Innocentium valuit, ut amplissimis pensionibus, & annno censu ejus studia levaverit: & bis ante Quirinale Cœnobium D. Sylvestri Clericorum Regularium pertransiens, Aulicis, Proceribusque stipatus, DIANAM nostrum, qui de more, unà cum aliis Patribus ad Domûs ostium accurrerat, suo nomine salutatum misit: quod sicut in Pontificibus inusitatum, ita & Dianæ honorificentissimum. Ea in Urbe omnium sapientûm animos ad se traxerat: immò ibi nullus accedebat, qui Dianam studiosè non perquireret, & quem fama clarissimum intellexerat, præsentem agnosceret. Nec demum apud Romanam Curiam disceptatio aliqua incalescebat, quin ad eum, veluti ad Delphicum Tripodem, non accurrerent: jurgii qualitatem exponerent, ac sententiam suam enixè perqnirerent. Inter hos viri Religiosi, Præsules, Proceresque præcipui enumerandi. Relicta tandem posteritati celeberrimi nominis fama, magno sapientûm dolore vivere desiit Romæ 18. Julii ex Philippo Brietio *Annal. Mundi part.* 4. *tom.* 2. *pag.* 569. vel 23. Junii ex P. Morales *in Diana vindicato pag.* 143. seu veriùs 22. Julii ex Francisco Marchesio in Elogio infra notando, anno 1663.

Quæ scripsit, ediditque fœcundissimus Dianæ calamus, hæc sunt.

I. Pars Resolutionum Moralium. Quæ continet Tractatus

De Immunitate Ecclesiarum super Bullam Gregorii XV.

De Immunitate Ecclesiastica.

De Comitiis, seu Parlamento Regni Siciliæ, & Neapolis.

De Denunciationibus faciendis ex edicto Dominorum Inquisitorum, & de Sollicitatione facta in Confessione juxta Bullas Clementis VIII. Pauli V. & Gregorii XV.

De Absolutione ab hæresi, & aliis delictis pertinentibus ad Trib. S. Officii.

De Paupertate religiosa super Bullam Clem. VIII. de Largitione munerum.

De Circumstantiis non necessariò explicandis in Confessione.

De Contractibus.

De Jejunio.

De Legibus.

De Bulla Cruciatæ.

II. Pars continet Tractatus

De Horis Canonicis.

De Opinione probabili.

De Celebratione Missarum.

Et alios tres miscellaneos.

III. Pars habet Tractatus

De Immunitate Ecclesiastica.

De Dubiis Regularium.

De Absolutione Moribundi sensibus destituti.

De Sacramentis.

Et miscellaneos duos.

IV. Pars

De Immunitate Ecclesiastica.

De Irregularitate.

De Conscientia dubia.

De Confessariis Sollicitantibus.

De Tortura in S. Officio suspectis vehementer de hæresi inferenda.

De Pœnis delictorum pertinentium ad Tribunal S. Inquisitionis.

De Officio, & Potestate Inquisitorum.

Miscellanea.

Decreta, & Constitutiones recensiorum Pontificum pertinentes ad S. Officium.

V. Pars

De Immunitate Ecclesiastica.

De Potestate, & Privilegiis S.R.E. Cardinalium.

De casibus occurrentibus tempore mortis.

De

De Homicidio, & restitutione propter ipsum.

De Parvitate materiæ.

De Mutis, Surdis, & Cæcis.

De Scandalo.

De Eleemosyna.

De Excommunicatione.

De Suspensione, & Interdicto.

De Sigillo Confessionis.

De Indulgentiis, & Jubilæo.

Miscellaneos duos.

VI. Pars

De Immunitate Ecclesiarum.

De Familia laica Nuntiorum Apostolicorum.

De Statuto prohibente alienationem bonorum stabilium Ecclesiasticorum.

De Duello.

De Consuetudine.

Miscellaneos tres.

VII. Pars

De Immunitate Ecclesiastica, sive de omnimoda Clericorum exemptione, ejusque origine.

De Potestate Episcoporum quoad dispensandum, & absolvendum vigore cap. 6. sess. 24. Concilii Tridentini de Reformatione.

De Correctione fraterna.

De datis, & promissis super Bulla Gregorii XIII.

De Abortu.

De Testamentis privilegiatis ad pias causas, peste infectorum, & militum.

De Servis, & Mancipiis.

De Cessione bonorum, & dilationibus moratoriis a Principe concedi solitis.

De Ludo, & Sponsionibus.

Miscellaneos tres.

VIII. Pars

De Potestate Pontificis in ordine ad Sacramenta.

De Ministro Sacramenti Ordinis.

De Dispensatione.

De potestate Capituli sede vacante.

De Executoribus Testamentorum.

De Donationibus.

Miscellaneum.

IX. Pars

De Oratoriis privatis Sæcularium, Regularium, Episcoporum, & Cardinalium.

De Altaribus privilegiatis.

De Confessione præmittenda ante Communionem, & de causis excusantibus.

De Excommunicatione ob percussionem Clericorum c. Si quis suadente Diabolo.

De Thesauris.

Tractatus miscellaneos quatuor.

X. Pars Tractatus habet sexdecim, scilicet:

De prisco more eligendi Episcopos contra quosdam Pseudo-Sorbonistas.

De Probibitione ne Clerici præsint exercitibus.

De Libertate Conscientiæ: An possint illam Principes laici Hæreticis concedere.

De numero Electorum Imperatoris augendo, vel minuendo.

De potestate Pontificis eligendi sibi successorem.

De potestate Pontificis ornandi Principes laicos titulo regio.

De jure Protectionis, seu Clientelæ.

De Pœnis, seu Mulctis pecuniariis Episcopo non applicandis.

De Dispensatione cum Regularibus illegitimis.

De Cingulo Militari pro validitate Professionis Equitum Melitensium.

Tractatus miscellaneos sex.

XI. Pars Tractatus continet duodecim, nempe:

De Adoratione Summi Pontificis.

De Infallibilitate Decretorum Summi Pontificis extra Concilium, cum Appendice.

Tractatus Miscellaneos octo.

XII. Pars habet Tractatus duos:

De Consecratione Episcoporum.

De Collocutionibus, & Scriptionibus prohibitis tempore Conclavis.

Præter enumeratas duodecim Resolutionum Moralium partes edidit præterea:

De Primatu solius Divi Petri disceptationes apologeticas: quod opusculum primò impressum fuit Romæ in typographia Mavelphi Mavelphii 1647. in 4. Inde parti nonæ operum *tract.* 10. adjunctum, & tandem recusum in opere magno, cui titulus: *Bibliotheca Maxima Pontificia Sanctorum Patrum, & aliorum Catholicorum* &c. in lucem edita a Fra-

a Fratre Joanne de Roccaberti Archiepiscopo Valentino tom. 4. Romæ typis Joannis Francisci Buagni 1697. in fol.

E L E N C H U S

Auctorum, qui operibus ANTONINI DIANÆ edendis, & coordinandis incubuêre.

DIANÆ Opera, ut superiùs in ipsius Elogio dictum fuit, recusa fuêre successivè, & exinde simul variis in locis. At non omnes hìc recensebo editiones, quod longum, immò ferè impossibile erit, cùm innumeræ sint eorumdem Operum impressiones omnibus perviæ, solùm coordinatam editionem prædictorum Operum factam a P. Martino Alcolea, nec non eorumdem compendia innuam.

1 MARTINUS itaque ALCOLEA Carthusiensis anno 1667. coordinationem præfatam edidit sub hoc titulo:

Diana coordinatus a V. P. Martino Alcolea Carthusiensi ex regali Cœnobio de Paular. Lugduni 1667. in fol. & iterum ibidem sumptibus Joannis Antonii Huguertan, & soc. 1680. in fol.

2 D. CAROLUS MORALES Matritensis Cler. Regul. edidit volumen inscriptum:

A. R. P. D. Antoninus Diana Panormitanus Congreg. Cler. Regul. Doctor celeberrimus, Episcoporum Examinator coram tribus Summis Pontificibus Urbano VIII. Innoc. X. & Alexand. VII. Dogmaticus, sive id omne, quod controversim ex professo, vel obiter ipse variis in Resolutionibus discussit, quibus Pontificia potestas adversus præcipuos nostræ Religionis hostes, præsertim Semicatholicos, Sacramentarios, Novatianos, aliosque hæreticos vindicatur, clarâ, & scholasticâ methodo ad unicum volumen redactum. Cui in calce affixus idem venit vindicatus, seu defensus ab omnibus proscriptis propositionibus a Summis Pontificibus Alexandro VII. Innoc. XI. & Alexandro VIII. Neapoli ex typographia Felicis Moscæ, & hæredum Laini 1697. in fol.

3 Ven. D. CAROLUS THOMASIUS C. R. in coordinanda omnium Resolutionum mole desudavit, ut ait Silos *cit. pag.* 558. sed a P. Alcolea præventus, Opus edere neglexit: attamen ejusdem Operis Tabulam, veluti coordinationis regulam, typis tradidit, hoc titulo:

Tabula Aurea Operum omnium Antonini Dianæ Cler. Regul. quâ Resolutionum plusquam sex millia, pluraque aliorum casuum millia in duodecim partes promiscuè impressa, rectâ & clarâ methodo in 150. *Tractatus ritè & scholasticè ordinantur*. Romæ ex typographia Angeli Tinassi 1664. in fol.

Nonnulli *Dianæ* Opera in compendium contraxêre, nempe:

4 JOANNES DE LA VAL Belga tres tantùm Partes compendio suo complexus est. Lugduni apud Jacobum Cardon 1634. in 24.

5 ALEXANDER CALAMATUS Messanensis, quinque Partes. Venetiis apud Junctas 1642. in 8.

6 ANONYMUS quidam, sex Partes. Antuerpiæ apud Joannem Meursium 1645. in 24.

7 ANTONIUS COTONIUS Siculus Nicosiensis Tertii Ord. S. Francisci, Partes sex, quas edidit sub anagrammatico nomine *Ausonii Noctinoct.* Lugduni sumptibus hæredum Gabrielis Boissat, & Laurentii Anisson 1644. in 4. & Venetiis apud Junctas 1646. in 4. & additâ septimâ Parte, Lugduni apud hæredes Petri Prost, Philippi Bordé, & Laurentii Arnaud 1646. in 4. & 1660. in fol. & alibi etiam cum aliis Partibus, quas alii addidêre. Idem Cotonius edidit *Summarium Summæ*. Venetiis apud Matthæum Lenium 1648. in 24.

8 ANDREAS GUADAGNINUS, & JACOBUS PONTANUS usque ad decimam Partem compendium produxêre, ex Silos: & 8. 9. 10. cum aliis Cotonii prodière in Lugdunensi editione 1660. in fol.

9 ENGELBERTUS EWICH Belga Soc. Jesu, sub nomine *Theologi Cluniensis*, decem Partes in compendium evulgavit. Antuerpiæ apud Meursium 1637. in 24.

10 PAULUS MARIA QUARTUS C.R. compendio Engelberti addidit unde-

decimam partem. Romæ apud Joannem Casone 1655. in 12.

Duodecim partes complexi sunt sequentes, nempè:

11 NICOLAUS ANTONIUS LOTHARINGUS.

12 ANONYMUS Antuerpiensis.

13 MATTHÆUS DEFENDIUS. Lugduni apud Gabrielem Boissat 1642. in 8.

14 JOANNES A VALLE.

15 MICHAEL VAN WIEST Soc. Jesu. Antuerpiæ apud Jacobum Meursium 1660. in 8.

16 SIMON RENDOLINUS Perusinus. Venetiis typis Jo. Jacobi Hertz 1677. in 8.

17 ANTONIUS MONTES DE TORRES Ord. S. Mariæ de Mercede, Auctor hic hispano idiomate compendium suum edidit, quod insuetum, & rarum apud Hispanos: exterorum enim opera in propriam linguam transferre, vel in compendium redigere maximè abhorrent.

18 GUILELMUS DE OCASCA compendium etiam vulgavit hispanicè,

SYLLABUS

Summorum Pontificum, Regum, S. R. E. Cardinalium, Præsulum, & Principum, apud quos ANTONINUS DIANA magnâ valuit existimatione, & benevolentia, ob ipsius doctrinæ profunditatem, splendoremque.

Ex Summis Pontificibus,

1 URBANUS VIII. Pontifex Maximus, insignis Theatinæ Congregationis Benefactor, eo apud se loco, & opinione habuit *Dianæ* doctrinam, ut illum in cœtu, & copia tot illustrium ex omni ordine virorum, qui Romæ tunc aderant, ad honorificum Examinatoris Episcoporum munus, singulariter delegerit. *Ex Mongitore citato*.

2 INNOCENTIUS X. tanti fecit *Dianæ* merita omnigenæ doctrinæ splendore illustrata, ut non modò amplissimis pensionibus, & annuo censu ejus studia mirificè juverit, verùm etiam in tesseram peculiaris æstimationis, qua illum prosequebatur, cùm ante Quirinale Cœnobium S. Silvestri aulâ, & Romanorum Procerum manu stipatus transiret, *Dianam*, qui ad domûs januam cum cæteris de more Patribus accurrerat, semel ac iterum salutatum miserit a suo nomine, Quod sicuti Summis Pontificibus insuetum, ita *Dianæ* honorificentissimum fuit. *Ex eodem*.

3 ALEXANDER VII. cui *Diana* duodecimam partem operum suorum nuncupavit, pari benevolentia, & amore eumdem complexus est: quem præterea Synodalibus Urbis Examinatoribus cooptavit. *Ex eodem*.

Ex Regibus.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex publicâ permotus famâ, quæ de præstanti *Dianæ* doctrina ad ejus aures pervenerat, quæque *Dianæ* nomen ubique celebre fecerat apud Europæ nationes; grato, hilarique vultu undecimam ipsius operum partem, nomini suo ab Auctore consecratam, suscepit, dilaudavitque. *Ex MSS. in Archivio Domûs S. Josephi*.

Ex Cardinalibus.

1 FRANCISCUS BARBERINUS, primus hujus nominis ex ea Familia S. R. E. Cardinalis, Urbani VIII. ex fratre nepos, *Dianam* summis benevolentiæ signis complexus, in suum Theologum adscivit, cui omnia magni momenti negotia communicabat, & in rebus difficillimis, quæ ad regimen Ecclesiæ, animæque conscientiam attinebant, illius judicium, votumque exquirebat. *Ex MSS. in eodem Archivio*.

2 COSMUS Cardinalis DE TORRES, quantâ etiam in existimatione *Dianam* habuerit, ob ipsius doctrinæ præstantiam, ex eo conjicere quisque poterit, quod ad illum scribens, eodem modo, quo ad cæteros infulatos, se tanquam fratrem humanissimè subscribit. Huic quintam partem Resolutionum dicavit. *Ex MSS. in eodem Archivio*.

3 JOANNES JACOBUS PANZIROLUS S. R. E. Cardinalis, cui alteram partem operum moralium adscripsit, dum de *Diana* loquebatur, illum Moralis Theologiæ Principem, suique

ævi

ævi Doctorem magnum, cunctorum plausu, communique fama declamatum, deprædicabat. *Ex iisdem MSS.*

4 BERNARDINUS SPADA S.R.E. Cardinalis, qui aliquoties admiratus *Dianæ* eruditionem, doctrinæq. profunditatem fuerat, tanto viri eximii amore captus est, ut illum inter tot illustres Theologos, qui Romæ eminebant, dignum Cardinalitio Galero judicaverit. *Ex iisdem MSS.*

5 FRANCISCUS MARIA Cardinalis BRANCATIUS *Dianæ* amicitiæ vinculo colligatus, *in Diatriba de Chocolatis potu* §. 79. *Amicis*, & §. 37. disertissimum vocat.

6 FRANCISCUS ALBITIUS S.R.E. Cardinalis ea in opinione habuit *Dianæ* merita, propter ipsius singularem doctrinam, quâ Christianum Orbem illustravit, ut illum in libro *de inconstantia, & pænitentia voluntatis, tractat. de S. Officio*, pluries virum præclarum, & majore honore dignum appellaverit.

7 JOANNES DE LUGO ex Societate Jesu Cardinalis, *Dianæ* pariter amicissimus, quoties in suis operibus moralibus mentionem ipsius facit, toties summo cum honore illum nominat.

8 SFORTIA Cardinalis PALLAVICINUS ex eadem Societate, Theatini nominis studiosissimus, in epistola, quam scripsit ad Ven. P. D. Carolum Thomasium, quæ legitur in literis ejusdem Cardinalis Romæ editis 1668. *pag.* 20. judicium ferens de operibus *Dianæ*, illa unà cum suo auctore summopere dilaudat.

Ex Præsulibus, & Prælatis.

1 AUGUSTINUS BARBOSA Episcopus Ugentinus, celebris a scriptis voluminibus Doctor, *Dianam* sibi olim in amicitiis junctum, & contemporaneum, magno semper in honore, & æstimatione habuit, de quo mentionem faciens in operibus suis, honorificis titulis condecorat.

2 JOANNES CARAMUEL Campaniensis Antistes, magnum Benedictinæ Religionis luminare, ingenii acumine, & eruditione nemini secundus, tametsi in selectu opinionum *Dianæ* fuerit nonnunquam oppositus, illius tamen & nominis, & meriti extitit maximus cultor, ad quem frequenter scribere in materiis doctrinalibus consuevit. *Ex iisdem MSS.*

3 JULIUS CÆSAR BOREA Comaclensis Præsul, tantam gessit de *Dianæ* doctrina opinionem, ut *in responso pro immunitate Ecclesiæ contra Luganam c.* 3. *n.* 117. fassus ingenuè sit, se plus *Dianæ* deferre, quàm Luganæ, & cæteris ejus sequacibus, tum propter egregiam viri, quem dicit se novisse, literarum peritiam, tum propter vitæ, morumque candorem, & integritatem.

4 THOMAS THOMASONUS Episcopus Umbriaticensis in sua *Synodo par.* 2. *c.* 9. præ cæteris Theologorum sententiis, ovibus suis sequendam proponit *Dianæ* doctrinam, ubi illum virum doctum, satisque eruditum appellat.

5 DIDACUS DE TRANSMIERA primus Tribunalis S. Officii Regni Siciliæ Quæsitor, summis laudum præconiis *Dianam* semper cumulavit, quem nulli secundum inter ævi sui Morales Theologos, qua voce, qua scriptis voluminibus jugiter proclamabat.

Omnes ferè Romanæ Curiæ Prælati ex singulari veneratione, qua illius personam reverebantur, quoties *Dianam* obvium haberent, aut alloquerentur, toties honoris causa magnis obsequiis consalutabant: ad quem etiam non raro pro resolvendis dubiis, & conscientiæ casibus accedere solebant. *Ex Mongitore, & Siloi.*

Ex Principibus.

Siciliæ Moderatores, Archiepiscopi, & Episcopi pari cultu, & æstimatione, *Dianæ* virtutem prosequebantur, & merita. *Ex iisdem MSS.*

Denique Romani Principes, & Siciliæ Proceres, inter quos primo loco recensendus FRANCISCUS III. de Vigintimillibus Hieracensis Marchio, (cui unam ex suis Resolutionibus partem gratitudinis ergo nuncupavit) singulari amore, & obsequio ferebantur erga *Dianam*, cujus nomen per universum literatorum Orbem, necnon etiam ad Orientales usque Indos insonuit. *Ex iisdem MSS.*

SYLLABUS
Quadringentorum, & amplius Auctorum, qui de ANTONINO DIANA aut mentionem fecerunt, aut encomiasticè loquuti sunt.

Ex Cardinalibus S. R. E. 5.

1 EMin. S. R. E. Cardinalis FRANCISCUS ALBITIUS *de Inconstantia, & Penitent. Volunt. tract. de S. Officio*, citat pluries P. Dianam his titulis, *vir præclarus, & majori honore dignus.*

2 Emin. FRANCISCUS MARIA BRANCATIUS S. R. E. Card. *in Diatriba de Chocolatis potu* §. 37. ait: *Et alii penes disertissimum nostrum Dianam par. 4. tract. 4. resol.* 184. Item §. 41. §. 44. §. 56. §. 69. §. 71. & §. 79.

3 Em. FRANCISCUS TOLETUS S. R. E. Card. *in Summa cum notis Vistorelli*.

4 Emin. JOANNES DE LUGO S. R. E. Cardin. *de Justitia & Jure tom. 2. disp. 37. sect. 13. n. 161.* ait: *De tortura materia videre poteris* Dianam *tract. de Tortura, ubi omnium ferè, quæ ad torturam spectant, copiosè & doctè colligit ex Auctoribus antiquioribus, & recentioribus, qui tractatus utilissimus omnibus est.* Item *de Sacram. Pænit. disp. 22. sect. 5. n. 148.*

5 Emin. SFORTIA PALLAVICINUS S. R. E. Card. super opera *P. Dianæ* pulcherrimam scripsit epistolam ad P. D. Carolum de Thomasiis Clericum Regularem, quæ habetur in literis ejusdem Cardinalis Romæ editis typis Angeli Bernabò 1668. *pag.* 20.

Ex Episcopis. 13.

1 AUGUSTINUS BARBOSA Episcopus Ugentinus *de Potestate Episcop.* edit. Lugduni an. 1641. *part. 2. alleg. 6. n. 4. Tenet Layman, & novissimè amicus meus doctus* Diana.

2 AUGUSTINUS DE BELLIS C. R. Episcopus Soranus *de absoluta Monarchia Divi Petri.* Item *Allegat. in causa Excom.*

3 GREGORIUS CARAFA C. R. Archiepiscopus Salernitanus *de Monomachia, sive de Duello.*

4 JOANNES CARAMUEL Episcopus Campaniensis *in Theolog. Regul.* edita Francofurti 1646. *disp. 6. n. 53. B. C. D. Sunt Auctores aliqui, quorum unus multis aliis prævalet, ut sunt Lorca, Vasquez, Suarez, Pontius, & Angelus Manriquez. Hos literarum Principes, nullius injuria nominaverim: Lessium, Thomam, & Joannem Sanchezios, & præcipuè* Dianam, *& si quos alios æquales ipsis videris illis adnumera, & sine aliquo scrupulo sequitur contra quoslibet alios Doctores.* Idem *ibid. disp. 69. n. 1053. Ingenium* Dianæ *viri doctissimi veneror, ejus industria multas opiniones evasisse probabiles, quæ antea non erant, assero, vocoque invidum, qui non confirmet.* Idem *ibid. disput. 66. concl. 14. n. 1017. fol. 196. Ita docuerunt Vasquez, Pontius, & Diana: ubi nota illos duos fuisse ex maximis, ita ut securissimè sequi possis; Dianam diligentia, & studium etiam magnis adscripsit: Et forte illi plus debet Ecclesia, plus Ethica Christiana, quàm aliis.* Plura alia digna, & excellentiora scripsit Caramuel de supradicto Diana, ut videre est in epistola impressa in principio suæ Theologiæ Regularis, & in alia epistola impressa in principio suæ Theologiæ fundamentalis.

5 JULIUS CÆSAR BOREA Episcopus Comaclensis *in responso pro immunit. Eccles. contra Lagunam c. 3. n. 117. Clericis suffragatur auctoritas, non solùm* P. Dianæ, *sed etiam aliorum quamplurimorum Auctorum. Et in omnem eventum plus soli* Dianæ *deferrem, quàm Lagunæ, & cæteris ejus sequacibus: tum propter egregiam viri, quam novi, literaturam: tum propter vitæ, morumque candorem, & integritatem.*

6 PAULUS ARESIUS C. R. Episcopus Derthonensis *de Aqua transmutatione in Vinum in sacrif. Missæ.*

7 PAULUS BRITIUS Episcopus Albensis, *ne' progressi della Chiesa occidentale, secolo 7. fol. 68. E chi curioso fosse di sapere, consideri seriamente le difficoltà, che move il celebratissimo Dottore* Diana.

8 PAULUS PIASECIUS Episcopus Præmisliensis in Regno Poloniæ *in Praxi Episcopali.*

9 PAX

9 PAX JORDANUS Episcopus Taguriensis *in Var. Elucubr. tom. 2. lib. 11. tit. 3. n. 216. Eruditissimus Diana affert multos Doctores circa hanc difficultatem*.

10 RAPHAEL RASTELLIUS C. R. Episcopus Caprensis *de Regimine lib. 3. Pervenit ad meas manus prima, & secunda pars Resolutionum moralium doctissimi viri* Antonini Diana *Pan. Cler. Reg.* Item *tract. de Censuris in genere.*

11 RODERICUS ACUGNA Bracharensis Archiep. *in decreto Gratiani*. Item *de Confessariis sollicitantibus*.

12 SACRA ROTA ROMANA *in causa Burgens. nullitatis profess.* die 16. Aprilis 1649. coram D. Arguelles. *Annum probationis continuum esse debere, clarum est. Abbas, Ancharanus, Suarez, & manu plenissima pro more Reverendus* P. Diana.

13 THOMAS THOMASONUS Episcopus Umbriaticensis *in sua Synodo part. 2. c. 9. Si morales Theologos velint, habeant Silvestrum, Navarrum, Sanchez, Toletum, Azorium: ex recentioribus sunt plurimi, Bonacina, Filiucius, & satis eruditus, in quo multas eruditiones habebis*, P. Diana.

Ex Quæsitoribus Fidei. 2.

1 DIDACUS DE TRANSMIERA Quæsitor Fidei in Regno Siciliæ *de Polygamia lib. 3. quæst. 2. n. 49. Quam rationem attigit doctissimus* Diana.

2 JOANNES ESCOBAR A CORRO Inquisitor Murciæ *tract. de Confess. Sollicit. part. 2. quæst. 2. §. 3. n. 23. An quis revelare teneatur in monitorio furtum factum a filiofamilias ejus, qui monitorium impetravit Naldus affirmat, Raynaudus negat*, Diana *tamen licèt doctissimus judicandum relinquit*.

Ex Canonicis Regularibus, & Sæcularibus. 3.

1 CONSTANTINUS DE CASTRO Mortariensis Canonicus Regul. Lateran. *in Collect. Theol. Moral. tract. 4. sect. 1. c. 100. art. 2. §... Ita Doctores, quos citat & sequitur doctissimus* Diana.

2 FRANCISCUS MARCHESIUS Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ Urbis Panormi anno 1694. Dianæ imaginem ære insculptam in lucem emisit, hoc adjecto Elogio. *R.P.D. Antoninus Diana C. R. nobilis Panormitanus, in Sicilia SS. Inquisitionis Consultor, Romæ Episcoporum Examinator, ubique Sapientum calculo Doctor celeberrimus, ac libertatis, & immunitatis ecclesiasticæ strenuus propugnator.* &c.

3 FRANCISCUS SALERNUS ejusdem Ecclesiæ Canonicus, & Vicarius Generalis *lib. 1. consil. 12. §. 3. n. 26. Quam sanè rem tetigit doctissimus* Diana, *cujus codex postquam hæc scripseram ad meas manus pervenit*.

Ex Clericis Regularibus. 40.

1 ALEXANDER PEREGRINUS C. R. *tract. de Duello.* Item *de Immunit. Ecclesiarum. Scholia ad Privilegia Religionis Cleric. Regul.* Item *Commentaria ad Constit. Cleric. Regul.*

2 ALOYSIUS NOVARINUS C. R. *Variorum Opuscul. tom. 1. 2. 3.*

3 ALPHONSUS DE LEONE C.R. *tract. de Capellaniis quæst. 6. sect. 10. n. 100. Unde doctissimus* Diana *necesse est, ut intelligat id esse prohibitum in decreto.* Item *Recollect. seu tract. de Jubilæo.* Item *de Officio, & Potestate Confessarii*.

4 ANDREAS LANFRANCUS C.R. *in Opusculis Theolog. tom. 2. opusc. 1. c. 4. n. 15. Quam plures refert accuratissimus in recensendis auctoritatibus* P. Diana.

5 ANDREAS MOLFESIUS C. R. *in Promptuario triplicis juris*, sive *in Summa Casuum Conscientiæ*.

6 ANDREAS PISCARA CASTALDUS C. R. *in Praxi Cæremoniarum passim*.

7 ANGELUS PISTACCHIUS C.R. *de Votis quibuscumque tam Sæcularium, quàm Regularium.* Item *tract. de Superst. Reorumque judicio*.

8 ANGELUS VERRICELLUS C. R. *in Quæstion. Moral. tract. 2. quæst. 28. n. 15. Ita doctissimus* Diana. Et *tract. 4. quæst. 27. sect. 7. n. 69. In re autem morali plurimum debemus nostro* P. Antonino Dianæ; *nam ejus industria, multæ opiniones evaserunt probabiles, quæ antea non erant.* Item *de Apostolicis Missionibus post tract. 18. in appendice quæst. 11. n. 4. Primò moveor auctoritate doctissimi*

P. Diana, *qui part. 11. tract. 1. resol. 23. improbabile censet, posse Sinenses ob regiam aulam castrare suos infantes, postquam enim typis impressa erat ea quæstio 197. de Eunuchis, optatissima pars undecima* P. Dianæ *ad manus devenit: optatissima inquam, nam tanti Doctoris scripta aureis literis exaranda, sæpissimè cùm evolvo, affectuosè deosculor; etenim in densissimis difficultatum tenebris, cæterorum auctorum cum opere despondi*, Diana *clarissimam lucem irradiat, abditarum auctoritatum, ac rationum thesauros indicat, & semper* Dianam *se, Lunam & Noctilucam præstat: quare omni ævo, Orbe, ejus doctrina moralium difficultatum nox sicut dies illuminabitur. Itaque tanti viri auctoritas ab ea opinione asserenda probabili me absterruit.*

9 ANTONIUS NALDUS C. R. *in Practica Quæstionum, sive casuum Conscientiæ Summa.* Item *Annot. Practic.*

10 AUGUSTINUS DE BELLIS C. R. *de absoluta Monarchia Divi Petri.* Item *Allegat. in causa Excommunic.*

11 BERNARDUS JUSTINIANUS C. R. *tract. de continuatione Cambii.*

12 CAJETANUS ANDREAS DE AFFLICTO C. R. *in controversi fori Decisionibus.*

13 CAJETANUS ALEXANDER *in Confessario Monialium.*

14 CAROLUS MORALES *in Diana dogmatico, & vindicato, ac defenso ab omnibus proscriptis Propositionibus a Summis Pontificibus.*

15 Ven. CAROLUS DE THOMASIIS C. R. *in suis Quodlibetis Theologicis quodlib. 4. schol. 10. n. 2. Ex qua doctrina, ex quibus principiis, noster Pater, meusque Magister* P. Diana, *cujus in omnem terram exivit sonus laudis, & in fines Orbis terræ codices ejus, in part. 11. tract. 4. multos varios, & curiosos casus mirabiliter deducit.*

16 CLEMENS FICARRA C. R. *tract. de Fama tom. 1. fol. 110.*

17 FRANCISCUS CESPEDES C. R. *in Dubiis Militaribus.* Item *de Exemptione Regularium c. 11. dub. 217. n. 1. Negativè respondent Henriquez, Sanchez, Tamburinus, & celebris* Diana.

18 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. *in Disquisit. Asceticis c. 22. §. 7. n. 26. Antoninus Diana inter Morales Theologos hujus ævi suo jam nomine præstantissimum lumen.*

19 GREGORIUS CARAFA C. R. *de Monomachia, seu de Duello comment.*

20 HIERONYMUS VITALIS C. R. *in Discussionibus Canonicis sub nomine Nicolai Vitalis germani fratris.*

21 JACOBUS GRAVINA C. R. *in Synopsi Theolog. veterum Patrum, de Summo Pontifice fol. 53. n. 94. Singulare opus hac de re primus edidit, inscripsitque de Primatu solius Petri, notissimus* Antoninus Diana, *Congregatione & Patria nobis devinctus: qui quidem eximiis illis, & vulgatissimis operibus Resolutionum Moralium celeberrimi Doctoris nomen sibi promeritus, jure inter Morales Theologos Primas obtinet, estque cunctis hujusce materiæ in libris laudatissimus.*

22 JOANNES BONIFACIUS BAGATTA C. R. *in Vita Caroli Thomasii lib. 2. c. 9. pag. 290. Il nostro dottissimo Padre* Diana, *così versato nelle Dottrine Morali, che non solo da tutta Roma, ma da più rimote parti veniva di continuo consultato.*

23 JOANNES CHRYSOSTOMUS FILIPPINUS C. R. *tract. de Filiatione spirituali.*

24 JOANNES FRANCISCUS DE PONTE *tract. de potestate Proregis Neapol.* Item *Decisiones Supremi Italiæ Consilii.*

25 JOANNES MORANDUS C. R. *in Cursu Theolog. tom. 2. tract. 3. de Euchar. quæst. ult. n. 559. Pater noster* Diana *ferè in omni materia morali congessit quidquid curiosi, & singularis recentiorum gustus noverit appetere.*

26 JOSEPH SILOS C. R. *in Analectis Epistol. epist. 33. fol. 76.* scribens ad Petrum Cyrillum Turrianum C. R. ait: *Jam non unum misisse te mihi Telescopium scias, sed duo: siquidem* Dianam, *cujus vigiliis, ac studio pleræque hoc sæculo, quæ latebant opiniones accepère suam lucem, dices meritò Moralis Sapientiæ specularem tubum, quem si quis videre clarius longè posita, si inspicere non ita obvia, non ita omnibus comperta doctrinarum scita, atque insignium ingenio-*

rum

rum consulta cupiat, admoveat suis oculis, perlegat, evolvat necesse est. Item *in Histor. Cler. Regul. part. 3. lib. 12. fol. 533.* ita Dianæ Elogium exorditur: *Antoninus Diana, celebre a scriptis voluminibus, ac gentium linguis nomen.* &c.

27 LEONARDUS DUARDUS C. R. *in Commentariis in Bullam Cœnæ.* Item *Comment. in Extravag. Pii V. de Censibus.*

28 MARCELLUS MEGALA, sive MEGALIUS C. R. *in Institutionibus Confessariorum.* Item *Consilia* &c.

29 MARCUS VIDAL C. R. *in Arca Vitali,* sive *in Quæstion. Theol. Moral.*

30 PAULUS ALAGONA C. R. *in Allegation. de Jure utriusque Principis, & Regular.*

31 PAULUS ARESIUS C. R. *de Aquæ trasmutat. in sacrificio Missæ.*

32 PAULUS MARIA QUARTUS C. R. *nel trattato del Giubileo dell'Anno Santo al cap. 3. punto 1. Si potrà vedere il* P. Diana *par. 9. tract. de Altaribus resol. 23. dove tratta egregiamente al solito questo punto, adducendo molti Dottori.* Item *in Rubricas Missalis in quæst. proemial. sect. 2. punt. 3. Ita tenet* Diana, *quem Doctorem frequenter, & libentissimè allego; tum quia eo citato plures, & graves habeo patronos mearum assertionum, nunquam enim* Diana *solus loquitur, sed ei semper concinunt probatissimi Doctores, quos fidelissimè ipse affert melos addentes gratissimum armonicis resolutionibus ejusdem* Dianæ. Rursus *ibid. part. 2. tit. 10. sect. 3. dub. 2. difficult. 3. Ita tenet Sylvester, Paludanus, & plures alii, quos citat & sequitur eruditissimus* Diana.

33 RAPHAEL RASTELLIUS C. R. *de regimine Principis lib. 3. Pervenit ad manus meas prima, & secunda pars Resolutionum moralium doctissimi viri Antonini Diana* &c. Item *de Censuris in genere.*

34 SALVATOR MARCHESIUS C. R. *in Resolution. Canonicis de Immunit. Ecclesiastica.*

35 THOMAS AFFLICTUS C. R. *in Commentariis de Justitia, & Jure.*

36 THOMAS DEL BENE C. R. *de Immunit. & Jurisdict. Ecclesiastica.* Item *in Summa Theolog.* Rursus *in Tractat. Moralibus.*

37 THOMAS PELLICCIONUS C. R. *in Quæstionibus utriusque Juris.*

38 THOMAS ANTONIUS SCHIARA C. R. *in Theologia Bellica, & in libro Romanus Pontifex.*

39 VINCENTIUS UGUCCIONUS C. R. *in Quæstionibus de Casibus Conscientiæ.*

40 ZACHARIAS PASQUALIGUS C. R. in Indice Doctorum ante suas decisiones morales lit. A. *Antonini Dianæ Clerici Regularis Resolutiones Morales, auctoris suo nomine celebris.* Item *in Quæstionib. Moralibus Canonicis.* Rursus *in Quæstionib. selectis Moral. Juridic.* &c.

Ex Clericis Regularibus Congregationis Somaschæ. 2.

1 ANTONIUS VOLPI C. R. Congregationis Somaschæ *in Quæstionibus Moralibus quotidianis.*

2 STEPHANUS SPINOLA C. R. Somasch. *opusc. de libera electione in Moralibus, disp. ult. sect. 4.* Diana *pro opposita sententia nullos citat Doctores; quod equidem miror, cur scilicet eruditissimus Vir in libris Doctorum adeo versatus, qui pro qualibet materia semper consuevit pro utraque parte Doctores afferre, in hoc puncto noluerit mentionem facere.*

Ex Clericis Regularibus S. Pauli. 3.

1 BARTHOLOMÆUS GAVANTUS C. R. S. Pauli *in Comment. in Rubricas Missalis, & Breviarii.* Item *in Praxi Synodi Diæces.* Rursus *Enchiridion Episcoporum.*

2 HOMOBONUS DE BONIS C. R. S. Pauli *in Examine Ecclesiastico.* Item *tract. de Casibus Reservatis.* Rursus *de Statibus Humanæ Vitæ.* Item *Consilia.*

3 JOANNES PETRUS MONETA C. R. S. Pauli *tract. de Distributionibus, de Decimis, de Optione Canonica, de Judicibus Conservatoribus.* Item *de Commutatione ultim. voluntatum.*

Ex Clericis Regularib. Jesuitis. 60.

1 ADAMUS TANNERUS S. Jesu *in Summa Divi Thomæ.*

2 ÆGIDIUS CONINCH S. J. *de Sa-*

Sacramentis, De Fide, Spe, & Charitate. Item *Respons. ad dissertationem impugnantem absolutionem moribundi*.

3 ALBERTUS DE ALBERTIS S. J. *in Paradox. Moralib. disp.* 1. *c.* 2. *n.* 17. *Huic veritati obluctatur apertè* Diana, *vir sanè doctissimus, juxtaque humanissimus*.

4 ALOYSIUS TURRIANUS S. J. *in* 2. 2. *D. Thomæ de Fide, Spe, & Charitate*. Item *de Justitia, & Jure*. Rursus *de Pœnitentia, & Censuris*.

5 ANDREAS MENDO S.J. *in Elucidatione in Bullam Cruciatæ*. Item *de Statera Opinionum benignarum in Controversiis Moralibus*.

6 ANTONIUS ESCOBAR, ET MENDOZA S.J. *in Theol. Moral. lib.* 5. *c.* 6. *sect.* 2. *problem.* 35. *n.* 133. *Miror quidem* Antoninum Diana *virum eruditissimum, primam sententiam Doctorum communem esse affirmare*. Idem *in Theol. Moral. parva edit. ult. tract.* 1. *exam.* 1. *c.* 12. *n.* 93. *Scio communem esse sententiam non peccare subditos, qui legem sine causa non recipiant, de quo eruditissimus* Diana *par.* 5. Idem *in Theol. Moral. to.* 2. *lib.* 16. *sect.* 1. *c.* 19. *problem.* 18. *n.* 616. *Doctus admodum amicus meus* Antoninus Diana. Idem *tom.* 4. *lib.* 28. *sect.* 2. *problem.* 45. *n.* 363. Diana, *qui pro mira eruditione, nullum non perlegit auctorem, ut mitius (ubi inconveniens non apparet) opinari curato*. Denique *probl.* 50. *num.* 377. *Sic doctè, & eruditè de more* Diana.

7 ANTONIUS FERNANDEZ S.J. *in Instructione Confessariorum*.

8 ANTONIUS QUINTANADUENNAS S. J. *in Theolog. Morali de Sacram*. Item *in Instruct. Ordinandorum*.

9 ANTONIUS SANCTORELLUS S. J. *in Resolut. variis*. Item *tract. de Hæresi, & de Jubilæo*.

10 AUGUSTINUS OLDOINUS S. J. *in Addit. ad Ciaconium tom.* 4. *pag.* 528. loquens de Francisco Cardinali Barberino, ait: *Eidem nuncuparunt Lucubrationes suas multi Viri doctrina præstantes, inter quos* Antoninus Diana, *clarum Theologiæ Moralis, ac Ordinis Cleric. Regul. sydus*.

11 CLAUDIUS LA CROIX S. J. *in Theol. Morali*.

12 DOMINICUS VIVA S. J. *in Thesibus, sive Propositionibus damnatis a Pontificibus*.

13 EMMANUEL MASCARENHAS S. J. *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 5. *c.* 1. *n.* 227. Diana *asserit, & optimè ut solet, in quacunque hora, in qua licet Sacerdotibus celebrare, licere laicis communicare*.

14 EMMANUEL SA' S.J. *in Casibus Conscientiæ cum notis Victorelli*.

15 ENGELBERTUS EWICK S. J. sub nomine Theologi Cluniensis, *in Compendio Operum Dianæ*. Antuerpiæ 1637.

16 FERDINANDUS CASTROPALAUS S. J. *in Operibus Moralibus*.

17 FRANCISCVS BARDI Studiorum Præfectus in Collegio Panormitano Soc. Jesu, *in Bullam Cruciatæ par.* 2. *tract.* 2. *c.* 4. *sect.* 2. *n.* 12. *Partem affirmativam complexi sunt quamplures, ut Suarez, Coninch, Fagundez, Layman, & peritissimus* Diana. Et *tract.* 3. *ibid. c.* 4. *sect.* 4. *n.* 34. P. Diana *diligens casuum moralium, & practicabilium scrutator*.

18 FRANCISCUS PELLIZZARIUS S. J. *tom.* 2. *Manual. Regul. in epist. ad Lectorem sub nomine Typographi*. R. P. Antoninus Diana *vir ob plures & eruditos Codices, non solùm Urbi, sed etiam universo Orbi celeberrimus*.

19 FRANCISCUS SUAREZ S. J. *in Operibus omnibus*.

20 FRANCISCUS TOLETUS S.J. *in Summa cum notis Victorelli*.

21 GABRIEL VASQUEZ S. J. *in Operibus omnibus*.

22 GABRIEL DE HENAO S. J. *de Sacram. Euchar. disp.* 14. *sect.* 4. *n.* 35. Antoninus Diana *insignis amplificator Theologiæ Moralis*.

23 GASPAR HURTADUS S. J. *de Matrimonio, & de Censuris*.

24 GREGORIUS GOBAT S. J. *in Thesauro Indulgent.* 2. *c.* 7. *quæst.* 16. *n.* 324. *Ita post Silvium* Diana, *cujus apud me magna in ejusmodi dubio auctoritas*.

25 GREGORIUS DE VALENTIA S. J. *in D. Thomam*.

26 HENRIQUEZ S. J. *in Summa*.

27 HIERONYMUS FERRANTINUS

NUS *de Scandalo*, *& Correctione fraterna disp. 1. quæst. 27. n. 14. Ita* Diana, *cujus tanti Auctoris opinio quamvis pro viri religiosi affectu dicta sit, habet nihilominus difficultates*.

28 HONORATUS FABRI S. J. *in Dialogo de Opinione Probabili* duos tanquam celebriores introducit probabilitatis propugnatores, Caramuelem, & *Dianam*.

29 JOANNES AZORIUS S. J. *in Institutionibus Moralibus*.

30 JOANNES BAPTISTA SCORTIA S. J. *in Constitutionibus Pontificiis*. Item *de Sacrificio Missæ*.

31 JOANNES DE CARDENAS S. J. *in Crisi Theologica, sive in Disputat. selectis ex Theologia Morali*.

32 JOANNES DE DICASTILLO S.J. *de Sacram. tom. 1. tract. 4. disput. 10. dub. 110. Ecce* Diana *sibi contrarius est; id tamen, (quod illi non semel contigit) non reprehensione, sed gratiarum actione dignum est, nempe vir pro bono communi laborans, & communi utilitati serviens, plurima electione dives, & copiosus pro occurrenti consultationum, & quærentium necessitate, aut etiam desiderio, jam huic, jam illi parti adhæret, quando pars utraque probabili ratione, & Doctorum virorum auctoritate nititur, & in praxi utrumvis operari tutum est; voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsum finem, quid in una, quid in alia occasione responderit quærentibus. Quid, quæso, utiliùs pro praxi? Hæc obiter dixerim, ut facessere jubeam nescio, quos invidos, qui hæc, etsi quæ sunt similia, erudito viro non verentur objicere.* Et *tract. 7. to. 2. disp. 9. dub. 2. n. 88. Eodem modo posset impugnari Diana* &c. *Sed in hoc erudito, & multæ lectionis viro, non vitio vertendum; sed laudi potiùs tribuendum est, quod resolutiones illius variæ sunt, & quandoque oppositæ. Nempe scopus illius est, tam confessarios, quàm pœnitentes instruere, ut secundùm probabiles Doctorum sententias (etiam fortè contrarias) possint se tuta conscientia dirigere in praxi pro nata occasione, in quo abundè pergit quotidie bene mereri de Republica literaria*. Idem *ibid. dub. 8. n. 351. fol. 477. Nec sine admiratione legi in* Diana, *in quo eruditio cum benignitate de primatu certant. Dum casus resolvit eruditè, justè, & benignè, & plures, ac varias, imò etiam oppositas sententias, ut probabiles frequenter admittit*. Idem passim in omnibus tomis, & quæstionibus, & præsertim *dub. 9. n. 257. fol. 680. Sua omnia opera, & resolutiones toto mundo celebres edidit* Antoninus Diana *&c.*

33 JOANNES DE LUGO S. J. *de Justitia, & Jure tom. 2. disput. 37. sect. 13. n. 161.* Item *de Sacram. Pœnitentiæ disp. 25. sect. 5. n. 148. Quando est mera confessionis revelatio Inquisitores non se ingerere testatur* Diana *in eo Tribunali per multos annos versatus*.

34 JOANNES DE SALAS S.J. *in tract. de Contractibus, de Legibus, & in 1. 2. D. Thomæ*.

35 JOANNES DOMINICUS OTTONELLUS S. J. *in tract. de Pictura, & Sculptura cap. 3. quæst. 7. Propone il quesito il Rev. P.* D. Antonino Diana, *uomo celebrato da tanti valentuomini, e con tante lodi, che s'è potuto tessere un catalogo di lodatori*.

36 JOANNES MALDONATUS S. J. *de Sacramentis*.

37 JOANNES PRÆPOSITUS S.J. *Comment. in 3. p. D. Thomæ*.

38 JOSEPH ALDRETA S. J. *de Religiosa Disciplina tuenda*. Item *Allegat. pro Regular. exemptione*.

39 JOSEPH GIBALINUS S. J. *de Usuris tom. 2. lib. 6. n. 11.* Antonini Dianæ *Cler. Regul. resolutionibus notissimi*.

40 LEONARDUS LESSIUS S. J. *de Justitia, & Jure*.

41 LUDOVICUS MOLINA S. J. *de Justitia, & Jure*.

42 MARTINUS BECANUS S. J. *in omnibus Operibus*.

43 MARTINUS BRESSERUS S.J. *de Conscientia lib. 2. c. 8. n. 98.* Antoninus Diana *citat pro more suo diligenter Auctores aliquos*.

44 MARTINUS FORNARIUS S.J. *Institut. Confessariorum*.

45 MARTINUS DEL RIO S. J. *in Disquisit. Magicis*.

46 MARTINUS PEREZ S. J. *in Censura Dianæ Coordinati a Martino Alcolea tom. 1.* inter alia habet: *Crystallina*

lina quidem sunt disciplinæ moralis fluenta, quibus sapientissimus P. Antoninus Diana *tot doctissimorum hominum elogiis, jure ac merito celebratus, totum terrarum Orbem irrigavit*.

47 MICHAEL VAN WIEST S. J. *in Compendio Operum Dianæ*.

48 ODDO DE COMITIBUS S. J. *in Relectione Theolog. de Absol. in articulo mortis* §. 68. *Laudabiliter igitur faciunt, qui in suis decisionibus protestantur se benigniorem partem sequi: quod profitetur* P. Antoninus Diana *(cujus memoria in benedictione est, & erit apud beatos, & mortales) ut non propterea audire mereatur laxiorum opinionum collector. Aliud enim est benignitatem sequi: id quod suadet charitas, quæ benigna est; aliud laxitatem, quod est in vitio*.

49 PAULUS COMITOLUS S. J. *in Responsis Moralibus*. Item *Tract. Apologetic. contra Venetos*. Rursus *de Contractibus*.

50 PAULUS LAYMAN S. J. *in Theologia Morali*.

51 SEBASTIANUS SALELES S. J. *de Materiis Tribunal. SS. Inquisit. lib.* 1. *c.* 11. *regul.* 94. *n.* 132. *Ex Doctoribus magis recentioribus perdoctè discutit, & resolvit hoc dubium, sicut & reliqua, vir doctissimus, atque religiosissimus de illustrissima familia Clericor. Regul.* P. Antoninus Diana, *Consultor S. Officii, & de hoc sacro Tribunali valdè benemeritus*.

52 STEPHANUS DE AVILA S. J. *in tract. de Censuris*.

53 STEPHANUS BAUNY S. J. *de Sacramentis, & de Personis sacris*.

54 STEPHANUS FAGUNDEZ S. J. *de Præceptis Ecclesiæ*.

55 THEOPHILUS RAYNAUDUS S. J. in diversis suis operibus *Dianam* doctissimum nominat, & summæ facilitatis auctorem.

56 THOMAS SANCHEZ S. J. *de Matrimonio*. Item *in Summa*.

57 THOMAS TAMBURINUS S. J. *in Decalog. part.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. §. 1. *n.* 5. *De hac materia Romam misi, ut amici cam* P. Dianæ *de Theologia Morali profecto benemerentissimo communicarent*.

58 VALERIUS REGINAUDUS S. J. *in Praxi Pœnitentiæ*. Item *de Prudentia Confessarii*. Item *de Officio Pœnitentis*.

59 VINCENTIUS FILLIUCIUS S. J. *in Quæstionibus Moralibus*.

60 VINCENTIUS TANCREDI S. J. *de Religione in Epistola ad Lectorem. Circa Ecclesiarum immunitatem multa exagitantur, quæ nuper eruditissimus, & satis notus* Diana, *& quidem non obscuri nominis Recentiores scripsere*. Idem *in Quæstionib. Moralib. Epist. ad Lectorem. Plura ad rem multis adductis, congerit doctissimus, ac religiosissimus* Diana.

Ex Clericis Regul. Minoribus. 2.

1 EMMANUEL AMBROSIUS DE FILAGUERA *in Summa Casuum Conscientiæ*.

2 THOMAS HURTADO *in Resolutionibus Moralibus*.

Ex Clericis Regul. Congregationis Matris Dei. 1.

HIERONYMUS FLORENTINUS *disput. de Abortivis sent.* 1. *n.* 4. *Non intendo examinare præsentem difficultatem, cùm luculenter ab eruditissimo* P. Diana *resolvatur*.

Ex Patribus Benedictinis. 8.

1 ALPHONSUS VILLAGUT *tractat. de Rebus Eccles. non ritè alienatis*. Item *Allegat. in eadem materia*. Item *de Usuris*.

2 GREGORIUS SAYRES *in Clavi regia Sacerdotum*, vel *in Summa Casuum Conscientiæ*.

3 HIERONYMUS PHARAONIUS *tract. de Sacram. Pœnitentiæ, & de Restitutione*.

4 JACOBUS A GRAFFIIS DE CAPUA Abbas Cassinensis Ord. S. Benedicti *in Decisionib. aureis*. Item *de Arbitrariis Confessariorum, & de Casibus reservatis*.

5 JOANNES CARAMVEL *in Theolog. Regul. disp.* 6. *n.* 53.

6 JOANNES VALERIUS *in Differentiis utriusque Fori*.

7 MARTINUS ALCOLEA *in Dianæ Coordinati operibus*.

8 PETRUS DE MURGA *in Disquisitionibus Moralibus, & Canonicis*.

Ex Patribus Cistercienfibus. 2.

1 CAROLUS MALLETUS *in Theolog. Morali tom.* 1. *Epistol. ad Lectorem. Nuper hac eadem super materia luculenter scripserunt Eminent. Cardinalis de Lugo, & Doctissimus* Antoninus Diana.

2 PETRUS DE LORCA *in* 1. 2. *D. Thomæ*. Idem *in* 2. 2.

Ex Patribus Dominicanis. 28.

1 ACACIUS MARCH DE VELASCO *in Censura tom.* 1. *Dianæ Coordinati, Multos inquit, in multis ad justitiam erudivit gravissimus* Antoninus Diana, *fulgens quasi splendor Firmamenti*, Idem *in Resolutionibus Moralibus tom.* 1. *resol.* 30. *En todos los quales lugares trae* Diana *muchas cosas acerca de ay uno nuevas curiosas, y aplausibiles de ser vistas.*

2 ANTONIUS DE SOUSA *Recollect. in Bullam Cœnæ*. Idem *Aphoris. Inquisitorum.*

3 BARTHOLOMÆUS AB ANGELO *in Examine Confessariorum, & Ordinandorum.*

4 BARTHOLOMÆUS MEDINA *in Summa, sive Instructione Confessariorum.* Idem *in* 1. 2. *D. Thomæ, & in* 2. 2.

5 DIDACUS ALVAREZ *in* 1. 2. *D. Thomæ.*

6 DIDACUS NUGNUS *de Sacramentis in* 3. *p. D. Thomæ.*

7 DOMINICUS BANNEZ *de Fide, Spe, & Charitate*. Idem *de Justitia, & Jure.*

8 DOMINICUS SOTUS *de Justitia, & Jure*. Idem *de tegendo Secreto.*

9 FRANCISCUS COQUETIUS *in Dissertatione de Confessione per literas, seu internuncium.*

10 GREGORIUS MARTINEZ *Comment. in* 1. 2. *D. Thomæ.*

11 HIERONYMUS CENEDO *de Paupertate Religiosa.*

12 HYACINTHUS DONATUS *in Praxi Regul. t.* 1. *tract.* 13. *quæst.* 20. *n.* 6. *Si Episcopus prohiberet ne fiat accessus ad locum exemptum, tunc incurreretur in censuram: ita Covarruvias, & Doctissimus* P. Diana.

13 JOANNES DOMINICUS MONTAGNUOLA *Disput. de valore, & fructu Missæ.*

14 JOANNES TABIENA *in Summa Casuum Conscientiæ, dicta Summa Tabiena.*

15 LUDOVICUS LOPEZ *in Instructorio Conscientiæ.* Idem *de Contractibus.*

16 PETRUS FAY *de Pœnitentia in* 3. *p. D. Thomæ.*

17 LUDOVICUS BERTRANDUS *in Resolutionibus Theologicis difficultatum occurrentium in Belgio.*

18 PETRUS DE LEDESMA *in Summa Casuum Conscientiæ cum Addit.*

19 RAPHAEL DE LA TORRE *Comment. in* 2. 2. *D. Thomæ.*

20 ROMUALDUS COLI *de Cambiis, Usura, & Censibus.*

21 SYLVESTER PIERATA *in Summa Casuum Conscientiæ, dicta Summa Sylvestriana.*

22 THOMAS BONINSIGNIUS *tract. de Venditione ad tempus, Cambiis, & Censibus* &c.

23 THOMAS DE VIO CAJETANUS *in Summa cum Annotationibus Pauli de Palatio.*

24 THOMAS DE MERCATO *in Summa de Contractibus.*

25 REMIGIUS SCROPHA *de Invaliditate Professionis*. Idem *in Solutionibus Quæstion. Moral. quæst.* 35. *n.* 16. *Hæc omnia docet Doctissimus* Diana.

26 PETRUS PASSERINUS *in libris Decretalium.*

27 JULIUS MERCORUS *in Basi totius Theologiæ Moralis.*

28 JOANNES MARTINEZ *in Discursibus Theologicis, & Politicis.*

Ex Patribus Franciscanis. 28.

1 ALONSUS DE VEGA Ord. Minor. S. Franc. *in Summa Casuum Conscientiæ.* Item *in Speculo Parochorum.*

2 ANACLETUS REINFESTUEL *in Theologia Morali.*

3 ANTONIUS COTONIUS Tertii Ord. S. Franc. *in Compendio Operum Dianæ, & in Summario Summæ.*

4 BARTHOLOMÆUS DE VECCHIS Capucinus *in Praxi observanda in admittendis Novitiis.*

5 BRUNO CHASSEING *in Privilegiis Regularium.*

6 CŒLESTINUS SVESSIONENSIS Tertii Ordinis S. Francisci *in Compend.*

pend. Theolog. Moral. tract. 3. *c.*10. *De hac materia multa scitu digna refert* Diana *vir doctissimus, ex cujus doctrina, quæ hic suademus, desumpturi sumus.*

7 CHRISTOPHORUS DELGADILLUS Ord. Minor. S. Franc. *de Sacramento Pœnitentiæ c.* 19. *ante dub.* 53. *n.*616. *Præ cunctis verò, & veraciùs agit de sigillo sacramentali eruditus* Diana.

8 EMMANUEL RODRIQUEZ Franciscanus *in Comment. in Bullam Cœnæ, & in Summa Casuum Conscientiæ.* Idem *in Quæstionib. Regularibus.*

9 FELIX POTESTA' Ordinis Minorum S. Francisci *in Manuale Ordinandorum, & in Examine Ecclesiastico.*

10 FRANCISCUS BORDONUS Tertii Ord. S. Francisci *in Consil. Regul. tom.*2. *resol.*80. *n.*30. *Id optimè probat in moralibus versatissimus* Diana. Idem *in Controv. Moralib. contr.*7. *n.*5. *De materia immunitatis ecclesiasticæ vide* Dianam *in suis operibus, qui abundè, clarè, & optimè in favorem ecclesiasticorum dixit, quidquid ferè dici potest, ita quod in hac materia nihil amplius desiderari possit.*

11 FRANCISCUS CORIOLANUS Capucinus *in tract. de Casibus Reservatis.*

12 FRANCISCUS ORTIZ Ord. Minorum S. Francisci *in Summa Casuum Conscientiæ.*

13 FRANCISCUS DE PITIGIANIS *in* 4. *Sentent.* Item *in Pract. Crimin. Can.*

14 FRANCISCUS DE SOLA *in Comment. super Bullam Clem. VIII. de Largitione Munerum.*

15 GESUALDUS DE BONONIIS Capucinus *in Theologia Morali.*

16 GUILLELMUS HERINCX *in Summa Theolog. Scholasticæ, & Moralis.*

17 HENRIQUEZ DE VILLALOBOS Ord. Minor. S. Franc. *in Manuale Confessariorum.* Item *in Summa Casuum Conscientiæ.*

18 HIERONYMUS SORBO Capucinus *in Compendio Privilegiorum Mendicantium.*

19 JACOBUS RAGGI Capucinus *de Regimine Regularium.*

20 JOANNES DE CARTHAGENA Ord. Minor. S. Franc. *in Propugnaculo de Jure Belli Romani Pontificis.* Idem *de Sacramentis.*

21 JOANNES MARIA DE CASTILENTO Ord. Minor. S. Franc. *in Polyanthea Theolog. Moral.* ante principium in Elencho nominum Auctorum. *Cæterorum auctorum nomina in hoc opere citata, habes etiam apud alios, & præcipuè apud doctissimum* Dianam, *cujus intellectum, sicut puto, omnium casuum conscientiæ decisionum promptissimum, ita etiam ejus opera omnium Doctorum veterum, sed perquam maximè recentiorum universalem dixerim bibliothecam.*

22 JUNIPARUS A DREPANO *de Casibus Reservatis part.* 3. *disput.* 13. *quæst.*1. *c.* 2. *n.*2. *Hoc idem existimo sentire* P. Dianam: *etenim si hujus sensûs non fuisset doctissimus Pater, istius difficultatis materiam exactè non examinaret, & eleganter resolveret, prout resolvit.*

23 LUDOVICUS DE MIRANDA Ord. Minor. S. Franc. *in Ordine Judiciario.* Item *in Manuale Prælatorum.*

24 PETRUS BELLOCHIUS Ord. Minor. S. Franc. *in Praxi Theolog. Moral. sive de Casibus Reservatis.*

25 PETRUS A PANORMO ex Minor. Reformat. S. Franc. *in Vita Hieronymi Inveglia c.* 11. *pag.* 72. Dianam dicit fuisse virum illius doctrinæ, quæ universo inclaruit Orbi.

26 PHILIPPUS FABRI Ord. Minor. S. Franc. *de Pœnitentia.* Item *de Restitutione: de Sacram. Ordinis, & de Censuris.* Rursus *in Comment. in libros Sententiarum.*

27 SEBASTIANUS A BONONIA Capucinus *in tract. de Electione.*

28 THOMAS FRANCES Ordinis Minor. S. Franc. *in Consultationibus in re morali.*

Ex Augustinianis. 10.

1 ALPHONSUS REGIUS *in Resolution. Casuum Conscientiæ.*

2 BARTHOLOMÆUS SALONIUS *in Comment. de Justitia, & Jure in* 2. 2. *D. Thomæ.*

3 BASILIUS PONTIUS *tract. de Matrimon.* Item *de Impedimentis Matrimonii.*

4 GASPAR VILLAROEL *de Gubernio Eccles. part.* 2. *quæst.* 14. *art.* 4. *n.* 43. *El doctissimo Padre* D. Antonino Diana *siguiendo Pedro Hurtado.*

5 JO-

5 JOANNES BAPTISTA ANTONUCIUS *in Catechesi Diœcesis Neapolitanæ.*

6 JOANNES HENRIQUEZ *in Quæstionib. Practicis sect. 37. quæst. 21. n. 55. Esto no obstante* Diana *Author tan grave affirma lo contrario.*

7 LUDOVICUS BEJA *Respons. Casuum Conscientiæ.*

8 OCTAVIUS A S. JOSEPH *in Casibus Conscientiæ.*

9 PAULUS FRAXINELLUS *Disputat. de Obligationibus Sacerdotum ad Missas pro aliis ex justitia celebrandas.* Item *an Sacerdos teneatur dicere Missas de Defunctis, vel ejus vice dicere possit de Sanctis?*

10 PETRUS ARAGON *Comment. in 2. 2. D. Thomæ, & de Justitia, & Jure.*

Ex Carmelitis. 9.

1 ANDREAS A MATRE DEI Carmelita Discalceatus *in tractatu Theologiæ Moralis.* Idem *de Legibus: de Justitia, Dominio, & Restitutionibus.*

2 ANTONIUS A SPIRITU SANCTO Carmelita Discalceatus *in Directorio Regularium, & Confessariorum.* Idem *in Consult. Theologicis.*

3 CASSIANUS A S. ELIA Carmelita Discalceatus *in Theologia Morali, & Casibus Conscientiæ.*

4 COLLEGIUM SALMANTICENSE PP. Carmelitarum Discalceat. *in Theologia Morali.*

5 FRANCISCUS BONÆ SPEI *in Noctua Belgica Epist. ad Lectorem. Quod timens Sapientissimus* Diana, *lumen diffundere cœpit.*

6 JOANNES BAPTISTA LEZANA Carmelitanus *in Summa Quæstionum Regularium tom. 4. verb. Libri n. 50. Quid verò sentiendum de electione aliorum librorum, de quibus non fit sermo in Bulla Cœnæ, consultandus est insignis auctor* Antoninus Diana. Idem ibid. *verbo Litania num. 7. Nota, quòd celebris auctor* P. Diana *oppositum probabile putat esse.* Idem *in Consultis variis cons. 35. n. 16. Ea quæ dixi, etiam approbat Sapientissimus* P. Diana *aliis relatis.*

7 LEANDER A SS. SACRAMENTO Carmelit. *in Quæstionib. Moralib. editionis Lugdunensis, tom. 1. de Sacrament. tract. 5. disp. 7. quæst. 6. Approbat etiam novissimè hanc meam sententiam Doctus* Diana.

8 PETRUS AB ANGELIS Carmelita Discalc. *in Addit. 7. ad suæ Praxis Judicialis. Quod non sint obligatoriæ tenent Suarez, Salas, Sanchez, & Doctissimus* P. Diana.

9 SERAPHINUS A CONCEPTIONE Carmelita Discalc. *de Virtute, & Sacramento Pœnitentiæ.*

Ex Patribus SSS. Trinitatis. 2.

1 FRANCISCUS DE S. JULIANO Discalceatus ex Ord. SSS. Trin. *in Tribun. Regularium c. 7. advert. 5. §. 8. n. 18. Nostram sententiam probabiliter negat* Diana, *quidquid carpeat Michael Ferro virum hunc doctissimum, piissimum, & modestissimum, cujus studio, diligentiæ, & labori tantùm debent Resolutores Casuum Conscientiæ.*

2 LUDOVICUS DE SANRAIMON Discalceatus Ord. SSS. Trin. *in Quæst. Apologetica de Bulla Cruciatę §. 6. n. 4. Esto modo de hablar del Padre N. con un Hombre tan grande, y tan erudito como el Padre* Antonino Diana, *que con justa razon le elaman los Escriptores destos tiempos el Maestro por Antonomasia de la Theologia Moral, aun quando el Padre N. trugerà en fabor de su conclusion muchas authoridades, y fundamientos muy efficaces &c. tenia obligacion de citar los Authores con toda la urbanidad, y cortesia, aun quando en ellos no concurieran los grandes meritos de virtud, y scientia, que concuren en la persona del doctissimo Padre* Antonino Diana, *quanto mas quando su conclusion se funda en principios tan debiles, y tan desnudos de authoridad, y razon, que le podemos con toda propriedad decirle a quel adagio Español, que quien tiene el taxado de bibrio no tire pedras al de el vicino.*

Ex Patribus Ordinis B. Mariæ de Mercede.

ANTONIUS MONTES DE TORRES *in Compendio Dianæ.*

Ex Patribus Minimis S. Francisci de Paula. 4.

1 LAURENTIUS PORTEL Ordinis Minimorum *de Observantiis dubiis Regularibus cum novis additionibus*.

2 LAURENTIUS DE PEYRINIS Ordinis Minimorum *in Religioso subdito, & Prælato*. Item *super Privilegia ejusdem Ordinis Minimorum*.

3 SIMON POURRE ex Ordine Minimorum *in Margharita Casuum Conscientiæ verb. Altare n. 7. in fine. Ne mireris, Lector*, *quòd* Diana, *& alii viri tam commendabilis scientiæ, & doctrinæ, quos ego ut Magistros veneror*.

4 PETRUS MEXIA *in Censura Dianæ Coordinati*.

Ex Patribus Ordinis Fullensis.

BARTHOLOMÆUS A S. FAUSTO Ordinis Fuliensis *de Sacram. Pœnitentiæ lib. 4. quæst. 173. Pœnitens quando bona fide majorem numerum peccatorum expressit, non tenetur repetere confessionem, & ita tenet Sapientissimus* Diana.

Ex Authoribus Sæcularibus.

A

1 ACACIUS RIPOL *tract. de Regular. c. 11. n. 11. Non debebat venerabilis, & doctissimus* Diana *tantopere mirari me de dictis*.

2 ADAMUS A MAUDEN *discur. in Decalogum*.

3 ALEXANDER AMBROSINUS *de Immunitate Ecclesiastica super Bullam Gregorii* . . .

4 ALEXANDER CALAMATUS *in Compendio Dianæ*.

5 ALEXANDER CARERIUS *de Sponsalibus, & Matrimonio*.

6 ALEXANDER PESANTIUS *tract. de Immunitate Ecclesiastica*. Item *in Summam D. Thomæ*.

7 ALOYSIUS BARIOLA *in Floribus Inquisitorum*. Item *Consil. Moral.* Item *Aphorism. Casuum Conscientiæ*.

8 ALOYSIUS RICCIUS *in decisionib. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ*. Item *in Praxi Fori Ecclesiastici*. Item *Collect. omnium decision.*

9 ALPHONSUS CURIEL *Comment. in 1. 2. Divi Thomæ*.

10 ALPHONSUS DE MADRIG *tract. de Episcopis, Parochis, & Confessariis*.

11 ALPHONSUS DE NARBONA *in 3. par. Recopilationum legum Hispaniæ*.

12 ALPHONSUS VERACRUZ *in Specula Conjugatorum*.

13 ANDREAS CAPANUS *de Jure Adobæ quæst. 62. n. 11. Fateor tamen, quòd* P. Diana *omnia ferè optimè resolvit maxima cum ingenii perspicuitate, & acumine, prout in præsenti casu, in quo largam opinionem profert, & hoc cum maximo judicio propter evitanda peccata*.

14 ANDREAS GUADAGNINUS *in Compendio Dianæ*.

15 ANDREAS VICTORELLUS *in Notis ad Manuale Navarri*. Item *de Sacram. Extremæ Unctionis*.

16 ANGELUS DE CLAVASIO *in Summa Casuum Conscientiæ, dicta Summa Angelica*.

17 ANONYMUS Antuerpiensis *in Compendio Dianæ*.

18 ANTONIUS CABREROS AVENDANO *in methodica delineatione de Metu*.

19 ANTONIUS CORDUBA *in Quæstionario Theologico*. Item *in decision. Casuum Conscientiæ, & in expositione in Regulam Fratrum Minorum*.

20 ANTONIUS DE ESCOBAR *in Examine Confessariorum*.

21 ANTONIUS GOMEZ *tract. in Bullam Cruciatæ*.

22 ANTONIUS LAZARIUS *in Quæstionib. Canonicis, sive de Monitoriis*. Item *tract. de Blasphemia*.

23 ANTONIUS DE LEON *in Quæstion. de Chocolate par. 1. §. 1. n. 4. Aun oy la puede seguir esta opinion, consta de* Antonino Diana, *que siendo el ultimo, que ha escrito en lo Moral, y con la provocacion, y con la estimacion, que se sabe, la pone por probable*.

24 ANTONIUS DE LITERATIS *in Summa Casuum Conscientiæ*.

25 ANTONIUS MONTES *in Compendio Dianæ*.

26 ANTONIUS RAGUCCIUS *in Lucerna Parochorum*. Item *in Vase Ecclesiastico* ...

ecclesiasticæ Disciplinæ. Rursus *tract. de Officio Canonicorum*.

27 ANTONIUS RICCIULLUS *tract. de Jure Personarum extra Ecclesiæ gremium existentium*.

28 ANTONIUS RUFUS *in Manuale Definitionum*.

29 ANTONIUS SALVATORE *tract. de Recur. & Continuat. Cambiorum*.

30 ARCHANGELUS RUBEUS *de Sacram. in 4. Sententiar.*

31 ARNALDUS ALBERTINUS *de Hæreticis; de Secreto; de agnoscendis assertionibus Catholicis, & Hæreticis*.

32 ASTREA VALENSIS *in Paratlitis Decretalium*.

33 ASCANIUS TAMBURINUS *de Jure Abbatum*.

34 AUGUSTINUS DE CASTRO *in Censura Dianæ Coordinati*.

35 AUGUSTINUS VIGIANUS *disput. de Immunit. Ecclesiastica*.

B

36 BALTHASSAR GOMEZ DE AMESCUA *tract. de potestate in seipsum*.

37 BARNABAS GALLEGUS *in Bulla Cruciatæ c. 9. dub. 115. No porque he advertendo contra* Antonino Diana *dexo de venerar los muy lucidos trabajos deste Author, que sin duda tiene grandes noticias de la Theologia Moral*.

38 BARTHOLOMÆUS FUMUS *in Summa Casuum Conscientiæ*.

39 BARTHOLOMÆUS GYPTIUS *tract. de Casibus reservatis*.

40 BARTHOLOMÆUS DE LEDESMA *tract. de Sacramentis*.

41 BARTHOLOMÆUS UGOLINUS *tract. de Censuris*. Item *in Bullam Cœnæ: de Usuris: de Simonia: de Irregularitate*. Item *in Responsionib. ad Tractatum Theologicum: & in Responsionib. ad Jurisconsultos Gymnasii Patavini*. Rursus *de Justitia Monitorii Pauli V. & de Potestate Episcopi*.

42 BERNARDUS COMENSIS *in Lucerna Inquisitorum cum Annotationibus Francisci Pegnæ*.

43 BERNARDUS DIAZ *in Practic. Crimin. cum Annotation. Salzedi*.

44 BERNARDUS SANDOVAL *tract. de Officio Ecclesiastico*.

C

45 CÆSAR CARENA *tract. de Officio SS. Inquisitionis tom. 1. §. 11. n. 68. Videatur de tota hac materia* P. Diana *de hoc nostro Tribunali Sancti Officii optimè meritus*.

46 CANDIDUS BROGNOLUS *in Speculo Clericorum*.

47 CAROLUS ANTONINUS BOTTIGLIERUS *tract. de Success. ab intestato theorem. 66. n. 1. Ad quod videndus est laboriosus, & doctus* P. Diana.

48 CAROLUS BAUCIUS *in secunda editione suæ Praxis Confessariorum fol. 123. Respondetur ex Cajetano, & aliis citatis a Sapientissimo* Diana.

49 CAROLUS DE GRASSIS *in duobus libris Regaliarum Franciæ*. Item *tract. de Effectibus Clericatus*.

50 CAROLUS MACIGNUS *tract. de Horis Canonicis*.

51 CASTILLUS DE BOBADILA *in Politica* hispano idiomate conscripta.

52 CASTILLUS SOTOMAYOR *de Tertiis debitis Hispaniarum Regibus*, &c. *c. 41. n. 181.* Antonini Dianæ *scripta, & Resolutiones Morales utiles, & necessarias esse a singulari eruditione, auctorumque lectura edita fatemur libenter*.

53 CHRISTOPHORUS ANGUJANUS *tract. de Legibus*.

54 CLAUDIUS CARNINUS *tract. de Vi, & Potestate Legum humanarum*.

55 CLAUDIUS SOLERUS *tract. de juridica Potestate Confessariorum*.

56 COLLEGIUM BONONIENSE *in respons. pro Libertate Ecclesiastica*.

57 COSMAS FILIARCHUS *de Officio Sacerdotis*.

D

58 DANIEL DE NOBILIBUS *in Select. Controversiis disp. 62. n. 31. Contra communem sententiam videtur mihi sentire Eruditissimus* Diana, *dum dixit sibi non videri has leges ex æquo respicere Clericos, & Laicos*.

59 DAVID A MAUDEN *in Præceptis Decalogi*.

60 DIDACUS ANTONIUS FRANCES *in Pastore interno* ad finem Operis in Appendice §. 1. *Nonus tomus eruditissimi, & laboriosissimi Reverendi Patris* Antonini Dianæ, *serò, sed bona sorte ad*

me

me delatus est, illum perlegi, & spicilegium istud, quod Sparta nostra potuit locupletari hîc apponere, & in appendiculum referre judicavi, quam margines infercire, & lectores meos hac nova lucubratione, & gravissimi viri auctoritate, judicioque privari. Idem *in Pastorali Regul. par. 3. voto 8. Roma Orbis Caput tenet Religiosissimum, mihique ante alios Charissimum Patrem* Antoninum Dianam *divinioris sapientiæ Antesignanum, & in primis ejus Theologiæ, quoad mores spectat, ac jura componit, nostra ætate facilè Principem.*

61 DIDACUS COVARRUVIAS *in omnibus ejus Operibus.*

62 DIDACUS DE NARBONA *in Annalibus Juris n. 10. cum dim. quæst. 8. num. 6. Idem docet Riccius, Ochagavia, Marcerus, & Castropalaus, quem refert, & sequitur eximiæ literaturæ vir* Antoninus Diana.

63 DIRECTORIUM INQUISITORUM cum Commentariis FRANCISCI PEGNÆ.

64 DOMINICUS CAMEROTA *tract. de Sacramentis.*

E

65 ELIGIUS BASSAEUZ *in Floribus Theolog. tom. 2. vers. Rescindentia num. 11. Advertant Generales Religionum in hoc, ne cæci cæcos ducant, & omnes in foveam cadant, ut monet idem Sapientissimus* Diana.

66 EMMANUEL DE FERIA *in Fontes Aganippes* hispanicè *pag...* ubi poetico more lepidè introducit R. P. Dianam sic loquentem.

De ciertos ignorantes he savido,
Que salieron agora nuevamente,
Contra mis obras, y las han mordido.
Su parezer, que juzgan eminente,
Con mi pluma, que a doctos ha agradado,
Viene a ser, que es proterva, y insolente.
En tanto, que asì fuere celebrado
Por todo el Orbe, quiero por estremos
Ser de estos ignorantes impugnado.
Si de ellos, ò de invidia padecemos,
Quãto yà padecio qualquier grã hõbre,
Nombre grãde en el mundo yà tenemos.
Aun mayor ha de verse nuestro nombre
Por mas que este Veneno le persiga
Por tanto nuestra pluma no se assombre.
Mas con el piè, con que empezò, prosiga
Estima, alaba, y publica,
El Frãco, el Belga, el Italo, el Hispano.
Que al estudio se aplica,
De nuestro ingenio las resoluciones,
Que en todas ocaciones,
El camino delinean ciertos, y llano,
Qual en la mente yà, qual en la mano
Las trahe, las recita, ò las decora.
Qual de esto se enamora,
Qual de aquello se admira,
Qual de este otro murmura.
Mas nadie de leerlo se retira,
Esto quiere, y procura
Nuestra pluma por una, y otra suma,
Y agora mas nos plaze nuestra pluma.

67 ERASMUS A CHOKIER *tract. Jurisdictionis Ordinariæ in Exemptos, illorumque exemption. ab Ordinaria Jurisdictione.*

68 EVANGELISTA RORIS *in Examine Ordinandorum.*

F

69 FERDINANDUS ARIAS *de Meses Vargas lib. 2. c. 34. n. 24.* P. Dianam vocat virum diligentissimum, & de republica ecclesiastica optimè meritum.

70 FERDINANDUS MATUTA *in Respons. pro vectigali serico.*

71 FLAMINIUS PARISIUS *tract. de Resignatione Beneficiorum.* Idem *de Confidentia Beneficiali.*

72 FLAVIUS CHERUBINUS *in Compendio Bullarum Summor. Pontificum cum Scholiis.*

73 FRANCISCUS DE ALCAZER *in Confessario.* Item *in Summa, & tract. de Ludo.*

74 FRANCISCUS DE AVILA *in Dissertatione de Confessione per literas, sive internuncium.*

75 FRANCISCUS BERTI *in Resolut. super Missam.*

76 FRANCISCUS GALLETTI *in Margharita Casuum Conscientiæ.*

77 FRANCISCUS GHETIS *in Theologia Morali.*

78 FRANCISCUS MARIA PRATUS *in Practic. Observat. tom. 1. observ. 41. n. 7. Hanc esse communem opinionem refert post plures admodum Reverendus, & doctissimus vir* P. Antoninus Diana,

hujus

hujus ætatis ornamentum. Idem *in Responſ. de Ludo Schaccorum*, §. *Nec tamen* &c. *Quam ſententiam apertè ſuſtinet mihi ſemper honorandus* P. Diana *ſummum Europæ decus*. Idem *in Annotat. ad Paſchalem de viribus Patriæ Poteſtatis par.* 1. *c.* 9. *n.* 33. §. *At non*, *fol.* 391. *Cujus rei accepta occaſione inſignis noſter Pater* Antoninus Diana *maximæ in toto Orbe auctoritatis*, *ob ejus doctrinam*, *prudentiam vitæ integritati adjunctam*, *quam egregia literarum monumenta poſteritati tradita*, *ita clarè teſtantur*, *ut eum ſupra omnem ingenii aleam poſitum eſſe nulli addubitaverint*, *tradit &c.* Idem ibid. *par.* 3. *c.* 2. *n.* 50. *fol.* 461. *Quam deciſionem imprimi curavit* P. Antoninus Diana *Literariæ Univerſitatis ornamentum*. Idem ibid. *par.* 2. *c.* 3. *n.* 63. *fol.* 260. *Supervenit poſtea decimus tomus nunquam ſatis laudati* P. Antonini Dianæ. Idem ibid. *par.* 4. *c.* 6. *n.* 1. §. *Eſt etiam*, *fol.* 49. *In injuriis minoribus per occaſionem reſiſtere non licet*, *affluenter eruditiſſimus* Diana. Idem in libro *Reſponſ. Crimin. ad Reorum defenſam reſponſ.* 13. *Nec parvi ponderis apud me eſt*, *apud omnia Europæ Tribunalium ſubſellia magnam vim facere authoritatem Reverendiſſimi* D. Antonini Dianæ *Cleric. Regularium Religionis ornamenti*, *communis præceptoris*, *ac mei præcipui*, *cui plurimum me debere*, *ac poſteritatem debituram*, *nemo eſt*, *qui inficias eat*. *Etenim præter incomparabiles vitæ mores literarum ſtudiis*, *ingeniique ſui monumentis tum ad praxim*, *cùm ad theoricam accommodatis Orbem edocuit &c.* Idem ibid. *reſponſ.* 25. *Præceptor noſter*, *tum doctrina*, *tum vitæ integritate conſpicuus P. Diana*. Tandem *reſponſ.* 40. *Ita tenet Hurtado*, *quem doctè*, *& eruditè de more adducit* P. Diana *noſtri ævi decus*.

79 FRANCISCUS MEROLLA *in Diſputationibus in univerſam Theologiam Moralem*.

80 FRANCISCUS MOLINI *tract. de Ritu Nuptiarum*, *& Pactis in Matrimonio conventis*.

81 FRANCISCUS RIPA *tract. de Simonia*.

82 FRANCISCUS STAYBANUS *in Theologia Morali princ.* 18. *Quod ſit contractus docet* Diana : *ille*, *inquam*, P. Diana, *qui morali diſciplinæ talem addidit ſplendorem*, *ut quæ prius aliorum doctrina latebat ingeniis eorumdem diverſitate opinionum patefacta ita clareſcit*, *ut humanus intellectus nativa gaudens ingenuitate*, *ad determinatam ſententiam ipſi fortaſſe improbabilem non arctetur amplectendam. Immo hac ſua induſtria ita animarum conſulit juvamini*, *ut ſi*, *quod illis prius lethali aſcribebatur facinori*, *eo quod ſolùm damnantium ad culpam opinionem gnaris peccati ſe putabant reas aliorum*, *deinde qui talem non agnoſcebant labem revelata per ipſam opinione*, *qui prius lethaliter peccaturus ruebat*, *exiſtimati inſiſtens delicto*, *in tali immunis labe*, *noſtri* Dianæ *auxilio*, *fortunatus evadit*. *Hujus igitur doctiſſimi*, *eruditiſſimi*, *ac meritiſſimi viri laudes rudi calamo enunciare minimè valens*, *ſilentio potius*, *me de eodem dicere non poſſe*, *quod vellem ſignificante potius*, *quàm loquela ad dicendum inepta*, *ejuſdem encomia demonſtrabo*. Idem ibid. *princ.* 148. *Ita tenet* Diana, *& dat rationem hic doctiſſimus Auctor*, *& ſuprema ab omnibus laude extollendus*. *Etenim adeo arcanam protulit in morali diſciplina doctrinam*, *ut aliis retroactis temporibus*, *non ita perviam*, *imò penè omnibus ignotam*, *noſtro ævo* (*aliorum purgata inſcitia*) *reſervaverit*; *utinam diu vivat! ut continuò lucem doctrinæ promanans moralis*, *cæteros in motibus componat*.

83 FRANCISCUS SYLVIUS *in* 2. 2. *D. Thomæ*, *& in* 3. *parte*.

84 FRANCISCUS TORREBLANCA *in Pract. Juris Spiritualis lib.* 15. *c.* 5. *n.* 54. *Communis Auctorum ſententia terruit*, *ne in meam veniret opinionem eruditiſſimum* Antoninum Dianam, *Sanctiſſimæ Inquiſitionis in Regno Siciliæ Conſultorem*.

85 FRANCISCUS VICTORIA *in Relectionibus*. Item *in Summa Sacramentorum*.

86 FRANCISCUS ZIPÆUS *in Jus novum Pontificium*.

87 FRUCTUOSUS BISBE *tract. de Comœdiis*.

88 FULGENTIUS PINELLUS *in Lectura de Horis Canonicis*.

GA-

G

89 GABRIEL PEREIRA *Tract. de Monu Regia part.* 1.2.& 3.

90 GREGORIUS POLLACHIUS *Tract. de Jubilaeo, & de Potestate Praelatorum Regularium.*

91 GREGORIUS SERVANTE *in Defensione Immunitatis Ecclesiasticae.*

92 GUILLELMUS CANTARELLUS *Quaestion. in Decalogum.*

93 GUILLELMUS DE OCASCA *in Compendio* Dianae.

94 GUIMENIUS GUIMENIS *in Defensione Opinionum Jesuitarum in Tract. de Matrimonio prop.* 10. Diana *hujus saeculi in re Morali communis Magister.*

H

95 HECTOR FELICIUS *Tract. de Societate.*

96 HIERONYMUS CAMPANILE *in Diversorio Juris Canonici.*

97 HIERONYMUS CEVALLOS *Tract. de Cognitione per viam violentiae in causis ecclesiasticis.*

98 HIERONYMUS GARSIA *in Summ. Moral. tract.* 3. *diffic.* 1. *dub.* 4. *punct.* 4. *n.* 20. & saepiùs alibi. *Esto ultimo parece sentir Guanto, y le sigue el gran Casuista de nuestros tiempos* Diana. Idem ibidem *tract.* 1. *diffic.* 1. *dubio* 2. *n.* 3. *A los quales añados Corneyo, y el gran Casuista destos tiempos* Diana. Idem ibidem *tract.* 2. *diffic.* 4. *dub.ult.punct.* 1. *n.* 4. *Esto supuesto, entra la question, en la qual el gran Casuista de nuestro tiempo* Diana *dixo &c.* Idem ibid. *tract.* 1. *diffic.* 5. *n.* 3. *De lo dicho se collige, quan injustamente se quexan los que sienten, que en materias morales haya diversidad de opiniones, porque con la variedad de opiniones se haze mas suave el yugo de Christo, porque quiza si en las materias morales no huviera sino un camino, que daran mucho mas peligroso a las conciencias, que favorable; pues apretarlas demasiadamente, es afligir, y atormentar a las almas temerosas, y llenarlas de escrupolos, y no se puede negar sino que en esto ha andado muy bien* Diana, *aunque algunos poco doctos han venido a dezir, que ha ensanchado las conciencias, y dado licencia para pecar. Pues es cierto, que no enseña opinion, que no sea probable per principia intrinseca, aut extrinseca, y assi sin razon le calumnian.*

99 HIERONYMUS GONZALES *in Glossema in Regulas Cancellariae.*

100 HIERONYMUS LLAMAS *in Summa, sive Instructione Confessariorum.*

101 HIERONYMUS ONUPHRIUS *in Opusculo de Sigillo Confessionis.*

102 HIERONYMUS RODRIQUEZ *in Compendio Quaestionum Regularium.*

103 HIERONYMUS VENERUS *in Examine Episcopi.*

104 HORATIUS GAMBARUPTA *tract. de Casibus Reservatis.*

I

105 JACOBUS PONTANUS *in Compendio Dianae.*

106 JACOBUS SBOZZIUS *tract. de Vicario Episcopi.*

107 JACOBUS SIMANCHA *in Institutionibus Canonicis.* Idem *in Praxi Haereseos.*

108 ILDELPHONSUS PEREZ DE LARA *de Anniversariis, Capellaniis* &c.

109 JOANNES ANTONIUS MASSOBRIUS *tract. de Synodo Diaecesana Episcop.* Idem *in Praxi habendi concursum ad vacantes Parochiales Ecclesias.*

110 JOANNES ÆGYDIUS TRULLENCH *in Exposit. Bullae Cruciatae.* Idem *de Sacramentis, & Praeceptis Decalogi.*

111 JOANNES BALLESTER *in Censura* Dianae *Coordinati a Martino Alcolea tom.* 1. *in initio. Celeberrimus toto Orbe, ac praeconiis major* Diana.

112 JOANNES BAPTISTA BIZONZERUS *in Summa Casuum Conscientiae.* Idem *de Sacramentis.*

113 JOANNES BAPTISTA CASALIUS *de Urbis, & Imperii Romani Splendore c.* 21. *Cui opinioni* R. P. Antoninus Diana *Cler. Regularis eruditissimè, & doctissimè ipse primùm respondit, eamque ut erroneam impugnavit, in libro, cui titulus* de Primatu solius D. Petri, *cujus Auctoris doctrina ex tot voluminibus Moralis Theologiae per ipsum impressis, ego semper sum admiratus, & veneratus, ut etiam responsa, quae ab ipso velut oracula continuò proveniunt super urgentissimas Christiani Orbis difficultates.*

114 JO-

114 JOANNES BAPTISTA CIARLINUS *in Controversiis Forensibus Judic. tom. 2. cap. 198. num. 3. & 30. Verùm contra me insurgit Doctissimus* Diana, *adducens multa argumenta; quibus consideratis admiratus sum Viri ingenium, & eruditionem, & non potui non laudare ejus subtiles, & doctas considerationes: non tamen volui ei penitus acquiescere cùm habeam adhuc multa argumenta ad meam tuendam sententiam, quam existimo veram, non ut impugnem opinionem Patris* Dianæ, *cujus auctoritatem, & scientiam scio esse magnam, & tanquam Virum insignem in Morali Theologia colo, & admiror, & credo ejus sententiam esse probabilem, & ideo omnis disputationis causam esse volo.*

115 JOANNES BAPTISTA CONFECTI *in Collectione Privilegiorum Mendicantium.*

116 JOANNES BAPTISTA CONRADUS *in Responsis Casuum Conscientiæ.*

117 JOANNES BAPTISTA LARREA *in Allegatione Fiscali cap. 2. allegat. 114. num. 16. & 21. Princeps aliquos cives tradere potest, & periculo vitæ exponere pro tutamine aliorum. Tradit Divus Thomas, quod comprobat doctissimus* Diana. Idem ibidem *tom. 2. allegat. 115. num. 30. Addenda sunt plura, quæ ex Reverendo, & Docto Patre* Diana *notavimus.* Idem ibidem *n. 33. Potest consuetudo istam reddere ultimæ voluntatis derogationem, Glossa, Sanchez, Farinacius, Guttierrez, & doctissimus* Diana.

118 JOANNES BAPTISTA POSSEVINUS in libro *de Officio Curati.*

119 JOANNES BAPTISTA SIGNIUS *tract. de Reliquiis.*

120 JOANNES BAPTISTA VALENZUELA *in Defensione Monitorii Pauli V. contra Venetos.*

121 JOANNES BAPTISTA VENTRIGLIO *in Praxi Fori Ecclesiastici annotat. 88. §. unico, num. 37. Hoc tenet* Diana *in tertia parte; sed pace tanti Viri, contrarium videtur verius, & in sexta parte nostræ opinioni adhæret.*

122 JOANNES BELTRANUS DE GUEVARA *in Propugnaculo Ecclesiasticæ Libertatis.*

123 JOANNES CHAPEAVILLE *tract. de Modo ministrandi Sacramenta tempore Pestis.* Idem *de Casibus Reservatis.*

124 JOANNES DOUJAT *in Prænotionibus Canonicis pag. 495. Novissimè* Antoninus Diana *Panormit. Cler. Regular. quem Innocentius X. examinandis præfecit.*

125 JOANNES A COCHIER *tractat. de Permutationibus Beneficiorum.* Idem *de Libertate Ecclesiastica.*

126 JOANNES DE LA CRUZ *in Directorio Conscientiæ.* Idem *de Statu Religionis.*

127 JOANNES FRANCISCUS CAPIBLANCUS *tract. de Officio Baronum erga Vassallos Burgenses.*

128 JOANNES FRANCISCUS DE LEONE *in Thesauro Fori Ecclesiastici.*

129 JOANNES FRANCISCUS SANNA *in Patrocinio Immunitatis Ecclesiasticæ pro Episcop. Algaren. art. 3. num. 36. artic. 5. num. 51. Quod esse valde notandum, a Judicibus Laicis, quando excommunicantur ab Episcopis, licèt pro se habeant opinionem probabilem, advertit Doctus, & Pius Pater Diana.* Et infra: *Quinimò si credimus Azorio, Filiucio, & aliis variis longè doctissimis, quos refert* Diana, *Vir æquè non mediocriter Doctus.*

130 JOANNES FRANCISCUS SUAREZ *in Enchiridion Casuum Conscientiæ.*

131 JOANNES GUTTIERREZ *in Quæstionibus Canonicis.* Idem *tract. de Matrimonio, & Gabellis.*

132 JOANNES DE HEVIA *in Labyrintho de Commerciis.* Idem *in Curia Philippica.*

133 JOANNES HONORIUS *in Compendio Juris Canonici.*

134 JOANNES KIENE *tract. de Casibus Reservatis.*

135 JOANNES DE LAPIDE *in Resolutionibus dubiorum Missæ.*

136 JOANNES MALDERUS *in prima parte Divi Thomæ.* Item *in secunda*

cunda secunda. Rursus *tract. de Sigillo Confessionis, & de Abusu restrictionum mentalium*.

137 JOANNES MACHADO *in perfecto Confessario*, hispanicè.

138 JOANNES MARIA BELLETTI *in Disquisitionibus Clericalibus*.

139 JOANNES MARIA NOVARIUS *in Practicis Conclusionibus, sive in Opusculo novi Juris Pontificii*.

140 JOANNES MEDINA *in Codice de Pœnitentia, & Restitutione*.

141 JOANNES NARBONA *in tract. de Appellatione a Vicario ad Episcopum*.

142 JOANNES PAULUS LANCELLOTTUS *in Institutionibus Juris Canonici*.

143 JOANNES PEDRAZZA *in Summa, sive in Instructione Confessariorum*.

144 JOANNES PERLINUS *in tract. de Frequentia Communionis*.

145 JOANNES PETRUS CRESCENTIUS *in Præsidio Romano lib. 2. fol.54.col.1. Da pertutto si sono ristampati gli otto Volumi delle Risoluzioni Morali di* Antonino Diana *da Palermo: vive in Roma Esaminatore de' Vescovi, e tuttavia va scrivendo con molta fama*. Idem ibidem *fol.66. col. 2. Il P. Antonio Cottone siegue in tutto, e per tutto la dottrina del* P. Diana *Splendore del nostro secolo*.

146 JOANNES PETRUS BARCHIUS *in Instructionibus pro Confessariis Monialium*.

147 JOANNES PETRUS FONTANELLA *in Decisionibus Catalauniæ tom. 2. decis. 302. num. 1. Recensere hic volui clariùs, quam fecerit Pater* Diana, *cui non nego multum debere studiosos*.

148 JOANNES ROJAS *Singularia*. Idem *de Hæreticis*.

149 JOANNES SANCIUS *in Selectis, & Practicis Disputationibus circa Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ*.

150 JOANNES A VALLE *in Compendio Operum Dianæ*.

151 JOANNES DE LA VAL Belga *in Compendio Operum Dianæ*.

152 JOANNES WIERGAS *in 1. 2. D. Thomæ*. Idem *in 2. 2.*

153 JOANNES YRIBARNE *de Sacramentis in 4. Sententiarum*.

154 JOSEPH ANGLEZ *Flores in libros Sententiarum*.

155 JOSEPH DEMETRIUS *in Praxi Casuum Archiepiscopo Neapolitano Reservatorum quæst. 8. num. 26. Et hanc opinionem tenet* Antoninus Diana, *cujus virtus tam præclara est, ut universum ferè Orbem in sui traxerit admirationem*. Idem ibidem *disquisit. 3. quæst. 2. num. 43. Duæ sunt opiniones, prima affirmat, quam sequitur* Diana, *qui in Morali Theologia* lux lucis, lumenque luminum *dici potest*. Idem ibidem *num. 77. Hæc est communis opinio, ut contra Graffium tenet Sapientissimus* Diana, *Vir nunquam satis laudatus*.

156 JOSEPH DE HORTU *in Speculo Parochorum*.

157 JOSEPH DE JANUARIO *in Resolutionibus Theologiæ Moralis tom. 1. resolut. 14. num. 8. Hanc consuetudinem a Merolla cognitam non cognovit accuratissimus* Diana. Idem *de Casibus reservatis tom. 1. resolut. 16. num. 1. Idem sentit Quintanaduena citatus ab Eruditissimo* P. Diana, *qui in moralibus omnes plenè materias illustravit*. Idem ibidem *resolut. 64. num. 13. Sic* P. Diana, *qui in materia morali nihil intactum reliquit*. Idem *tom. 2. resolut. 69. num. 41. Probat igitur Marchantius relatus ab Eruditissimo* Diana. Idem ibidem *resolution. 73. num. 143. Contra Pellizarium meritò insurgit Doctissimus, & amicissimus* Diana.

158 JOSEPH DE S. MARIA *in Tribunali Religiosorum*.

159 JOSEPH DE NEAPOLI *in Allegat. pro Vectigali Serico*.

160 JOSEPH ROCAFULL *in Praxi totius Moralis Theologiæ*.

161 JULIANUS VIVIANUS *in Praxi Juris Patronatûs*.

162 JULIUS CÆSAR MADIUS *tract. de Sacramento Ordinis*.

163 JULIUS CÆSAR RAINERUS *in Catalogo Censurarum, & Irregularitatum*.

164 JU-

164 JULIUS CLEMENS SCOTUS *Opusc. de Jure tuendæ famæ n.* 18. *Quod Episcopus non potest absolvere ab Hæresi occulta, legendus est* Diana, *vir quidem suspiciendus, maximè propter disceptationes apologeticas de Primatu solius Divi Petri, ac differentia inter ipsum, & Divum Paulum hoc anno impressas, in quibus multiplicia contrarii dogmatis capita, sive argumenta igneis responsionibus adscidit.*

165 JULIUS LAVORIUS *de Jubilæo.* Idem *in Elucubrationibus variis.*

L

166 LACTANTIUS FINELLUS *tract. de Casibus Reservatis.*

167 LÆLIUS ZECCHIUS *in Summa Casuum Conscientiæ.* Idem *de Republica Ecclesiastica, de Casibus Reservatis, de Sacramentis, & de Beneficiis.*

168 LEANDER DE MURCIA *in Cap. 2. Regulæ Divi Francisci quæst. 9. n. 2. & sæpiùs. Esta sentencia tiene Ricardo, Layman, Rebello, a los quales cita y sigue el muy docto* P. Antonino Diana.

169 LEANDER A SS. SACRAMENTO *in Quæstionibus Moralibus editionis Lugdunensis tom. 1. de Sacramentis tract. 6. disp. 7. quæst. 6. Approbat etiam novissimè hanc meam sententiam doctus* P. Diana.

170 LITTA *in Bulla Cruciatæ disp. 3. quæst. 5. diffic... n. 5. Negat* Diana *inter Doctorum placita versatissimus.*

171 LUCAS CASTELLANUS *tract. de Electione Canonica.* Idem *de Canonizatione Sanctorum.*

172 LUCAS FLORINUS *tract. de Casibus Reservatis.* Idem *de Duello.*

173 LUDOVICUS CARBO *tract. de Legibus.* Idem *de Restitutione.*

174 LUDOVICUS A CONCEPTIONE *in Theologia Morali tract. n. 1. cas. 30. n. 6. Sententiam controvers. refert perdoctus* Diana.

175 LUDOVICUS MONTESINUS *in* 1. 2. *Divi Thomæ.*

176 LUDOVICUS MORETUS *in Dictionario Historico tom. 1. fol.* 1061. Dianam appellat famosum Casuistam.

177 LUDOVICUS PARAMUS *de Origine Sanctæ Inquisitionis.*

178 LUDOVICUS DE SAN JUAN *in Summa Casuum Conscientiæ.*

M

179 MARCUS ALTERIUS *de Censuris.*

180 MARCUS ANTONIUS BERADUCI *in Summa Corona.*

181 MARCUS ANTONIUS CUCCHI *in Instit. Juris Canonici.*

182 MARCUS ANTONIUS GENUENSIS *in Practicabilibus Ecclesiasticis.* Item *in Praxi Archiepiscopali.* Rursus *in Manuali Pastorum.*

183 MARCUS ANTONIUS LUCIANUS *in Enchirid. de Ecclesia, & Unitate Fidelium.*

184 MARCUS ANTONINUS *in Resolutionibus variis.*

185 MARCUS SERIUS *tom. 1. de Officio, & Potestate Parochi disp. 1. diffic. unica, quæst. 6. n. 1. Licèt nonnulli apud doctissimum* Dianam *asserant mortaliter peccare.*

186 MARIUS ITALIA *tract. de Immunit. Ecclesiastica.*

187 MARTHA *de Jurisdictione.*

188 MARTINUS BONACINA *in omnibus Operibus.*

189 MARTINUS CARILLUS *in Itinerario Ordinandorum.*

190 MARTINUS FUNES *in Speculo Morali.*

191 MARTINUS DE LEDESMA *in Comment. in Libros Sententiarum.*

192 MARTINUS NAVARRUS *in omnibus Operibus.*

193 MARTINUS VIVALDUS *in Candelabro Aureo.*

194 MATTHÆUS DEFENDIUS *in Compendio Operum Dianæ.*

195 MAURITIUS ALZEDIUS *in Praxi Episcoporum.*

196 MELCHIOR FUSTER *in Censura Dianæ Coordinati.*

197 MELCHIOR ROTRERIS *de Re Beneficiaria.*

198 MELCHIOR ZAMBRANUS *in Decisionibus Casuum Conscientiæ occurrentium tempore mortis.*

199 MEMORIALE CLERICORUM editum jussu Cardinalis Ludovisii Archiepiscopi Bononiensis, postea Gregorii XV.

200 MICHAEL DE PALATIO *in Praxi de Contractibus*.

201 MICHAEL TIMOTHEUS *in Quæstionib. in Divinum Officium, & Missam*.

202 MICHAEL ZANARDUS *in Directorio Confessariorum*.

N

203 NICODEMUS DE FLORENTIA *in Speculo Confessariorum*.

204 NICOLAUS ANTONIUS *in Biblioth. Hispanica tom.1.pag.595.* Dianam dicit esse Scriptorem hoc sæculo clarissimum, & inter primos hujus moralis doctrinæ Præceptores.

205 NICOLAUS ANTONIUS LOTHARINGUS *in Compendio Operum Dianæ*.

206 NICOLAUS EMERICUS *in Directorio Inquisitorum*.

207 NICOLAUS FERNANDEZ DE CASTRO *de Religione Milit.tract. 4.c. 10. n. 57. Summa hæc rationum momenta perpulerunt virum variæ, & indefessæ lectionis longè eruditum* Antoninum Dianam, *ut nullitatis vitio laborare prædictam professionem crediderit. Et rem doctissimo (ut solet,) & pleno omnigenæ eruditionis scripto firmavit, nuper typis dato*.

208 NICOLAUS GARZIA *tract. de Beneficiis*.

209 NICOLAUS A GRANA in libro *Lumina Conscientiæ*.

P

210 PAULUS CIERA *tract. de Jure Principum*.

211 PAULUS FUSCHI in libro *de Visitatione*.

212 PAULUS GLEMONENSIS *tract. de Legatis perpetuis, & aliis relictis Fratribus Divi Francisci de Observantia*.

213 PAULUS RUBEUS *in Annotat. ad Decisiones Rotæ par. 3. decis. 2. n. 28.* P. Antoninus Diana, *vir admirabili doctrina conspicuus, cujus opera jam decimamquartam aspexerunt lucem, affirmat hoc communiter tenere Theologos*.

214 PAULUS SALODIUS *in Praxi Compendiosa de Visitatione*.

215 PAULUS SANTORUS *tract. de Casibus Papalibus, & Episcopalibus*.

216 PAULUS SQUILLANTI *tract. de Obligationibus Clericorum*.

217 PAULUS ZACHIAS *in Quæstionibus Medico-legalibus lib.8. in Epistola Dedicatoria*, Antonino Dianæ *&c. Hæc tua censuræ subjicio, ac nomini tuo inscribo, maximè enim consentaneum visum est, canonicum argumentum Summi Canonistæ, nomine decorare*.

218 PETRUS ALA *tract. de Christiano Decurione*.

219 PETRUS BINFELDIUS *in Enchir. Theologiæ Pastoralis*. Idem *de Symonia, de Usuris, de Injuriis, & de Maleficiis*.

220 PETRUS DE CABRERA *de Sacram. in 3. p. D. Thomæ*.

221 PETRUS CENEDO *in Quæstionibus Canonicis*.

222 PETRUS CORSETTUS *in Propugnatione pro vectigali Serico*.

223 PETRUS GONZALEZ DE SALZEDO *de Lege Politica*.

224 PETRUS FRANCISCUS PASSERINUS *tract. de Pollutione Ecclesiarum disp. 7. c. 20. n. 3. Certò constat esse mortale, quod placuit magno illi moralium Resolutionum Magistro* Dianæ.

225 PETRUS JOSEPH SANCLEMENS *in Musis Siculis tom. 1. secundæ partis pag. 91.* Dianam vocat singulare Ornamentum Urbis Panormi, & Solem clarissimum suæ nobilissimæ Religionis.

226 PETRUS NAVARRA *de Restitutione*.

227 PETRUS PAULUS GUAZZINUS *in Tract. Morali lib. 1. defens. 1. c. 7. §. 5. n. 156. Sed quia de Inquisitoribus satis diffusè, & benè scripsit Doctissimus* P. Diana; *ideo me remitto ad illum*.

228 PETRUS DE REYNA *tract. de Sacramentis, & de Cæremoniis Missæ*.

229 PETRUS DE SOTO *in Lectionibus*.

230 PETRUS TOLOSANUS *in Partitionibus Juris Canonici*. Idem *Comment. in Jus Canonicum*.

231 PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico Nobilit. Siculæ part. 2. lib. 6. fol. 295. Margarita Figlia del predetto Girolamo Cervellon si casò con Giacomo Diana nobile Palermitano,*

che gli generò il vivente Padre D. Antonino Diana de' Chierici Regolari, dottissimo Esaminator de' Vescovi nella Santa Sede Apostolica, ed ha impresso opere alla somma d'undeci tomi.

232 PHILIPPUS CAMMARATA in Iuridico Discrimine Patroc. 1. n. 26. Decisionem Seraphini, & declarationem Sacræ Congregationis refert noster amicissimus, & eruditissimus Reverendissimus P. Antoninus Diana.

233 PHILIPPUS MAYNARDUS de Privilegiis Eccles. pro defensione Monitorii Pauli V.

234 PROSPER FARINACIUS tract. de Hæresi. Idem in Appendice super Bullam Gregorii XIV. de Immunitate Ecclesiarum.

R

235 REPERTORIUM INQUISITORUM Auctoris incerti.

236 RICARDUS HALLO de Quinquepartita conscientia, recta, erronea, dubia, opinabili, & scrupulosa.

236 RODERICUS ACUÑA in Decretum Gratiani. Idem tract. de Confessariis sollicitantibus cum Addition. Seraphini de Preita.

237 RODOBALDUS PARINUS tract. de Gabellis.

238 RUTILIUS BENZONIUS in Speculo Episcoporum, & Curatorum.

S

239 SALVATOR RASSI in tract. de Casibus Conscientiæ.

240 SCIPIO DE RUBEIS in Aphorismis Episcoporum.

241 SEBASTIANUS ACOSTA in Explicat. in Bullam Cruciatæ.

242 SEBASTIANUS CÆSAR in Relectione de Ecclesiastica Hierarchia.

243 SIGISMUNDUS SCACCIA tract. de Commerciis.

244 SIMEON MAJOLUS tract. de Irregularitate.

245 SIMON RENDOLINUS in Compendio Operum Dianæ.

246 SIMPLICIANUS MUTTINI in Theologia Morali, sive de Sacramentis.

247 STEPHANUS EMONERIUS in Splendore Veritatis Moralis, sive Disput. de Veritate.

248 SUMMA PISANELLA.

249 SYLVESTER BARTHOCHICCIUS de Votis Religiosorum.

250 SYLVIUS TINTI tract. de Ordinatione Clericorum.

T

251 THESAURUS Sententiarum receptarum Soarez a Ribeyra.

252 THOMAS A JESU de Paupertate Religiosa.

253 THOMAS A JESU MARIA in Libro de Regularium Visitatione.

254 THOMAS ZEROLA in Praxi Episcopali. Idem in Praxi de Sacramento Pœnitentiæ, & de Jubilæo.

255 TIRAQUELLUS in tit. Res inter alios facta. Idem de Pœnis legum temperandis. De Jure constituti Possessorii.

V

256 VINCENTIUS ARMEANUS tom. 1. Epistolarum pag. 469. in quo Epistolam ad P. Dianam sic terminat. Ella caverà di scrupolo due anime, obligarà me devoto servitor suo, ed onorerà l'intercessione d'un Prelato, di cui starei per dire, che non ha oggi Roma soggetto più luminoso, se non sapessi, che vive in Roma V. R. così chiara di luce, come il gran luminare, ch'ella porta nel cognome. &c.

257 VIRGINIUS DE BOCACCIIS tract. de Censibus super Constitut. Pii V. &c.

258 UMBERTUS LOCATI in Praxi Inquisitorum.

259 WOLFANGUS A VORBURGH in Rudimentis Juris Canonici.

260 VOLTHERUS STREVESDORFF in D. Thomam de Justitia, & Jure.

Iisdem, aliisq. honorificis titulis Dianam exornant passim Moralis Theologiæ recentiores Auctores, quos hîc referre singillatim ardua, & prolixa res esset. Unde sufficiant Auctores superius allati.



ELO-

ELOGIUM

In laudem R.P. D. ANTONINI DIANÆ Clerici Regularis, Doctoris celeberrimi, desumptum ex variis, & honorificis ipsi datis encomiis ab Auctoribus mox superius citatis.

ANTONINUS DIANA (*a*) celebre a scriptis voluminibus, ac Gentium linguis *nomen*. (*b*) Supremum Urbis Panormi *Ornamentum*. (*c*) Summum Europæ *Decus*. (*d*) Clarissimus nobilissimæ Religionis suæ *Sol*. (*e*) Ubique Sapientûm calculo *Doctor* celeberrimus. (*f*) Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ strenuus *Propugnator*. (*g*) Divinioris Sapientiæ *Antesignanus*. (*h*) Moralis Sapientiæ specularis *tubus*. (*i*) Eximiæ Virtutis *Vir*, (*k*) atque admirabili *Doctrina* conspicuus. (*l*) *Doctissimus*, (*m*) *Eruditissimus*, (*n*) *Disertissimus*, (*o*) *Sapientissimus*, (*p*) *Venerabilis*, (*q*) *Piissimus, & Modestissimus*. (*r*) Eximiæ literaturæ *Vir*, (*s*) atque literariæ universitatis *Ornamentum*. (*t*) De re Morali, (*u*) deque Ecclesiastica Republica præclarè, & optimè *meritus*, (*x*) *Vir* sanè præclarus, atque majori *dignus* honore. (*y*) Suprema ab omnibus laude *extollendus*. (*z*) *Magnus*, & *Eruditus*, (&) doctrina, & vitæ integritate *conspicuus*. (*aa*) Literarum *Princeps*, (*bb*) & Moralis Theologiæ *Magister*, (*cc*) ejusdemque *Amplificator* insignis. (*dd*) Inter Morales Theologos *Primas obtinens*: (*ee*) ast in re morali *Lux lucis, Lumen*que *luminum*. (*ff*) Clarum Theologiæ Moralis, Clericorumque Regularium Ordinis *Sydus*. (*gg*) Communis Orbis *Præceptor*, (*hh*) ac *Magister*. (*ii*) Non Urbi tantùm, sed etiam universo Orbi *Celeberrimus*. (*kk*) Qui præter incomparabiles vitæ *mores*, literarum studiis, ingeniique sui *monumentis* tum ad praxim, cùm ad theoricam accommodatis *Orbem edocuit*. (*ll*) Verè hujus ævi suo jam nomine præstantissimum *Lumen*. (*mm*) Nostri sæculi *Splendor*, (*nn*) & hujus ætatis *Decus*, & *Ornamentum*. (*oo*) Cujus in omnem terram exivit *sonus laudis*, & in fines Orbis terræ *Codices ejus*. (*pp*) Cui etiam plus debet *Ecclesia*, plus *Ethica Christiana*, quàm aliis Auctoribus. (*qq*) Quippe, qui maximè in toto Orbe *auctoritatis fuit*, ob ipsius *doctrinam*, prudentiam vitæ integritati adjunctam; quam egregia literarum monumenta posteritati tradita, ita clarè testantur: ut eum supra omnem ingenii aleam positum esse nulli addubitaverint.

AN-

(*a*) Joseph Silos *Histor.Cler.Reg.p.3.lib.12.f.533.* (*b*) Petrus Joseph Sanclemens *in Mus.Sic.tom.1. sec.par.pag.91.* (*c*) Franciscus Pratus *de Ludo Schacc.§.nec tamen.* (*d*) Petrus Joseph Sanclemens *loc.cit.* (*e*) Franciscus Marchesius *in Icone ære sculp.* (*f*) Idem *loc.cit.* (*g*) Didacus Antonius Frances *in Past.interno in append.§.1.* (*h*) Joseph Silos *Analect. Epistol. ep.33. pag.76.* (*i*) Marcus Serius *de offic. & potest.Paroch. disp.1. diffic.unica q.6.* (k) Paulus Rubeus *in annot.ad dec.Rotæ p.3. decis.2.n.28.* (*l*) Acacius Ripol, Albertus de Albertis, Alphonsus de Leone, aliique. (*m*) Antonius Escobar, Daniel de Nobilibus, & plures alii n.30. (*n*) Franciscus Braneatius Card. *in Diatriba de Chocolatis potu §.37.* (*o*) Bartholomæus a S.Fausto, Carolus Baucius, Eligius Bassaeuz, Franciscus Bonæ Spei, aliique. (*p*) Acacius Ripol *tr. de Regul. c.11.n.11.* (*q*) Franciscus de S. Juliano *in Tribun. Regul. c.7. advert.5.§.8.* (*r*) Didacus de Narbona *in Annalib. Juris n.10. quæst.8.n.6.* (*s*) Franciscus Pratus *in Annot. ad Paschalem p.3.c.2.n.50.* (*t*) Gregorius Gobat *in Thes.Indulg. c.26.q.71.n.533.* (*u*) Ferdinandus Arias *Meses Vargas lib.2.c.34.n.24.* (*x*) Franciscus Albitius Card. *de Inconst.& Pœnit. Volunt. tr. de S.Officio n.24.* (*y*) Franciscus Staybanus *in Theol. Morali princ.148.* (*z*) Ludovicus a S.Raimond *de Bulla Cruc.§.6.n.4.* (&) Franciscus Pratus *Respons.Crimin. ad Reorum defensam resp.13.* (*aa*) Joannes Caramuel *in Theol. Regul. disp.6.n.53.* (*bb*) Ludovicus a S. Raimond *loc.cit.* (*cc*) Gabriel de Henao *de Sacram. Euchar. disp.14. sect.4. n.35.* (*dd*) Jacobus Gravina *in Synopsi Theol. Veterum Patrum f.53. n.94.* (*ee*) Joseph Demetrius *in Praxi Casuum Archiep. Neap. reserv. disq.3. q.2. n.43.* (*ff*) Augustinus Oldoinus *in addit.ad Ciaconium tom.4. pag.528.* (*gg*) Franciscus Pratus *in Respons. Crimin. ad Reorum defensam resp.13.* (*hh*) Guimenius Guimenis *in Defens. opinionum Jesuitarum tract. de matrim. prop.10.* (*ii*) Franciscus Pellizzarius *tom.2. Manual.Regul. in Epist. ad Lect.* (kk) Franciscus Pratus *l.c.* (*ll*) Franciscus Maggius *in Disquis. Asceticis c.22. §.7. n.26.* (*mm*) Joannes Petrus Crescentius *in Præsidio Romano p.3. fol.66. col.2.* (*nn*) Franciscus Pratus *Pract.Observat.to.1.obs.41.n.7.* (*oo*) Carolus de Thomasiis *in Quodlib.Theol. quodl.4. schol.10.n.2.* (*pp*) Joannes Caramuel *supra cit.disp.66.concl.14. n.1017.f.196.* (*qq*) Franciscus Pratus *in Annot. ad Paschalem part.1. c.9. n.33. §. at non.*

ANTONINI MARCHESII
Clerici Regularis
ELOGIUM V.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. *Biblioth. Siculæ fol.* 49.



ANTONINUS MARCHESIUS nobilis Panormitanus Clericus Regularis, natus anno 1602. Parentibus Marco Antonio Marchesio, & Dorothea Gianguercio, Ordinis institutum amplexus est Panormi 3. Decembris 1617. & ibidem in Templo S. Joseph solemnia nuncupavit vota 7. Aprilis 1619. *Vir doctus* æquè, ac pius, gravioribus disciplinis ingenii præstantiam excoluit, ac Sodales suos exinde Philosophiam docuit. Inerat ipsi peracutum ingenium, adeout difficillima Doctorum placita seligere videbatur: celeberrimum sibi nomen comparatus, nisi mors in ipso ætatis flore vitam obtruncasset Panormi 5. Septembris 1637. ætatis suæ 35.

Ad excitandam in Deiparam pietatem edidit italicè ex eodem Mongitore

Meditazioni dell' Espettazione del Parto di Maria Vergine. Panormi apud Rossellium 1635. in 16.

SYLLABUS
Auctorum, qui honorificè de ANTONINO MARCHESIO, ejusque doctrina meminère.

1 ANTONINUS MONGITORE mox citatus, in libro, quem inscripsit: *Panormus devota Deiparæ Virginis tom.* 2. *lib.* 4. *pag.* 356. Antoninum inter Scriptores Marianos enumerans, inquit: *Antoninus Marchesius ex Clericis Regularibus vixit æquè doctrina, ac pietate præditus.*

2 CAJETANUS MARIA N. N. in Elogiis Clericorum Regularium, quæ cernuntur in claustro Divi Josephi, de eodem ait: *Antoninus Marchesius Pan. C. R. vir severioribus disciplinis insigniter excultus, ingenii sublimitatem in explanandis philosophicis quæstionibus apud Sodales suos maximè patefecit. Eloquentia, & eruditione pariter locupletatus inclaruit; & Concionatorem egit per aliquot annos, quo in munere lethali morbo correptus vivere desiit Panormi* 5. *Septembris* 1637.

3 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. in libro: *Madonna della Providenza c.* 7. *pag.* 239. recensens singulos Theatinos Patres, qui Sodalitium B. Mariæ Virginis de Providentia rexerunt, inter illos *Antoninum* reponit, eumque a pietate, & charitate in proximos commendat.

4 HIERONYMUS BASILICO' Jurisconsultus celeberrimus in suis Decisionibus Criminalibus *tom.* 1. *decis.* 27. *n.* 29. narrans conversionem ad Christi fidem cujusdam Turcæ, cui nomen *Amare*, ad furcam damnati, *Antoninum* laudat, cujus operâ infidelis ille christianæ religionis rudimentis brevi temporis tractu imbutus fuerat.

5 HIPPOLYTUS MARRACIUS e Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei *part.* 1. *Biblioth. Marianæ pag.* 110. Antoninum Marchesium inter Auctores, qui de laudibus B. Mariæ Virginis scripserunt, refert his verbis. *Antoninus Marchesius Ordinis Clericorum Regularium, vulgò Theatinorum, Alumnus, natione Italus, patria Panormitanus, vir præcipuo cum pietate, literisque commercio commendandus; ad excitandos in aliis Marianæ devotionis igniculos, edidit italicè de Expectatione Partûs B. Mariæ V. Meditationes* &c.

6 JOSEPH SILOS C. R. *part.* 3. *Histor. Cleric. Regul. lib.* 12. *fol.* 536. de eodem ait. *Antoninus Marchesius nobili loco Panormitanus, vota Panormi in Divi Josephi Templo nuncupavit anno hujus sæculi undevigesimo die septima Aprilis. In scholastico pulvere versatus, cursuq. studiorum absoluto, Philosophiam postea nostris tradidit: & cui peracutum quidem erat ingenium, visus in delectu opinionum ire per ardua. Non diù vixit, sublatus penè intra juventam.*

7 PHILADELPHUS MUGNOS in Theatro Geneologico Nobilit. Siculæ part.* 2. *pag.* 104. Antoninum appellat Virum virtute conspicuum.

CAR-

CARMEN ETRUSCUM

Ab Ignatio Gravina Duce Cruyllas, ex Principibus Paliconiæ, Aurei Velleris Equitibus, Imperialis Collegii Nobilium Convictore, in ejusdem laudem concinnatum.



Blondo Dio vorrei narrare,
E cantare
Con industria, e con bell'arte
Le virtudi memorande,
E ammirande
*D'*Antonino *a parte a parte.*
Ei spiegò con eloquente
Lingua, e mente
Ogni occulto, alto mistero;
Ei mostrò colla divina
Sua Dottrina
A noi ciechi il retto, e'l vero;
Ei paziente, e umil sofferse
Cose avverse,
E tormenti, e acerbe pene:
E del mondo volentieri
I piaceri
Disprezzò con ogni bene.
Il suo cor casto, ed illeso
Fu sì acceso
Di divino, e santo zelo;
Che del mondo uscinne fuore
Il suo cuore,
E fermossi solo in Cielo.
Ma saria vano il desire,
E l'ardire
Saria grande, ed importuno,
S'io volessi i fatti egregi,
E' suoi pregi
Or lodare ad uno ad uno.
Taci dunque, o bella Clio;
Giacchè il mio
Basso spirto non può tanto
Poggiar alto, ed io confuso,
E deluso
Quì fermar voglio mio canto.



VENERABILIS

ANTONINI VENTIMIGLIA

Missionarii apud Orientales Indos, & Bornei Apostoli,

ELOGIUM VI.

Ex Antonino Mongitore in Bibliothæca Sicula tom. 2. append. 1. ad tomum primum fol. 4.



ANTONINUS VIGINTIMILLIUS Panormitanus ex nobilissimo genere Baronum Gratterii progenitus, Laurentii Vigintimillii, & Mariæ Filingeriæ conjugum filius, Caroli Comitis Prades, & Hieronymi Episcopi Liparensis frater, natus est 1642. Anno ætatis suæ undecimo, nempe 1653. Panormi Clericorum Regularium institutum amplexus, statim vim magnam Apostolici spiritus concepit, & iter ad virtutum fastigium tetendit. Editâ votorum professione, ac gravioribus disciplinis egregiè instructus, tyronum moderator, quasi semper constitutus est: eosque verbo, & ferventius exemplo, ad regularem perfectionem adipiscendam excitavit. In expiandis conscientiis, ac dirigendis nobilium, monialium, aliorumque animabus juxta sanctitatis regulas totus fuit. In Hispaniam missus, Matriti summam sui opinionem excitavit; ac omnium venerationem, præsertim Regis Caroli II. ac Reginæ æstimationem promeruit. Ibidem concionibus, & confessionibus excipiendis dicatus, magnum animarum fructum recollegit: & Salmanticense Ordinis Collegium excitavit. Cùm autem Indicæ Missionis votum in exordio religiosi tyrocinii edidisset, ut eam assequeretur, mirabiliter æstuavit, ac frequentissimè iteratis precibus petiit. Demum validissimis objectaculis dissolutis anno 1682. 22. Novembris a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, exoptatam facultatem obtinuit. Ideoque 13. Januarii 1683. relicta Matritensi urbe Olysiponam petiit, ubi Lusitani

tani Regis, ac omnium benevolentiam sibi devinxit. Goam invectus concionum ardore, piisque operibus, innumeros ad salutis viam revocavit. At propagandæ religionis studio ad majora semper incensus, Malacam concessit; ubi animarum lucris deditus, catholicum hominem in hæresim lapsum, Lutheranorumq. obsequiis mancipatum, orthodoxæ Ecclesiæ restituit: mulierem quoque, quæ a catholica fide defecerat, & scortum exercebat, Deo, & Ecclesiæ reconciliavit: aliaq. apostolici viri præbuit exempla; quibus summam apud omnes venerationem adeptus est. Malacâ profectus, post longam navigationem, eamque variis periculis obnoxiam Machaum pervenit; in qua urbe multas ab invidis persecutiones passus, invictum robur, mansuetudinemque planè admirabilem exhibuit, ubi proximi charitate æstuans, inveteratas civium simultates composuit: odia, quæ ad internicionem exarserant, extinxit: nautamque de vita periclitantem, ab imminenti naufragio orationis præsidio liberavit. Inde ad eremum S. Mariæ de Pegna Patrum Eremitarum S. Augustini solus secedens, totum se dedit cœlestium rerum contemplationi, aliisque pietatis, & mortificationis exercitiis; vitamque duxit per aliquot menses ab omni hominum consortio alienam. Ut verò ad Evangelii prædicationem, ad quam jugiter anhelabat, sese ritè disponeret, & ad pugnandum adversus tartareos hostes fortiter se armaret, bellum corpori suo indixit, sævitque contra seipsum asperis flagellis, ciliciis, jejuniis, & vigiliis; quibus armis præmunitus terribilis infernis monstris evasit. Expleto hujusmodi sanctioris vitæ tyrocinio a Deo ad infidelium conversionem, fidemque in remotissimis regionibus disseminandam vocatus, oblatam sibi Bornei insulam summa alacritate amplexus est: arreptâque velificatione, in amplissimam eam insulam appulit 2. Februarii 1688. At ad reditum compulsus, iterum reassumptâ navigatione 30. Januarii sequentis anni post innumeros labores, exoptatam insulam tenuit. Cujus adventum admirando quodam prodigio Deus illico patefecit, & illustravit. Etenim in ora maritima, ad quam defluit e superiori loco ingens flumen, apparuit nocturno tempore igneus in cœlo globus, qui demersus in aquas fluvii, illas mirabiliter illuminavit, noctisque tenebras depulit. Quo signo satis apertè indicatum, fore ut brevi illius regionis incolæ, quibus nunquam lux evangelica effulserat, ad veræ fidei lumen ab *Antonino* adducerentur, & lustralibus baptismi aquis abluti ad vitam regenerarentur æternam. Quod non ita post multò ejusdem apostolici viri prædicatione feliciter evenit. Interim exceptus vir eximius, veluti Angelus e cœlo dilapsus, summis venerationis argumentis prosecutus fuit a cunctis Principibus, & universo populo, quem supra centum triremes ad littus deducentes, salutare in Regem constituerunt: quod ubi humili Dei famulo innotuit, confestim obstitit, testatus se non ad imperandum, sed ad fidem Christi promulgandam illuc appulisse. Aggressus itaque apostolicos labores, peramplæ Insulæ meditullium penetravit, omnesque Provincias, Urbes, Oppida, & Pagos verbi divini prædicatione excurrit: primusque fuit, qui evangelicam lucem in præfatam insulam invexit, cujus populi, ob littoralem Mahometanorum inaccessam barbariem, toti orbi penè ignoti fuerant. Divina opitulante gratia intra paucos menses multa hominum millia ad Christi fidem convertit, & per salutis lavacrum Catholicæ addidit Ecclesiæ; cunctos etiam Principes, sive Reges, qui inibi dominabantur, sacro fonte expiavit: quindecim infidelium populationes brevi temporis tractu ad Christi ovile adduxit: ecclesias extruxit: sacrosanctæ crucis vexillum erexit: plures mortuos revocavit ad vitam: nonnulla alia signa, & miracula patravit: inter quæ illud insigne, quod cùm habitatores cujusdam Pagi ob diram famem, qua premebantur, adigerentur ad mortem; fusis ad Deum precibus, veluti alter Moyses pluviam ex oryza illis cœlitùs impetravit, quam nonnulli ex Christianis colligentes saturati sunt. Semel etiam cùm emollire suasionibus cordis du-

duritiem cujusdam perversi hominis, qui hostem suum ad radices unius montis necaturus expectabat, haudquaquam potuisset, invocato divini Numinis auxilio montem in duas partes dissecuit: quo prodigio perterrefactus scelestus ille, ab homicidio abstinuit, & ad frugem revocatus est. Deiparæ Virginis, Sanctorumq. Cajetani, & Andreæ Avellini apparitione dignatus, illos opitulatores sibi in cunctis vitæ periculis habere meruit. Hinc cùm pluries, jussu Mauri Regis, cui nomen Bangiar Massen, quæreretur ad necem, jamque districto mucrone, mortem illi inferre tentaret improbus satellitum Dux, Beatissima cœlorum Domina, Sanctique tutelares Cajetanus, & Andreas in illius tutelam accurrentes, igneisque gladiis ad ejus latera consistentes, necem impio sicario si feriret, minitati sunt. Quorum visione perterrefactus nefarius Dux, protinus ab illius conspectu se abripuit. Semel etiam dum ab iisdem satellitibus invaderetur, crucifixus, quem gerebat supra pectus, in ignem conversus, sicarios deterruit, & flamma quædam ex ipsius Breviario egressa eosdem fugavit. Unde defunctus eo periculo mitissimus Christi famulus, quæsitissimas liberatoribus suis gratias egit. Cujus rei fama, necnon illustrium ejus gestorum rumor ubique diffusus, orbem ferè omnem implevit. Ideoque ab Innocentio XII. Summo Pontifice Apostolicus Vicarius ea in Insula constitutus est 19. Januarii 1693. ac Indica Missio in Insula Bornei solummodo Ordini Clericorum Regularium Theatinorum privativè concessa, ex decreto Sacræ Congregationis de Propaganda Fide 14. Januarii 1692. Cœterùm *Antoninus* virtutibus, apostolico viro dignis, undique ornatissimus effulsit, ac gratiæ donis abundè cumulatus, anno 1693. ad cœlum meritis refertissimus evolasse traditur: cujus sanctimoniam miraculis in vita, & post mortem comprobatam voluit Deus. Panormi in Ecclesia S. Josephi Clericorum Regularium, in qua primùm apostolicum ardorem hauserat, 9. Julii 1696. funeris officia magnificentissimè, viro benemerentissimo persoluta sunt, quorum sumptus Princeps Belmontis, demortui nepos, regia manu erogavit; ac in ejus laudem funebrem orationem habuit Petrus Lazarus de Terrer Hispanus, ex familia Fratrum Observantium S. Francisci. Adhuc vivens, ex Sacræ Congregationis de Propaganda Fide permissu, imagine ære insulpta, ac hujusmodi elogio cohonestatus est.

P. D. ANTONINUS VENTIMIGLIA Panormitanus, Clericus Regularis Theatinus, Apostolicus Missionarius ad Orientales Indos, qui ferventiori propagandæ Fidei ardore succensus, cumulatos labores, ærumnas, remoras invictâ constantiâ eluctatus, amplissimam Bornei Insulam, in qua nunquam lux evangelica effulserat, non sine vitæ discrimine penetravit: illius nactus meditullium frequentioribus refertum populis, (reliquo Orbi hactenus penè ignotis, ob littoralem Mahometanorum inaccessam barbariem) inibi Christi fidem annuncians, sacrosanctæ Crucis vexillum magno incolarum plausu Primus erexit anno 1689. indeque perhonorifico Vicarii Apostolici munere ab Innocentio XII. P. M. condecoratus, ipsamet Insula innovam Theatino Ordini missionem a Sac. Congreg. de Propaganda Fide decernitur 14. Januarii anno 1692.

Extant hujus eximii viri ex Mongitore italicè

Lettere XV. apud Bartholomæum Ferrum *de Missionibus Clericorum Regularium lib. 5. c. 15. pag. 611. tom. 2.*

Relazione della Missione dell'Isola del Borneo apud Gemellum *in libro Giro del Mondo tom. 3. pag. 321.*

Scripsit etiam, ac MSS. servantur in Hispania ex Ferro *loc. cit.*

Compendio della Vita della Ven. Madre Orsola Benincasa.

Orologio del Cuore Cristiano.

Colloquj della Passione di Cristo nostro Signore.

Fecit pariter correctiones, & animadversiones ad Bibliothecam SS. Patrum editionis Parisiensis, ut videre est in margine ejusdem, quæ asservatur Panormi in Bibliotheca Domûs S. Josephi Clericorum Regularium.

SYLLABUS

Summorum Pontificum, Regum, S. R. E. Cardinalium, Præsulum, Principum, aliorumque illustrium Virorum, apud quos magna valuit existimatione, & veneratione ANTONINUS VENTIMIGLIA, ob ipsius vitæ sanctimoniam, & virtutes.

Ex Summis Pontificibus.

INNOCENTIUS XI. Pontifex Maximus, qui ob præclarum orthodoxæ fidei zelum, & virtutum omnium culturam, cum sanctimoniæ fama decessit, cùm *Antonini Ventimiglia* literas ad se Matriti scriptas, accepisset, in quibus vir Dei apostolico plenus spiritu, & animarum salutis desiderio æstuans, enixè efflagitabat, ut facultatem proficiscendi ad infidelium regiones, sibi a Sacra Congregatione de Propaganda Fide denegatam propter consanguineorum suorum, & Magnatum Hispaniæ oppositiones, de plenitudine potestatis suæ ipsi impertiret; non solùm votis ejus benignè annuit, verùm etiam demiratus tam eximii viri apostolicum robur, fideique disseminandæ zelum, emeritis laudum præconiis illum cumulavit. Ferrus *de Mission. Cler. Regul. to. 2. lib. 4. c. 25. fol.* 476.

INNOCENTIUS XII. Rom. Pontifex auditis præclaris laboribus ab *Antonino Ventimiglia* pro Fidei dilatatione exantlatis, nec non miris, & stupendis ab eo patratis prodigiis in Insula Bornei, in qua nunquam antea Christi Fides annunciata fuerat; illum Apostolicum Vicarium motu proprio declaravit, misso hac de re ad Patrem Præfectum Missionis Cler. Regul. sequenti diplomate:

Dilecto Filio Antonino Ventimiglia Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Professori

INNOCENTIUS Papa XII.

Dilecte Fili salutem, & apostolicam benedictionem. Cùm itaque, sicut accepimus, tu, qui Missionarius Apostolicus in Indiis Orientalibus existis, Insulam Bornei, in quam nondum lux Evangelii pervenerat, ingressus fueris, ibique primus sacrosanctæ Crucis vexillum fixeris; Nos de tua Fide, Probitate, Pietate, Charitate, Vigilantia, & Catholicæ Religionis Zelo plurimùm in Domino confisi &c. *Te in præfata Insula Bornei Vicarium Apostolicum cum solitis juribus, & facultatibus ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, & declaramus* &c. *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 19. Junii 1692. Pontificatus nostri anno primo.*

J. F. Cardinalis Albanus.

Ferrus *lib. 5. c. 6. fol.* 548.

Ex Regibus.

CAROLUS II. Hispaniarum Rex cùm semel allocutus Matriti *Antoninum* fuisset, tanto illius sanctitatis amore, & veneratione captus est, ut eum habere frequenter penes se exoptaverit: quod ubi humillimo Dei famulo significatum est, summo perfusus rubore, utpote ab honoribus penitus abhorrens, ad Regis aulam ire in posterum abstinuit. Ferrus *lib. 5. c. 14. fol. 606.*

MARIA ANNA AUSTRIACA Hispaniarum Regina, Caroli mater, & Regni Gubernatrix, eo in honore, & conceptu habuit *Antonini* sanctimoniam, cujus fama tunc temporis universam penè Urbem, ipsamque Regiam Aulam oppleverat, ut in cœtu, & corona Procerum, ac Magnatum, qui ipsius Reginæ audientiam expostulaverant; illum ante omnes ad sui præsentiam admiserit: quod sicuti Dei servo perhonorificum fuit, ita ejus humilitati valde molestum accidit. Ferrus *ibid.*

PETRUS II. Lusitaniæ Rex, cujus tempore Fides Catholica in perampla Bornei Insula confinia sua dilataverat, tanti fecit *Antonini* zelum, & apostolicum spiritum, ut ex ejus primis colloquiis, quæ secum divini honoris igne æstuantibus habuit, ominari felices fidei progressiones statim cœperit. Erga quem postmodum æstimationem, venerationemque suam tunc maximè adauxit, cùm mira ab eo patrata in præfata Bornei Insula audivit: jussitque proinde, ut quæ de tam eximio Apostolo publica ad se fama transmiserat, juridicè omnia a Ministris suis, & Gubernatori-

bus Indiarum feria indagine discuterentur, & approbarentur; quod fideliter executioni demandatum est. Ferrus *lib.* 4. *c.* 26. *fol.* 482.

Ex Cardinalibus, & Præsulibus.

EMinentissimi S. R. E. CARDINALES de PROPAGANDA FIDE auditis pariter apostolicis laboribus ab *Antonino* ob animarum lucrum, fideique dilatationem perpessis in Indiis Orientalibus, nec non stupendis prodigiis a Deo illius intercessione, & meritis patratis, illum Missionum Præfectum, ac Vicarium Generalem conclamarunt. Ferrus *lib.* 5. *c.* 5. *fol.* 547.

ALDERANUS CYBUS S. R. E. Card. dum Secretarii munere fungeretur apud præfatam Congregationem de Propaganda Fide, demiratus flagrantissimum *Antonini* ardorem, fideiq. dilatandæ zelum; ob quem iteratis literis apud Eminentissimos Patres ejusdem Congregationis jugiter instabat pro facultate immigrandi in partes infidelium; contineri se nequaquam potuit, quin posthabitis Principum objectaculis ejus partes susceperit. Quem etiam dilaudare ab apostolico spiritu, vitæq. sanctimonia coram Innocentio XI. P. M. minimè prætermisit. Ferrus *lib.* 4. *c.* 25. *f.* 472.

SAVUS MILLINUS Apostolicus Nuntius apud Hispaniarum Regem, ac postmodum S. R. E. Cardinalis, tametsi *Antonini* consanguineorum precibus victus, juxta illorum petitiones occultaverit *Antonino* Sacræ Congregationis facultatem, qua eidem accessus ad Orientales Indos permittebatur, nihilominus summo studio, & amore illum complexus est ob ipsius commendatissimos mores, vitæque innocentiam, cujus præsentia, & consuetudine frui, vehementer cupiebat. Ferrus *ibid.*

MARCELLUS DURATIUS Sanctæ Sedis Apostolicæ Nuntius apud Lusitaniæ Regem, itemque postea S. R. E. Cardinalis, postquam invictam *Antonini* constantiam in suscepto Missionarii munere, nullis unquam hujus mundi contrarietatibus labefactatam, animadvertisset; illum magnis benevolentiæ signis, quo tempore Ulyssipone degit, prosecutus est. Ferrus *lib.* 4. *c.* 26. *fol.* 482.

Ex Principibus.

PETRUS ARAGONIUS Dux Feriæ, olim Neapolitani Regni Prorex, & Hispaniarum Regis Orator apud S. Sedem Apostolicam, ob magnam opinionem, quam de sanctimonia *Antonini* habebat, illi Matriti solemniter sacrificanti in Ecclesia S. Mariæ de Fervore sui Ordinis, honoris, venerationisque causa, aquam ad manuum lotionem porrexit: quod quidem obsequium nulli antea, præterquam Romano Pontifici celebranti, exhibuisse se Romæ testatus est. Ferrus *lib.* 5. *c.* 14. *fol.* 607.

VINCENTIUS GONZAGA olim Siciliæ Moderator, & actualis Consilii Indiarum Præses, tanti fecit *Antonini* sanctimoniam, vitæque probitatem, ut illum conscientiæ suæ directorem, & confessarium voluerit, impetraveritque. Ferrus *lib.* 4. *c.* 26. *fol.* 482.

N.N. DUX MEDINÆCŒLI Princeps magni nominis, & auctoritatis apud Hispanos, permotus & ipse publica, quæ de *Antonini* sanctitate sese Matriti fama diffuderat, illum ad se accersitum, enixè rogavit, ut in ægritudine filii sui preces ad Deum ingeminaret; tenuitq. penes se multis diebus. Ferrus *lib.* 5. *c.* 14. *fol.* 607.

N. N. DUX DE ARCOS ex regia Bragantiæ stirpe ornatissima fœmina, adeo addicta *Antonino* extitit ob ipsius pietatem, vitæ innocentiam, & præclara merita, ut cùm jugiter frui tanti viri consuetudine ad animæ suæ solatium minimè posset, expingendum ipsius vultum ingenioso quodam stratagemate, & dolo curaverit: cujus postmodum effigiem veluti pretiosum quoddam margaritum penes se asservare voluit: ex cujus intuitu excitari ad pietatem, devotionemque experiebatur. Ferrus *lib.* 4. *c.* 25. *fol.* 467.

RODERICUS DE COSTA Lusitanus, Indiarum Orientalium Prorex, quoties *Antoninum* Goæ e suggestu declamantem, ac veluti alterum Paulum concionantem audiebat, toties rapi se se in illius venerationem, amoremq. sentiebat. Hinc summis illum benevolentiæ argumentis complexus est, quandiu inibi

inibi moram suam protraxit. Quique certior deinde factus de apostolicis ejus sudoribus, atque stupendis prodigiis a Deo in confirmationem Catholicæ Fidei patratis in relata Bornei Insula, illum qua virum sanctum, novumque orthodoxæ Ecclesiæ Apostolum deprædicare ubique consuevit. Ferrus *lib.* 4. *c.* 26. *&* 27. *fol.* 498.

ALOYSIUS FRANCISCUS COTTIGNUS nobilis Lusitanus, individuus comes peregrinationis *Antonini*, ejusque sanctimoniæ, & flagrantissimi spiritus oculatus testis, adeo illum dilexit, ut ad eum invisendum usque ad Bornei Insulam iterum navigaverit. Ubi auditis prodigiis ab eo patratis, nec non perspectis innumeris infidelium conversionibus, mirum est quo studio, & amore in eum flagraverit. Quare scribens ad Theatinos Patres Goæ degentes, cumulatissimis laudibus præclara *Antonini* merita in Deum, Religionemque Catholicam prosecutus est. Ferrus *lib.* 5. *c.* 1. *fol.* 505.

EMMANUEL ARAUGIUS DE GRACES Eques Lusitanus, qui *Antoninum* in sua navi ad Borneum usque deduxerat, eo apud se loco, ac veneratione habuit illius sanctimoniam (cujus præclara facinora in parte jam viderat) ut plura a Deo collata immortales beneficia ejus precibus accepta retulerit. Ferrus *lib.* 5. *c.* 2. *fol.* 517. *&* *c.* 5. *fol.* 545.

Ex aliis Viris illustribus.

AUGUSTINUS GALLOGUERRERUS Hispanus, Sacræ Theologiæ Doctor eximius, & Canonicus Ecclesiæ Berlangensis, in ea semper opinione habuit *Antonini* vitæ probitatem, sanctimoniamque, ut ob illius reverentiam, sellam, in qua vir Dei domi suæ aliquando sederat, adhibere in proprium usum deinceps noluerit. Ferrus *lib.* 5. *c.* 14. *fol.* 606.

PATRES SOCIETATIS JESU Missionarii Apostolici apud Orientales Indos, in literis ad Proregem Goæ, & ad alios Lusitani Regis Ministros transmissis, ingenuè fassi sunt, *Antoninum Ventimiglia* absque specialissimo Dei auxilio, olim apostolis collato, nullo unquam pacto potuisse tot innumerabiles animarum conversiones, & stupenda miracula, quæ fecit in Insula Bornei, intra paucos menses patrare. Ferrus *lib.* 5. *c.* 14. *fol.* 608.

IGNATIUS DE ZULETA Hispanus, ejusdem Societatis Jesu Sacerdos, Religiosus vitæ probitate conspicuus, ac Confessarius Matriti Monialium Discalceatarum Ordinis SSS. Trinitatis, in ea pariter veneratione habuit *Antonini* sanctimoniam, ut quoties sedere propè illum in præfato Monasterio oporteret, toties correptum se reverentiali quodam timore sentiebat. Qui præterea palam confessus est, se nullum unquam religiosum virum agnovisse tantæ humilitatis, quantam in *Antonino* suspiciebat. Ferrus *lib.* 5. *c.* 14. *f.* 606.

FRANCISCUS XAVERIUS DE ECENS Hispanus, item Societatis Jesu Presbyter, quo tempore de *Antonini* sanctimonia sermo incidebat, illum non hominem, sed Angelum ob inculpatos mores, ac vitæ innocentiam appellare solebat. Ferrus *ibidem*.

PATRES DOMINICANI Missionarii Apostolici apud eosdem Indos Orientales *Antonini* consocii itineris cùm plura ejus sanctimoniæ exempla propriis oculis intuiti, & experti in se ipsis fuissent in navi, qua Ulyssipone vehebantur Goam, illum quoque Angelum e cœlo missum in ipsorum adjutorium vocare non dubitarunt. Ferrus *lib.* 4. *c.* 26. *fol.* 483.

PATRES AUGUSTINIANI Urbis Machaensis, qui per sex ferè menses spectatores fuerunt vitæ austeritatis, mortificationum, & sanctitatis *Antonini*, dum nimirum in Eremo S. Mariæ de Pegna, & in ipsorum Conventu commoraretur, adeo illius veneratione, & amore capti fuêre, ut ægro animo, & nonnisi coactè tulerint ejusdem ex præfato Cœnobio discessum. Ferrus *lib.* 5. *c.* 2. *fol.* 513.

EMMANUEL S. MARIÆ DE CAPO, in sæculo vocatus Franciscus Ferrera, natione Aragonensis, ex Ordine Reformatorum Indiarum Orientalium, qui unà cum Francisco Cottigno superius memorato inviserat *Antoninum*

in

in Insula Bornei commorantem requisitus a P. Salvatore Gallo Theatinarum Missionum Præfecto, ut quæ viderat, & audierat de gestis ejusdem *Antonini* jurejurando coram publicis Notariis fideliter exponeret; mira sanè de prodigiis ab illo patratis, deque animarum conversionibus, persecutionibusq. pro Deo, & proximorum salute perpessis, testata reliquit, apud eumdem Ferrum *lib.5.c.5. fol. 543. per totum.*

SALVATOR GALLUS Missionum Clericorum Regularium Præfectus apud Indos Orientales, vir planè apostolici spiritûs, in variis relationibus, quas de *Antonini* præclaris gestis, animarum lucris, & miraculis, ejus intercessione a Deo patratis conscripsit, transmisitq. tum ad Lusitaniæ Regem, tum ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, tum denique ad Patrem Generalem sui Ordinis, condignis laudum præconiis *Antonini* sanctitatem extulit. Ferrus *lib. 5. c. 3. fol. 520. & c. 5. fol. 539. item lib. 5. c. 16. fol. 618.*

HIPPOLYTUS VICECOMES alter Theatinarum Missionum Præfectus, successor P. Galli, in literis Romam transmissis ad P. Procuratorem Generalem Missionum referens quæ de obitu *Antonini* audierat a quibusdam personis fide dignis, plura subdit in illius commendationem, & gloriam. Ferrus *lib.5. c. 18. fol. 632.*

SOROR FRANCISCA DE SANCTA THERESIA Hispana, sanctimonialis discalceata ex Ordine SSS. Trinitatis Urbis Matritensis, olim *Antonini* spiritualis filia, in relatione, quæ habetur apud præfatum Ferrum *lib. 5. c. 14. fol. 604.* mira narrat de illius sanctitate, prophetiis, secretorumque cordium cognitione, qua interdum ipsius arcana cordis penetravit. Ferrus *ibidem*.

Denique Soror MARIA GABRIELA SALOMONE Panormitana, sanctimonialis Monasterii S. Mariæ de Cancellario Ordinis S. Benedicti, olim etiam *Antonini* spiritualis filia, cùm ejus precibus sanitatem corporis semel & iterum impetrasset a Deo, illum ceu sanctum venerari deinceps cœpit. Cui procul a Panormo existenti commendare se crebrò per literas consuevit: nec sine operæ pretio, nam plura alia sibi cœlitùs collata beneficia ejus intercessione retulit. Ferrus *lib. 5. c. 15. f. 610.*

SYLLABUS

Auctorum, qui ANTONINI VENTIMIGLIA sanctimoniam emeritis laudibus prosequuntur.

1 ANTONINUS MONGITORE in libro: *Panormus devota Deiparæ Virginis Mariæ tom. 2.* recensens singulos Panormitanos Cives, qui speciali devotionis cultu Beatissimam cœlorum Reginam venerati sunt; inter hos *lib. 3. §. 14. pag. 38.* Antoninum reponit; quem asserit singularibus amoris privilegiis, & favoribus ab eadem Deiparente prosecutum toto vitæ suæ cursu fuisse, cujus validissimo patrocinio potitum esse in Insula Bornei, ubi sese illi pluries conspiciendam tradidit, eumque a nece sibi non semel a Mahometanis intentata mirabiliter liberavit.

2 BARTHOLOMÆUS FERRUS C. R. *in Compendio Vitæ ipsius Antonini*, quod Historiæ *de Missionibus Clericorum Regularium* inseruit, mira sanè, & stupenda referens *Antonini* gesta, virtutes, & miracula, summis illum laudum præconiis effert. Vide *tom. 2. lib. 5. c. 1. 2. 3. 4. usque ad caput 16.*

3 CAJETANUS MAGENIS item C. R. *in Vita S. Cajetani Thienæi*, quam nuper edidit Venetiis 1726. *part. 1. lib. 2. c. 11. pag. 227.* plura etiam adducens prodigia, & miracula a Deo *Antonini* precibus patrata in Borneo, Apostolici Viri nomen meritò illi attribuit: & *pag. 71. ejusdem libri 2.* cum Moyse, & Prophetis eum comparat.

4 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. in libro italico, cui titulus: *Il Luogo del Ritiramento c. 2. pag. 68.* paucis verbis plura complexus, *Antoninum* vocat Virum magnoperè commendandum ob ipsius illustrem prosapiam, doctrinam, pietatem, & magna gratiæ dona, quibus cumulatus, refulsit.

5 FRANCISCUS PISANUS ex Ordine Patrum Prædicatorum, vir vitæ probitate, & doctrina spectatissimus,

in

in eruditissimo libro, quem inscripsit: *Otia senilia in suasorias distributa ad errantium pratensa reformata Ecclesia salutem, suasor.* 7. *circa medium*, longum contexuit Elogium in *Antonini* laudem, cujus hic aliquot fragmenta proferam. Ait itaque: *Nostris hisce temporibus conspicite* P. D. Antoninum Ventimiglia *Panormi ex proceribus Siciliæ ortum parentibus; qui in adolescentia sua Clericorum Regularium Ordinem tanquam magis sui spiritus nuditati conformem professus in S. Josephi domo, cunctis sese bonorum omnium exemplar exhibuit. Emenso studiorum curriculo, & ex obedientia Matritum translatus, inibi corporis sui mortificatione, jugi oratione, omnique studio Dei servitio, & animarum saluti deditus, virtutum effuso odore, omnium devotionum, quamplurium verò melioris gerendæ vitæ desiderium incendit. Quare a suis pietatis specie, sæpè palam, aut occultè impeditus, ne transiret ad optatas infidelium regiones, tandem secretò ab Innocentio XI. obtenta proficiscendi facultate, bis penitus inscii, & constanti animo omnibus superatis adversis, fide fretus navigavit in Orientem.* &c. Et post aliquot paragraphos referens ea, quæ in Bornei insula pro animarum salute egit, inquit: *Spatio sex mensium decem & octo millia paganorum sua manu sacro baptismate expiavit, & successivè alios innumerabiles, ut jure meritò dicere de eo possimus: Deo cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Inter quæ mirabile fuit illud, quod quidam* Beagius, *nolens sequi uxorem suam, quæ Christi fidem susceperat, in sua perfidia mortuus, cùm filii ad cadaver comburendum (de more) sequenti die accessissent, coram omnibus astantibus surgens, publicavit se esse verè mortuum, & ad infernum damnatum, eo quod noluerit verbum Dei suscipere, & baptizari. Eam esse veram Christi fidem, & per eam haberi salutem æternam, quam* Antoninus *Dei servus palam evangelizat: & indicavit Civitatem, in qua eum prædicantem invenirent .... Quo prodigio commotus populus ad Servum Dei confluebat, & per ipsum sacro baptismate suscepto, pœnas æternas evadere, & Dei amicitiam invenire totis viribus satagebat. Confugiebant ad eum omnes quacumque infirmitate pressi, & curabantur. Puerum quoque mortuum ceu novus Eliseus, vivum suis precibus reddidit matri suæ. Populo ad se clamanti, quod fame pressus periret, cognovit non aliter posse, nisi oratione subvenire; & implorata divina providentia, pluit prodigiosè oryza, & redeuntibus illis, ac petentibus quid facerent, ait:* Colligite, & saturamini, & servate vobis ad longum tempus; *prævidit enim duraturam penuriam.* &c.

6 JACOBUS GRAVINA Clericus Regularis *in Synopsi Theologiæ veterum Patrum* &c. *de Opere sex dierum num.* 640. *fol.* 303. de Antonino ait: *Admirandum eum virum de tanto opere Ecclesia celebrat, Congregationis nostræ, atque Patriæ immortale decus,* Venerabilem Antoninum Ventimiglia, *magnæ Insulæ Bornei Apostolum. Cujus profectò laudes (& utinam maximè sufficerent!) sine piaculo præterire non possum, qui scio, alterum in eo Moysen ultimis hisce temporibus apparuisse; dum post reditum iterum ac sæpius claudis gressum, cæcis visum, demortuis vitam, maximam etiam e Cælo oryzarum copiam (ante Prophetam illum, & postea semper invisum portentum) præfati vastissimi Bornei incolis, qui fame adigebantur ad mortem, iterato ac tertiò pluere fecit. Æquum nempe erat, ut qui primus illic Christianam legem tulerat, & quoque, ceu Legislator ille, novos fideles pane Cœli saturaret. Eaque propter non laborans populus, & manducans, benefactorem suum in novum sibi Regem salutavit gratissimè, sed humiliùs ipse tam altum honorem respuit. Is ergo regno illi (quod prodigiis sibi parans ingressum, adiit) Christi-fidelibus antehac inaccesso, Crucifixi Servatoris crucem, & fidem intulit, innumeras eidem gentes progenuit, oraculum Prophetarum ineptè complevit; qui exituram certissimè Apostolorum vocem, illuc tandem, ad recensitum Ecclesiæ testimonium primus omnium, ac solus exire fecit, ubi nunquam lux evangelica effulserat.*

7 JOANNES FRANCISCUS GEMELLUS in libro: *Giro del Mondo par.* 3. *cap.* 9. *pag.* 329. loquens de Insula Bor-

Bornei, magnopere commendat *Antonini* ejusdem Insulæ Apostoli zelum, & labores in promulgatione Evangelii: de quo *pag*. 342. subdit, quòd sex duntaxat mensium spatio lustralibus aquis abluerit mille octingentos Ethnicos, quos in rudimentis Christianæ Religionis optimè ab *Antonino* instructos, se comperisse affirmat Aloysius Cottignus apud eumdem.

8 INNOCENTIUS RAPHAEL SAVONAROLA C. R. in iconibus illustrium Virorum Theatinæ Congregationis, hocce elogium *Antonini* imagini præfixit.

ANTONINUS VENTIMIGLIA
Clericus Regularis,
Apostolicus Indiæ Orientalis Vicarius,
In vastissima Bornei insula
Primus sacrosanctæ Crucis vexillifer,
Miraculorum, & numero, & pondere,
Salutatus cõmuniter elapsi ævi Xaverius.

9 Venerabilis MARIA CRUCIFIXA A CONCEPTIONE sanctimonialis Ordinis Divi Benedicti Monasterii Palmæ in Sicilia, in epistola, quam scripsit ad Laurentiam Ventimiglia monialem S. Francisci in Asceterio S. Claræ Urbis Panormi, quæ est ordine 43. & habetur in Epistolario ejusdem prælo subjecto Agrigenti, & Venetiis, loquens de *Antonino Ventimiglia*, præfatæ Laurentiæ germano fratre, testatur, se illum tanquam sanctum venerari, non secus ac Ven. Carolus de Thomasiis patruus suus, Laurentiæ genitorem, ut virum etiam sanctum reverebatur.

10 MARIUS REYTANUS in Poemate, cui titulus: *Il Rogiero in Sicilia lib.* 10. *canto* 81. *pag*. 282. postquam nonnulla carmina cecinit in laudem Hieronymi Ventimiglia (de quo infra) hæc alia subdidit in commendationem *Antonini* illius fratris.

Canto 81.
Gli s'accompagna in penitente spoglia
Antonin *il Venerabile germano*,
Che abbandonando la paterna soglia
Sen corre fuor dell'ultimo Oceano.
Con messe di pietà la Fè germoglia
Nell'Isola Bornea per la sua mano,
E sarà la sua lingua a prò di Cristo
Nõ men, che il brãdo tuo nel sãto acquisto.

11 NICOLAUS COLETUS in Additione ad Ughellum *tom*. 1. *fol*. 188. in Elogio Hieronymi Ventimiglia mox nominati, Episcopi Liparensis, hæc de Antonino habet. *P. D. Antoninus Ventimiglia C. R. Theatinus, qui Vicarii Apostolici Indiæ Orientalis munere ab Innocentio XII. condecoratus, amplissimam Bornei insulam, in qua nunquam lux Evangelica effulserat, non sine vitæ discrimine penetravit, & inibi Christi fidem annuncians, sacrosanctæ Crucis vexillum, magno incolarum plausu, & prodigiorum comitante strepitu, primus erexit* 1689.

12 PLACIDUS MARIA JUNIOR VANNUS C. R. *in Miscellaneis Carminibus suis*, introducens *Antoninum Ventimiglia* de seipso loquentem, sic eleganter in ejus laudem cecinit.

Fervĕs divus amor cordi mihi prębuit alas;
Et remeare Orbis postera regna dedit.
Primus mira patrãs, Borneos fõte sacravi,
Quos meus effusus misit ad astra cruor.

13 Deniq. VINCENTIUS GARSIA C. R. *Antonini* olim consocius, sed postmodum ipsius nominis maximus cultor, ac virtutum æmulator eximius, in suis ingenii monumentis præcipua *Antonini* gesta paucis complexus verbis, hocce Elogium eidem attexuit.

ANTONINUS VENTIMIGLIA
Apostolicus apud Oriẽtales Indos Vicarius,
Amplissimæ Bornei Insulæ Apostolus,
Primus Evangelii, ac Christianæ Fidei
in regionibus illis
Caduceator, & plantator;
Panormi totius Siciliæ Regni Metropoli
Ex Præclarissimo Vigintimilliorum
sanguine
Longo Procerum, Magnatumque ordine
sat celebri
Natus:
Ab ipsis vitę crepundiis eximię sãctimonię
Specimen præclarum edidit:
Quippe qui
Undecimo vix expleto ætatis anno
Voto proficiscendi in infidelium regiones,
Cruorẽq. suũ pro Christi fide inibi effundẽdi
Deo sese obstrinxit.
Ut verò
Liberiùs id executioni mandaret,
Clericorum Regularium amplexus est
institutum;

In

In quo arrepto perfectionis itinere
Christianis omnibus virtutibus ornatus,
Humilitate nimirum, animi puritate,
Contẽptu sui, ac jugi corporis afflictatione
Mirum in modum effulsit.
Emensus studiorum spatia
In Hispaniã explendi voti causa contẽdit:
Ubi diu
Cum carne, & sanguine colluctatus,
Hoc est
Remoras, cõtradictionesq. a consanguineis,
Et Magnatibus Hispaniæ passus;
Superatis tandem Dei ope objectaculis,
Ulyssiponem, insciis hujus rei amicis,
Et propinquis, se contulit.
Inde Goam, Malacam, & Machaum
immigravit: Postremò
In exoptatam Bornei insulam appulit.
Cujus verò in maritimis illis oris adventũ
Admirãdo prodigio Deus illicò illustravit,
Patefecitque: Etenim
Cùm Christi famulus in navi prope littus
hæreret,
Apparuit noctu igneus in cœlo globus,
Qui immersus in aquas fluvii
Noctem illam sicut diem illuminavit.
Quodque signum
Veluti faustum aliquod omen
Fore, præsignavit,
Ut brevi Antonini prædicatione
Propulsatis ab illis regnis infidelitatis
tenebris
Evangelicæ lucis dies illucesceret.
Id quod paulò post
Ejusdem sanctissimi viri operâ faustissimè
evenit.
Exceptus interim novus Dei Apostolus
Summa omnium Principum gratulatione,
Communique populorum plausu,
Atque ad Regis instar
Supra centum circiter triremes vectus,
Introductusque cum gaudio
In interioris Insulæ provincias;
Ut primum pedem supra eorũ terras fixit;
Sacrosãctę Crucis vexillum omnibus antea
ignotum in conspectu totius populi erexit:
Indeque
Christi fidem per amplissimas eas regiones
divagatus, disseminavit.
Eo felici successu
Ut intra unius sesquianni intervallum
Decem & octo Ethnicorum millia lustralibus aquis abluerit:
Quos inter Reges Daman, & Tomungon
Sacro fonte expiavit.
Gentes illas antea ignorantiæ tenebris
obvolutas
Christianæ fidei rudimentis imbuit:
Ecclesias Christianorum more ædificavit.
Divina postmodum cooperante gratia
Antiquæ, novæq. legis miracula suscitavit.
Quippe
Misertus quorundam populorum,
Qui ex dira fame adigebantur ad mortem;
Veluti alter Moyses,
Ad cujus preces manna pluerat Hebræis
in deserto,
Pluviam ex oryza de cœlo impetravit.
Defunctum cujusdam viduæ filium,
Ceu novus Eliseus ad vitam revocavit.
Æmulatus Gregorii Neocæsariensis Episcopi fidem,
Montem in duas partes dissecuit:
Ut necem cuidam neochristiano
Ab hoste intentatam, impediret.
Missis ad sui interitum satellitibus a Rege Massen Bangiar,
Nunc
Converso miraculosè in ignem æneo Crucifixo, qui ad ejus collum pendebat;
Nunc
B. Mariæ Virginis minaci apparitione;
Nunc demùm
Sanctorum Cajetani, & Andreæ Avellini
Evaginatis gladiis ad ejus latera
consistentium tutelâ,
Mauri Regis Sicarios,
Simili prorsus modo, quo olim Leo magnus
Attilam Gothorum Regem,
Deterruit, ac fugavit.
Tandem
Eximius Dei famulus meritis onustus,
laboribusque
Pro Deo, pro fide exantlatis,
Postquam terras illas aliquot per annos
Sparso verbi divini semine
In christiana fide excoluisset,
Sterileq. illud solùm apostolicis sudoribus
Irrigasset,
Evocatus in cœlum ad præmium laborum,
Prætiosam in conspectu Domini animam
Creatori suo reddidit.
Cujus obitus novis miraculis illustratus est:
Sepulchrumq. ejus adhibitis custodibus,
Summa omnium incolarum veneratione
colitur.

ANTONII JARDINÆ

Clerici Regularis, Apostolici Missionarii apud Colchos, & Iberos,

ELOGIUM VII.

Ex Antonino Mongitore in Biblioth. Sicula tom. 2. Appendice 1. ad tomum 1. fol. 5.



NTONIUS JARDINA nobilis Panormitanus, Didaci Jardinæ S. Nymphæ Marchionis filius, & Petri Jardinæ, de quo infra, nepos, Clericus Regularis. Adolescens regularem Ordinem amplexus, solemnia emisit vota Panormi 5. Februarii 1626. Insigni ornatus ingenio, ac virtutibus egregiè excultus, catholicæ fidei zelum mirificè concepit: ideoque nondum Sacerdotio initiatus, Indicam Missionem enixè petiit, & anno 1631. obtinuit. Melitâ solvens cum sociis 8. Januarii 1632. itineris incommoda, Turcarum direptionem, & barbariem, ægestatis molestias perpessus, demum Goridem pervenit 10. Julii, ubi apostolici muneris partes exercuit. Exinde anno 1634. Gurielis regionem penetravit, ut novam ibidem missionem cum Christophoro Castello fundaret. Hinc a Malachia Gurielis Patriarcha benignè excepti, sedem iis constituit in urbe Uzurghet, ac eorum patrocinium suscepit. Hac in regione *Antonius*, non est facile dictu, quanta pro catholicæ fidei gloria præstiterit. Nedum eam in Urbem fidei lumen invexit, verùm etiam per amplissimam provinciam hinc inde excurrens, ubique Evangelii veritatem publicè disseminavit. Non itinerum difficultates, non temporum inclementia, ejus ardorem detinere unquam potuêre. Fidei mysteria explicare, publicè declamare, sacramenta ministrare, medicam opem infirmis exhibere, ut animarum medelam procuraret, hoc continuum *Antonii* negotium. Ideoque permultos ad catholicam fidem adduxit: falsa Græcorum dogmata eliminavit: innumeros invalidè baptizatos, ob veræ formæ defectum, lustralibus aquis iterum abluere studuit. At ipsum omnium primum, hunc Græcorum errorem animadvertisse, in conferendo sine forma baptismate, testatur Franciscus Maria Maggius *in loco Secessûs cap. 5. pag.* 121. cui malo unà cum sociis Clericis Regularibus apud Colchos occurrit; itaque detecta fraude, ex toto regno confluebat magnus populi numerus ad *Antonium*, ut iterum baptismi lavacrum reciperet. Linguas omnes orientales calluit, præsertim Turcicam, & Georgianam, quibus ita utebatur, ut iis in regionibus natus videretur. Indictâ publicâ disputatione Deodatum Gurielis Metropolitam, tanta eruditione, & doctrina vicit, ut ad orthodoxæ fidei confessionem deduxerit. Ob magnum animarum fructum, benevolentiâ vehementiùs a Patriarcha laudato complexus est, a quo peramplam domum juxta Palatii sui ædes, Ecclesiam, aliaque necessaria ad fidei propagationem accepit. Hîc instituto Collegio pueros literis, ac christiana religione, ipse cum sociis instituebat magno cum animarum beneficio. Contra barbariem populorum, qui pueros Turcis vendebant, liberè declamando, multos ab infami hoc quæstu retraxit. His præclarè gestis, Græcorum, Præsulum, aliorumque invidiam in se excitavit: ideoque veneno, ac igne *Antonium* tollere tentarunt: at frustra, non alio enim igne, quàm charitatis absumi virum apostolicum decreverat Deus: cùm enim unà cum Episcopo Sciamochmedelo iter perageret, ut Præsulem a solarium radiorum ardore defenderet, sibi pileum detraxit, eique dedit: hinc a Solis vi percussus, morbum contraxit in urbe Colchidis, cui nomen Odisci, & angelicam vitam magnæ sanctimoniæ fama conclusit mense Augusti anno 1637. ætatis suæ 31. Ejus mors magno omnes dolore affecit: ab omnibus enim vir apostolicus, tanquam sanctimoniæ exemplar venerabatur: vitæ innocentiæ claruit, ac virginali pudicitia: ideoq. pluries mulierum procaciam, ac tentamenta constantissimè propulsavit. Pœnitentiæ asperitates habuit familia-

miliares: triennio ante mortem a carnis esu abstinuit. In invidiæ, persecutionum, ac laborum conflictu, apostolicum pectus infractum servavit: itaque ad æterna præmia evolasse censendum.

Scripsit ex Bartholomæo Ferro *de Missionibus Cleric. Regul. to. 1. lib. 3, c. 2. fol. 686.* & ex Mongitore *cit.*

Grammaticam Linguæ Georgianæ.

SYLLABUS

Summorum Pontificum, Principum, ac Præsulum, qui ANTONIUM JARDINAM summo amore, & veneratione prosequuti sunt, ob ipsius commendatissimos mores, vitæq. sanctimoniam.

URBANUS VIII. Pontifex Maximus, cujus tempore catholica fides apud plures regiones propagata est, auditis apostolicis sudoribus, quos ad animarum lucrum, Religionisque orthodoxæ incrementum *Antonius* sparserat tum in Colchide, tum in Georgia; illum admirabilem virum appellans, summis laudibus cumulare minimè dedignatus est. Franciscus Maggius *Syntagmata Linguarum Orientalium præfat.*

MALACHIAS Patriarcha, & Princeps Provinciæ Gurielis, cui *Antonii* probitas, fidei zelus, & eximia in proximos charitas abundè nota extiterant, tanti fecit præclara illius merita, vitæq. sanctimoniam, ut accepto nuncio postremæ *Antonii* ægritudinis, statim ad ejus hospitium convolaverit, ubi eidem lethaliter decumbenti ope sua adfuit, ac omnia corporalia adjumenta, sive medicamina expensis suis suppeditavit: nihilque præterea omisit piissimus Princeps, quod prodesse ægroti sanitati noverat. Cui deinde ex hac vita functo exsolvi justa Pontificum more curavit. Ita Archangelus Lambertus *in Colchide Sacra part. 2. c. 39. pag. 331.*

DEODATUS Gurielis Metropolita, quem *Jardina* jugi adhortatione, & insigni doctrina ab erroribus Græcorum revocaverat, atque Romanæ Ecclesiæ reconciliaverat, converso in amorem ingenti odio, quo prius adversus *Antonium* exarserat, illum summa benevolentia, ac veneratione deinceps prosequutus est. Silos *in Histor. Cleric. Regul. part. 3. lib. 5. fol.* 149.

N. N. SCIAMOCMEDELUS Gurielis Provinciæ Episcopus, captus & ipse eximiis animi dotibus *Antonii Jardinæ*, incredibili illum studio complectebatur; quem proinde dilaudare coram omnibus ab zelo honoris Dei, vitæ innocentia, & pietate jugiter consuevit. Lambertus *loco cit.*

SYLLABUS

Theatinorum Patrum, qui honorificè de ANTONIO JARDINA scripsêre.

1 ARCHANGELUS LAMBERTUS C. R. olim Missionarius Apostolicus apud Georgianos, & Colchos, *in Colchide Sacra*, quam italico idiomate scripsit, præloq. subjecit Neapoli anno 1654. loquens *part. 2. cap. 5. pag.* 205. de Antonio, inquit: *Il Padre D. Antonio Giardino, nipote del Padre D. Pietro Giardino, giovane di gran riuscita, e ottimo Missionario, per essere ardentissimo in ogni impresa, e per malagevole che fosse, sempre che imprendeva alcuna cosa, la riduceva al bramato fine.* Et *cap. 39. pag.* 331. enarrans ejus obitum, subdit: *Per la perdita di questo buon Padre sene risentì assai la Missione di Guriel: perchè essendo di grande spirito, e maneggio, si era impossessato degli animi di tutta quella gente, e per ogni parte risuonava il suo nome. Sapendo poi egli quanto importava per dare buona edificazione a coloro l'astinenza dal mangiar carne, sene privò dal tutto, non mangiando mai carne per tutto quel tempo, che dimorò in Guriel.... Aveva poi presa tanta autorità con tutti, e particolarmente coll'istesso Principe Patriarca* (Malachia) *che pubblicamente gli rinfacciava gli errori de' Greci loro Maestri, e gli riprendeva del continuo mercato, che si tiene in quella Provincia, de' fanciulli, che si vendono a' Turchi: nel che ridusse molti, che non ne vendessero più. Battezzò gran numero de' fanciulli: de' quali morendone molti prima dell'uso della ragione,*

gione, si acquistarono per il Paradiso. Gli furono donati dal Patriarca alcuni fanciulli, i quali egli allevò sì bene nella Fede Cattolica, che era un armonia a sentirgli recitare la Dottrina Cristiana, e altre orazioni al nostro modo. Denique *pag.* 334. addit, Antonii operâ apostatam quemdam, cui Feridon nomen, ad gremium Catholicæ Ecclesiæ revocatum fuisse.

2 BARTHOLOMÆUS FERRUS C. R. *tom.* 1. *de Missionibus Cler. Regul. lib.* 1. *cap.* 27. *fol.* 294. 295. de eodem Jardina ait: *Fu questo Missionario di vita così innocente, e specialmente di pudicizia, e candor verginale, che versando in ogni sua azione odorosa fragranza, si rese dalla bocca di tutti oggetto di somma lode. Vollero sovente molte donne impudiche violar il suo candore, massime in quelle parti orientali, ove stimasi a preggio l'impudicizia.... Ma il suo bel giglio, che coll'odore i serpenti fugava, non dando luogo all'eccesso, mostrò, che candore d'Apostolo non ammetteva impurità della Colchide. Zelantissimo della Cattolica Religione, e Fede ortodossa, non soffriva ozio, che gl'impedisse disseminarla. Sempre impiegato nel suo esercizio non gli bastava la dominante del Principe di Guriele, ma col suo gran fuoco per tutto il regno scorrendo, ne' petti ingeliditi accendeva le fiamme alla Fede Romana, convertendo di molti. Fossero i luoghi l'uno dall'altro distanti, diluviassero i cieli, soffiasse l'aria, e rugisse il leone, che non essendo ritenuto da qual si fosse accidente, ò ostacolo di natura, l'alpestre regno di Guriel volle scorrere, spiegandovi i misterj di nostra Fede, predicandovi pubblicamente, ministrandovi sacramenti, curando infermi in qual si fosse luogo ne ritrovava: in che ponendo ogni sua opera, procedeva con questa alla salute dell'anime.* &c.

3 CLEMENS GALANUS C. R. *in Conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Latina part.* 1. *c.* 12. *fol.* 164. Jardinam, cujus olim Coadjutor fuerat in apostolico Missionarii ministerio, appellat primum in Gurielensi Provincia orthodoxæ fidei Caduceatorem, & Præconem. Et *fol.* 165. de eodem dicit, quòd christianis omnibus virtutibus præditus refulsit.

4 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. in libro, *Syntagmata Linguarum Orientalium in Epistola nuncupatoria ad Urbanum VIII.* Jardinam vocat virum plane admirabilem. Et *lib.* 1. *in proemio* subdit: *P. D. Antonius Jardina egregius quidem, ac solertissimus vir, qui primus irritum fuisse Iberorum, & Colchorum baptisma comperiit, ritèque Gurios aquis lustralibus abluit.* Idem habet *in loco Secessûs cap.* 5. *pag.* 121. Hinc in icone *Antonii* picta hoc hexastichon adjecit.

Caucasi ego ad scopulos penetravi in Phasidas oras
Primus, ubi Guriis explico in æde fidē.
Pro quibus ærumnas, morbos, discrimina passus,
Explevi moriens tempora multa brevi.

5 JOSEPH SILOS C. R. *Histor. Cleric. Regul. part.* 3. *lib.* 5. *fol.* 154. de eodem hæc habet, *Vir fuit Giardina vitæ innocentiâ laudatissimus: ineratque præsertim pudicitiæ candor, quo non semel impurissima fœminarum tentamenta, ac impetus propulsavit. In disseminanda orthodoxa fide usque adeò multus, ut nunquam stare loco videretur, igne quodam volucri, zeloque actus. Non itinerum difficultas, ac intervalla, non temporum injuria detinebant, quominus longè, latèque Gurielis regionem peragraret. Explicare fidei capita, publicè declamare, divina ministrare, morbis etiam, affectisque corporibus utcumque adesse, hæc assidua ejus opera, in quorum exercitatione spiritum posuit intra juventam; dignus planè, qui ævum diutius prorogaret, continuaretque pro Christo, atque ad animorum commoda labores, ac peregrinationes: quas nunc ab æterna in sinu gloriæ quiete abundè pensari, persuasum habemus.* Et *fol.* 149. subdit, *Antonius Giardina incredibili quodam vigore animi adversus errores Græcorum pugnavit. Enim verò, ut Petrus Avitabilis datis Julio hujus anni (1636.) mense ad Franciscum Bolutum literis narrat; res illi potissimùm fuit cum Metropolita, cui nomen Deodatus, qui græca imbutus fide, nil oderat vehementius quàm Latinorum religionem, instituta, mores. Carpere hic palmam, ac peracerbè quidquid non esset Græci ritus.* Ca-

Caverat maximè ne quid Giardinæ moniti, aures commodaret, veluti quid lethalis succi instillarent in animos ejus verba. Cùm hoc acri certamine apostolici vir spiritûs manus sæpè conseruit, eo quidem pugnæ exitu, fructuque facundiæ, ut cùm is præsertim, ne quis se crucis signo Romano more muniret, prohibuisset, ipse postea lucem admiserit, ac spectante populo in nostra ipse Ecclesia eo se ritu signaverit. &c.

CARMEN LATINUM

In Antonii laudem.

Vix primo Antoni *vernabas flore juvētæ,*
Spargebatq. novas vix tibi barba genas;
Cùm tuum amor fidei, vel Christi pectus adussit,
Atque dedit sævas Colchidis ire plagas.
Ad quas te properè deduxit spiritus almus,
Divina imbueres ut ferā cordā fide.
Quis verò a te passos illic sponte labores
Narrare, et paucis parta trophæa potest?
Quis quoq. cum Græcis certamina cuncta referre,
Queis tibi delere dogmata falsa datum?
Quis tandem numerare valet quos fonte sacratos,
Quosq. tuus fusus misit ad astra cruor?
Cætera quid memorem morum ornamenta tuorum,
Quæ magnum verè te exhibuere virum.
Ast cùm lascivos meretricum viceris æstus,
Non hominem sanè, te puto cœlicolam.

CARMEN ETRUSCUM

In ejusdem Viri laudem

Ab Antonio Martiani Barone Rayneri, ex Principibus Furnaris, Imperialis Collegii Nobilium Convictore, concinnatum.

Mossi il piè per monti, e selve
Col turcasso, strali, ed arco
Per ferir le fere belve,
E predar le dame al parco.
Or mirava quel ruscello,
Che coll'onde limpidette
Mormorante fresco, e bello
Gia bagnando e fiori, e erbette.
Or per strade ombrose, e involte
Volgea il piè solo, e ramingo,
E tra fratte oscure, e folte
Vedea il lupo andar solingo.
Or toccava il buon villano
Il silvestre suo stromento,
Mentre giva al colle, e al piano
Il lanuto bianco armento.
Sotto folto opaco Abete
Dal cammino stanco, e lasso
Abbattuto dalla sete,
Io mi assisi a piè di un sasso;
Ed allora spiegò i vanni
Su miei lumi leggier sonno,
Che le pene, e gli aspri affanni
Dolcemente acchetar ponno.
Tutto tutto dir vorrei
Ciò, che in sogno m'apparío;
Ma non ponno i carmi miei
Ciò ridir, nè il canto mio.
Nume tu, che in Elicona
Ove hai sede, ed ove hai scettro;
Cingi il crin d'aurea corona,
Presta forza al roco plettro.
Mi addormento, e al lato manco
Ahi che veggio un Vecchio alato;
Calvo sì, ma svelto, e franco,
Ed in volto scolorato.
Sopra me le luci affisse,
Vederai di mia possanza
L'opre eccelse, egli mi disse;
Arma il petto di costanza.
Dal comando intimorito
Già nel sonno insiem con lui
Gir mi parve, ed egli ardito
Mi dicea gli uffizj sui.
Poi menommi entro di oscura
Sotterranea aspra caverna:
I' credea per mia sventura
Prigion essere a me eterna.
E là veggio a me davanti
Sparsi al suol per ogni parte
Ossa, teschi, e scettri infranti,
Brandi, ed elmi, onor di Marte;
Da ogni parte, e d'ogni lato
Chiari, illustri, invitti Eroi
Si vedean, cui ruppe il fato
Crudo il fil degli anni suoi.
Sì poi disse: quegli è Enea
Pio, costante, e valoroso,
Che per madre ebbe una Dea;
E si rese sì famoso.

L'altro appresso è quell' Ulisse
Fraudolente, e versipelle,
Di cui tanto Omero scrisse,
Che portollo all'alte stelle.
Questi è Achille invitto, e forte,
Ch'Ettor fece a un cocchio avvinto
Gire intorno all'Ilie porte
Strascinato, gonfio, estinto.
Quegli è Oreste, e Menelao,
Mitridate, Ajace, Adone,
Alessandro, Agesilao,
Cabria, Datame, Cimone.
Questi è Amilcare, e Diomede,
Pirro, Annibale, Filippo,
Polinice, Licomede,
Marco Antonio, Augusto, Edippo.
E se tutta quella schiera
Qua tentassi di ridire
Di Eroi forti, che là v'era,
Mancheriami e lena, e dire.
Poiche l'ebbe annoverati
Ei con ceffo, e ciglio mesto,
Gli occhi torvi, ed invetrati
Rimirando or quegli, or questo,
Così disse: Antonio il grande
Sol fù esente dal mio strale,
E ben l'opre sue ammirande
Lo palesano immortale.
E di rabbia acceso, e d'ira
Il crudele vecchio indegno,
Arde, freme, urla, delira,
Spira orrore, e spira sdegno.
Indi esclama: ahi me l'han tolto
La pietà, la sapienza,
La modestia, che in suo volto
Facea pompa, e l'innocenza,
La sublime caritate,
Che accendeale il cuore, il petto,
E l'eccelsa santitate,
Che in lui fisso avea ricetto.
Per l'eccelse, eroiche imprese,
E virtù sì conte, e rare
Glorioso egli si rese,
E per l'opre illustri, e chiare,
Nella Colchide, e Giorgia
Che non disse, e che non feo?
Quella iniqua gente ria
Può ridir ciò, ch'ei poteo.
Sopra questo sol GIARDINA
Non si stese il mio potere:
Ma la possa alta, e divina
Lo portò su l'alte sfere.
Così disse, e poscia il volo
Alto prese, ed io restai
Atterrito, muto, e solo
Cogli Eroi, che lì mirai.
Di timore in quello istante
Preso tutto, e di spavento,
Risveglaimi, e ancor tremante
Era il core in quel momento.
Dunque ANTONIO *vivi eterno*
Su nel Cielo, ove Dio suole
Trono aver chiaro, e superno;
E premiata ogn'opra vuole.
Alma bella in dono accetta
Il mio debol basso Canto;
E a goder costà mi aspetta
Dolce pace a te d'accanto.
Deh perdona il folle ardire
Di mia frale roca Cetra;
Fu mio solo alto desire
Te innalzar co' Carmi all'Etra;
Ma in mirare i tuoi be' fregi,
E le tue chiare opre, e conte,
E gl'illustri, incliti pregi,
Mi mancar le Rime pronte.
Ritentai l'impresa, è vero,
Ma da tanto immenso lume
Abbagliato il mio pensiero
Perdeo la vista, e gli mancar le piume.

AUGUSTINI ARATÆ

Clerici Regularis

ELOGIUM VIII.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. *Biblioth. Siculæ fol.* 85.



AUGUSTINUS ARATA Panormitanus, origine Genuensis ex Michaele Justiniano *de Scriptoribus Liguris pag.* 7. non patria Genuensis, ut habet Augustinus Oldoinus *in Athenæo Ligustico pag.* 8. nec Genuensis, & ex diuturna habitatione Panormitanus, ut scripsit Joseph Galeanus *in Musis Siculis part.* 4. *pag.* 17. Natus Panormi ex Joanne Augustino Arata Genuense, Joannettini Doriæ S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopi Panormitani familiare, & Virginia Segni Panormitana, Clericorum Regularium Ordinem

nem ingressus est Panormi 1626. 12. Septembris, ubi solemnia emisit vota 16. Januarii 1628. Gravioribus studiis ingenium addixit, ac Philosophiæ, & Theologiæ tum Scholasticæ, tum Moralis disciplina fuit instructus. Ecclesiastes etiam inter eloquentiores eruditione præclarus effulsit. A teneris adhuc annis Musas coluit, quas licèt exinde prætermiserit, ut severioribus studiis concederet; attamen ætate maturus iterum Latinis, Etruscis, Siculisque Carminibus, vel ad excitandam aliorum pietatem, vel ad exornanda aliorum promerita indulsit. Ad secretiora Sodalitia regenda sæpiùs adhibitus, in his singularem prudentiam, morum comitatem, ac religiosarum virtutum splendorem patefecit. Tandem dum Neapoli contagiosa lues grassabatur, ibi fato cessit anno 1656. ætatis suæ 47.

Edidit vernacula lingua ex eodem Mongitore;

Canzoni Siciliane sacre. In Musis Siculis part. 4. Panormi apud Josephum Bisagnium 1653. in 12.

Scripsit etiam

Carmina in laudem Urbani VIII. P. M. quæ MSS. asservantur Romæ in Biblioth. Barberina, ex Justiniano superius citato.

Carmina alia MSS. apud Joannem Vincentium Aratam fratrem, Clementis IX. P. M. honorarium Cubicularium, & Canonicum Basilicæ Vaticanæ, ex Oldoino citato.

Nonnulla Epigrammata, quæ invenies *in Amphitheatro Nobilit. Siculæ* Francisci Baronii.

Composuit etiam ex citato Justiniano: *Varias Inscriptiones sepulchrales*. &c.

SYLLABUS
Auctorum, qui honorificè de AUGUSTINO ARATA meminère.

1 ANTONINUS MONGITORE *in Museo Siculo c.* 4. *pag.* 244. loquens de Francisco Arata Episcopo Liparensi, Augustini germano fratre, honorificam illius mentionem facit; quem etiam *in Historia Ecclesiarum Urbis Panormi cap. de Eccl. S. Joseph*, inter illustres viros ejusdem Divi Josephi Domûs recenset.

2 AUGUSTINUS OLDOINUS Societatis Iesu Sacerdos *in Athenæo Ligustico pag.* 60. describens singulos Scriptores Liguros, inter illos Augustinum adnumerat his verbis: *Augustinus Arata Ligur* (sed perperam, quia, ut supra diximus, Panormi natus est) *Joannis Augustini filius, Clericus Regularis, poëtica venâ clarus, scripsit carmine Etrusco, & Latino plura.* &c.

3 MICHAEL JUSTINIANUS In libro *de Scriptoribus Liguris pag.* 7. hocce elogium in Augustini laudem exaravit. *Augustinus Arata ex Rapallo oriundus, ut mihi retulit Hieronymus Bardi, Panormi natus est ex patre Joanne Augustino Arata, & Virginia Segni matre. Ubi Clericorum Regularium Ordinem iniit 16. Januarii 1628. qui sufficientem adeptus literaturam, eruditioneque varia refertus, animi sui propensionem, quam antea habebat ad Poësis studium, mirabiliter adjunxit, conscriptis nonnullis carminibus, & cantionibus, quorum pars aliqua, nempe in laudem Urbani VIII. MSS. asservantur in Bibliotheca Barberina, altera pars sparsim cernitur in Musis Siculis. Composuit pariter nonnullas Inscriptiones Sepulchrales, quæ legi possunt Romæ in Basilica S. Andreæ de Valle Patrum Theatinorum.*

4 PETRUS JOSEPH SANCLEMENS, sive JOSEPH GALEANUS, *in Musis Siculis part.* 4. *pag.* 17. de eodem loquens, ait: *Inter Venerabilem Cœtum Clericorum Regularium, qui sub nomine Patrum Theatinorum effulgent in Urbe Panormi, miro quodam modo emicat super omnes gloriosum nomen Patris D. Augustini Aratæ, cui in regulari observantia, in studiis Philosophicis, ac Theologicis, & in Christiana Eloquentia nihil deest aliis invidendum. Qui cùm regimen Congregationum teneret, ad excitandam Sodalium devotionem, nonnullas Siculas cantiones spirituales elucubravit, cecinitque; adeò tamen dulces ob styli suavitatem, & conceptuum spiritualium melodiam, ut quicumque eas attentè perlegerit, inflammari ad amorem Dei illicò sentiat.*

CAR-

CARMEN LATINUM

In laudem Augustini Aratæ, qui ob eximiam in proximos charitatem pestilentiæ tempore mortem oppetiit.

ELoquio pollēs, populis dum pabula vitę
Porrigit, atque illis pandit ad astra viam;
Pestifero interea morbo correptus ARATA
Concidit ante aram victima grata Deo.
Victima grata Deo, cui semper vivere Christus,
Atq. mori lucrum flamma superna dedit.

CARMEN ETRUSCUM

In ejusdem Viri commendationem

A Josepho Montalto Barone Miloccæ Imperialis Collegii Convictore compositum; ubi sub nomine Tyrsis Augustinus laudatur.

O Chi m'impetra
L'Eburnea cetra,
Su cui le dita io snodi;
La cetra Ascrea,
Che Orfeo movea
In sì soavi modi.
Voi Pastorelle,
Voi Muse belle
Il plettro in man prendete,
E tra concenti
Or presti, or lenti,
Or gioite, or ridete.
Or via cantate,
Via cominciate
Al verde prato intorno
Per far carole
Infin che il Sole
Ne riconduca il giorno,
Tirsi gentile
Con dolce stile
Or tu loda, o dolce Flora,
E di bei gigli
Vaghi, e vermigli
Il suo bel crine onora.
Cogli Elicrisi
Be' fior d'Alisi
Un serto al crine d'oro
Intessi tosto
Del più riposto
Tuo fiorito tesoro.
Già che egli tanto
Col suo bel canto
Disse, ed oprò; che al fine
Ancora il cielo,
E il Dio di Delo
Di stelle ornar suo crine.
E co' suoi tersi
Nobili versi
Diede vita alle carte:
E dall'obblio
Indegno, e rio
Tolse virtute in parte.
Et v' sopite
Virtù smarrite
Giacean, coll'alta cetra
E' risvegliolle,
E richiamolle
Col dolce canto all'etra;
Voi dunque, o liete
Ninfe, che siete,
Voi tutte, voi gioite,
E coi Pastori
Unite i cori,
E il nome suo ridite:
Ma al plettro roco
Perdona un poco,
Che non è di te degno:
Sol queste rime
Sì basse, ed ime
Son di tributo un segno.



BAR-

B

BARTHOLOMÆI CASTELLI

Clerici Regularis, Episcopi Mazariensis

ELOGIUM IX.

Ex Antonino Mongitore in Bibliotheca Sicula tom. 2. Appendice 1. ad tom. 1. fol. 9. & in Additione ad Rochum Pirrum de Ecclesia Mazariensi.



ARTHOLOMÆUS CASTELLUS nobilis Panormitanus, parentibus Lancellotto Castello Principe Castriferrati, & Marchione Capitii, & Hippolyta Larcan natus: quamvis jure naturæ honores nonnullos sibi promittere potuisset; attamen spretis mundi oblectamentis, adolescens Deo se dicavit in Ordine Clericorum Regularium, pronunciavitque vota sua Panormi in Templo Divi Josephi 8. Septembris 1666. In eo literarum studiis præstantissimam ingenii indolem impigrè coluit: ideoque egregiam doctrinam adeptus, mox cum doctissimi viri nomine, Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam alios docuit. In Hispaniam translatus, ibi literarum præsidio, omnium æstimationem promeruit. Matriti Examinatorem Synodalem egit: ac quatuor Nuncii Apostolicæ Sedis apud Catholicum Regem, Theologum sibi delegêre: quibus in muneribus satis enituit ejus doctrinæ vis egregia. A Carolo II. Hispaniarum Rege anno 1694. Episcopus designatus, Romæ ab Innocentio XII. Pont. Max. inauguratur. Cùm Ecclesiæ possessionem adeptus esset, statim seduli Pastoris dotes manifestavit, ac semper immutabiliter longè, latéque detexit ecclesiasticæ disciplinæ, & animarum zelum, cum mansuetudinis indole conjunctum: morum sanctimoniâ, charitatis ardore, cibi parcitate, infracta animi constantia, liberalitate erga pauperes, quâ necessaria sibi detraxit, ac vendidit, ut pecuniam in eorum opem erogaret, aliisque virtutibus, illustrium Pastorum merita coæquavit. Sexies Diœcesim omnem sedulò perlustravit. Ter verò in Insulam Cosyram, vulgò Pantellariam se contulit; & ubique decreta edidit saluberrima ad animarum beneficium. Tertiam Diœcesanam Synodum celebravit: in harum prima 15. & 16. Junii 1698. Constitutiones confirmavit Cardinalis Joannis Dominici Spinolæ prædecessoris sui, additis nonnullis, aliisque immutatis juxta temporis rationem, ediditque Drepani anno 1699. Anno verò 1704. & 1720. alias convocavit, ut Examinatores, Judicesque Synodales deligeret. Epistolis innumeris propria manu exaratis salutis documenta undique per Diœcesim distribuit. Proventus propè omnes Episcopatûs in pauperes erogare consuevit, iis exceptis, qui ad tenuem sui, & familiæ victum satis essent. Hæres Hieronymæ Castellæ sororis institutus, nihil sibi retinuit, sed omnia piis operibus addixit; præsertim ad cultum Sacelli S. Andreæ Avellini in Ecclesia S. Josephi Panormi Clericorum Regularium: nonnulla etiam ejusdem sororis bona a Monte Pietatis Panormi redempta, in sacra suæ Cathedralis ornamenta convertit. Conservatorium per plures annos proprio sumptu ad orphanas dispersas piè alendas institutum conservavit; ac perditæ conscientiæ mulierculas inhonestè viventes ab Urbe sua ejecit. Sacro Oleo supra sexaginta quatuor Ecclesias solemni ritu consecravit, tum in sua Diœcesi, tum extra; præsertim Panormi sex, nempè Sanctissimi Salvatoris Monialium S. Basilii 2. Julii 1704. S. Theresiæ Monialium Ordinis Carmelitarum Excalceatarum 14. Novembris 1711. S. Ignatii Martyris Congregationis Oratorii 21. ejusdem mensis, & anni, S. Francisci Xaverii Societatis Jesu 24. ejusdem mensis, S. Rosaliæ Monialium Ordinis S. Benedicti 16. Decembris 1713. & Annuntiationis B. Mariæ Virginis Tertii Ordinis S. Francisci 31.

Augusti 1720. tum in Monteregalensi Diœcesi, tum Panormi pluries, ob absentiam Præsulum, confirmationis Sacramentum administravit. Persæpè oves suas verbi Dei pabulo enutrire curavit: præsertim in cinerali jejunio conciones habuit ad populum in Cathedrali Mazariensi, ob ægritudinem Concionatoris electi: & licet inopinatò, non minus doctè, quàm eruditè, piéque peroravit, ne consuetis concionibus destituti cives angerentur, & eorum pietas torperet. Eodem etiam tempore post meridiem conciones habuit ad Moniales. Eo Præsule in oppido Campibelli, pietate Principis Resuttani, Parochia cum Archipresbyteratu fundata est. In Insula Agusæ, vulgò Favignana, a Dominis Pallavicinis, quorum dominio subjacet, etiam excitata est Ecclesia sub titulo Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, cum Archipresbyteratu, addita annua dote 50. aureorum, & tymni ex Cætaria ejusdem insulæ. In visitatione 1711, Arichipresbytero Partinici injunxit, ut Capellanum constitueret, qui rusticis juxta Burgetti oppidum, juris Monasterii S. Martini Congregationis Cassinensis, Sacramenta ministraret, ne sine spirituali ope viverent, & deficerent. At post nonnulla jurgia, demum sancitum est, quòd Abbas S. Martini designaret aurea 60. singulo anno persolvenda Capellano ab eodem Abbate eligendo, ut Sacramenta in eodem Oppido ministraret. Novum Seminarii Clericorum ædificium a fundamentis extruxit: antiqui verò medietatem Monasterio S. Catharinæ aggregavit: aliam medietatem Episcopali Palatio addendam reservavit. Anno 1705. in Ericis urbe, eo volente, fundatum est Monasterium Carmelitarum Excalceatarum. Proprio sumptu Ecclesiam propè omnem Collegii Mazariensis Societatis Jesu magnificè excitavit. Tria etiam aureorum millia tribuit Collegio Marsaliensi ejusdem Societatis, ut ejus Ecclesia ad umbilicum perduceretur. Opem etiam suam contulit pro Ecclesiæ majoris Marsaliæ ædificatione. Panormi in solemni ingressu Victorii Amedei Sabaudiæ Ducis, ejusq. coronationi adfuit 24. Decembris 1713. Romam velificavit anno 1717. primo Maji, ut tentaret, si jurgia satis nota inter S. Sedem, & Siciliæ Moderatores componere posset; at re infecta, & immutata regni facie, cùm ad suam Ecclesiam remearet 2. Maji 1719. propè Sardiniam ab Anglica navi captus, ad Magonis portum deductus est; veneratione ab ipsis hostibus prosequutus, etsi rebus omnibus exutus. In Minoricæ Insula otio non delituit; nam charitatis officia ad incolentium solamen exercuit, & confirmationis Sacramentum ubique administravit, Neapolim exinde deductus, res suas ex parte repetiit, Ut dilectissimi Pastoris libertatem obtineret, Capitulum Mazariensis Ecclesiæ Summo Pontifici, ac nonnullis S. R. E. Cardinalibus, aliisque literas dolotis refertas scripsit. At adepta ab Invictissimo Carolo VI. Imperatore Sicilia, ad Ecclesiam suam mense Majo anno 1720. magno civium exultantium plausu regressus est, Dolorem tunc nimium concepit eximius Præsul cùm ingentia damna a Mazariensibus perpessa inter bellicas turbas oculis hausisset, quibus occurrere haud neglexit, eaque magna ex parte reparavit. Qui denique cum indefesso labore, summa vigilantia, ac ferventi zelo per decem alios annos Ecclesiam sibi commissam moderatus esset, laboribus consumptus, ac meritis cumulatus, feria quarta Hebdomadæ sanctæ, hoc est 5. Aprilis die 1730. cum sanctimoniæ fama obdormivit in Domino, ætatis suæ anno 80. Episcopatûs verò 35. cujus obitum Diœcesani omnes amarissimis lacrymis defleverunt, potissimùm pauperes, & mendici, qui Patrem, ac Benefactorem suum in eo amiserunt; ast illum Deus nonnullis miraculis, & gratiis ejus ope mortalibus elargitis, glorificavit. Defuncti cadaver ex ipsius dispositione facta 16. Junii 1716. humatum fuit in ipso Cathedralis Ecclesiæ introitu; cor verò, & viscera in Templo Patrum Societatis Jesu. Sepulchrali lapidi incisum est sequens epitaphium, quod sibi adhuc viventi efformaverat humilis Dei famulus, his verbis.

Expectandæ Immortalitati,
Mortalitatis suæ exuviis
Hunc cunctorum pedibus terendum locum
Delegit
BARTHOLOMÆUS humilis
Episcopus Mazariensis.
Obiit die 5. Aprilis 1730. ætatis suæ 80.
Episcopatûs 35.

Plura haberemus ab ejus calamo prælo digna, nisi eximia ipsius humilitas obstitisset; nihilominus edidit ex Mongitore

Decreta Synodalia Mazariensis Ecclesiæ, ab Eminentissimo, & Reverendissimo Domino D. Joanne Dominico Spinola S. R. E. Presbyt. Card. edita, ab Illustrissimo, & Reverendissimo Dño D. Bartholomæo Castelli Episcopo Mazariensi confirmata, additionibus, & variationibus aucta, anno Dñi 1698. Drepani apud Bartholomæum de Franco 1699. in 4.

Edidit etiam plura alia *Statuta, Constitutiones, & Decreta.*

Reliquit MSS. *Conciones varias tum pro Quadragesimæ feriis, tum pro Adventûs festis.*

Epistolas Circulares, & Pastorales quamplurimas, quæ ad unum redactę volumen pro fidelium ædificatione, & utilitate populorum brevi lucem aspicient.

SYLLABUS

Summorum Pontificum, Regum, S. R. E. Cardinalium, Præsulum, Principum, aliorumq. qui BARTHOLOMÆUM CASTELLUM, ob ipsius vitæ sanctimoniam, zelumque Pastoralem, magno in honore, & veneratione habuêre.

INNOCENTIUS XII. Pontifex Maximus, (a quo *Bartholomæus* Episcopatûs sui insignia accepit) demiratus tanti viri ingenii, doctrinæque profunditatem in examine, quod coram se subiit, non modò illum specialibus paterni amoris sui favoribus cumulare dignatus est quandiù sese Romæ detinuit, verùm etiam spirituali bus thesauris, & privilegiis locupletatum, ad Ecclesiam suam remisit.

CLEMENS XI. Theatinæ Congregationis amantissimus, & maximus Benefactor, tanti fecit *Bartholomæi* virtutes, & Pastoralem zelum, ut illum Romam adventantem, excipi perquam honorificè curaverit; & summis benevolentiæ argumentis complexus, ad sui audientiam pluries admisit, initis secum crebris colloquiis de Siciliensium Ecclesiarum statu, & calamitatibus. Quem sanè exigentibus ipsius promeritis, ad amplissimam Cardinalatûs dignitatem evexisset, ut in votis habuit, si temporum vicissitudines, circumstantiæque minimè obstitissent.

CAROLUS II. Hispaniarum Rex clementissimus, conscius factus eximiarum virtutum, meritorum, nec non vitæ probitatis *Bartholomæi Castelli*, quibus omnium Magnatum, & aulicorum venerationem, amoremque sibi conciliaverat; illum ad Mazariensem infulam provexit; & nisi morte interceptus fuisset, ad sublimiores honorum gradus proculdubio promovisset.

VICTORIUS AMEDEUS Sardiniæ Rex, cùm Siciliæ Regno potiretur, *Bartholomæum*, qui solemni ipsius inaugurationi adfuit, tametsi postmodum regiæ voluntati fortiter restiterit in controversiis cum Romana Curia, nihilominus ob peculiarem venerationem, quam de illius sanctimonia habebat, e sua sede pellere, aut discedere minimè passus est.

FRANCISCUS DE JUDICE S.R.E. Cardinalis, dum Trinacriæ fasces administraret, inter omnes Regni Præsules, *Bartholomæum*, qui summis virtutum radiis supra cæteros coruscabat, magno honore, & veneratione prosequutus est.

JOSEPH DE THOMASIIS S.R.E. Cardinalis, sanctimoniæ famâ, necnon singulari doctrina, & eruditione toto terrarum Orbi satis notus, *Bartholomæum* suum olim in Christo fratrem, & condiscipulum, ob apostolicum zelum, morumque integritatem, quæ in illo ab ipsa adolescentia suspexerat, summo semper in amore, & æstimatione habuit.

Quamplures alii S. R. E. CARDINALES, & eximii PRÆSULES Urbis Romæ, quo tempore apud sanctam Sedem moram suam protraxit, *Bartholomæum* frequenter adire, & invisere

consueverunt, cujus laudabilem vitæ tenorem, morumque suavitatem dilaudare apud omnes summis encomiis non intermittebant.

Quatuor Pontificii NUNCII residentes Matriti apud Catholicum Regem, permoti eximiis *Bartholomæi* animi dotibus, necnon rara sanè ipsius doctrinæ præstantia, eum in Theologum suum sibi adscivêre.

Denique singuli Siciliæ PROCERES, & DYNASTÆ abundè conscii vitæ sanctimoniæ, & pastoralis zeli *Bartholomæi*, illum tam in vita, quàm post obitum proclamare ubique quâ Virum sanctum, apostolicum, & Pauperum Patrem ad hæc usque tempora soliti sunt: quorum plausibus, & præconiis respondet universarum ovium, & vulgi acclamatio.

SYLLABUS

Aliorum clarissimorum Virorum, qui encomiasticè de BARTHOLOMÆI vitæ sanctimonia, & doctrina loquuti sunt.

1 ANTONINUS MONGITORE supra laudatus, præter ea, quæ in superiori elogio de *Bartholomæo* scripsit, nonnulla alia laudum præconia circa præclara ipsius merita adjecit in suo eruditissimo *Musæo Siculo cap.* 5. *fol.*217. & *in historia Ecclesiarum Urbis Panormi cap. Ecclesia S. Joseph* MSS. Item *in Vita Josephi Gasch Panormitanorum Archiepiscopi cap.* 7. *pag.* 37. & *cap.* 10. *pag.* 53.

2 ANTONINUS GRILLUS Cathedralis Ecclesiæ Mazariensis Canonicus, ac Rector Episcopalis Seminarii, sequuta *Bartholomæi* morte, hocce elogium in illius commendationem conscripsit, quod sic habet: *Bartholomæus Castellus Mazariensis Episcopus, qui honorem a dignitatibus nactus, honorem contulit dignitatibus, admirationis ipsius oculos virtutum radiis, morum candore perstrinxit. Posthumus sibi hæredes ex asse amoris sui pauperes dixit, quibus vixit, pro quibus dives meritis, paupertimus obiit* 5. *Aprilis* 1730.

3 CAJETANUS MARIA N.N.C.R. fraterno amore, venerationeq. in præfatum Præsulem ductus, sequens elogium ipsius iconi exarandum concinnavit: *Bartholomæus Castellus Panormitanus, Mazariensis Episcopus ter optimus, Principum Castriferrati nobile germen, Theatinæ Congregationis decus inclytum, Præsulum gloria, & cohonestamentum, ut genere, ita & animi dotibus, sapientiâ nimirum, prudentiâ, pietate, humilitate, vitæ austeritate, cæterisque virtutibus veluti lucerna super Ecclesiæ candelabrum posita omnibus præfulsit. Priscorum, Sanctorumque Præsulum vestigia sectatus, charitate, & liberalitate in pauperes Carolum Borromæum, Thomamque de Villanova coæquavit. Eloquio Chrisostomus audiit. Fortitudine, & apostolico robore Ambrosio æquiparandus. Denique pastorali sollicitudine, & animarum zelo Paulum Gentium Apostolum æmulatus est. Qui maximis pro Ecclesia Dei, & ovium suarum perfunctus laboribus, morbis fractus, & meritis cumulatus, Mazariæ in sua sede obdormivit in Domino* 5. *Aprilis* 1730. *ætatis suæ* 80. *Episcopatûs verò* 35.

4 EMMANUEL CARUSUS ex Clericis Regularibus ministrantibus Infirmis, in Oratione funebri, quam in ipsius exequiis habuit Drepani in Ecclesia Parochiali S. Laurentii anno 1731. *Bartholomæum* summis encomiis extollit, cujus virtutes, & gesta eleganti stylo complexus est.

5 DIARIUM LITERATORUM ITALIÆ *tom.* 18. *pag.* 14. referens Venerabilis Josephi Cardinalis Thomasii ex Urbe Messanæ discessum, illiusque preces Deo fusas in littore Mamertino, ait: *His precibus præsens adfuit Bartholomæus Castellus Clericus Regularis, Thomasii condiscipulus, hodie Episcopus Mazariensis in Sicilia.*

6 DOMINICUS BANDINI Societatis Jesu Sacerdos, in Epistola nuncupatoria libri, quem inscripsit, *Il Consigliere de' Nobili*, Panormi editi 1697. typis Thomæ Aiccardi, inter alia, quæ italico sermone in *Bartholomæi* commendationem scripsit, hæc habet: *L'avea Iddio destinata qual Sole d'immensa luce, all'illuminazione delle Diocesi: e ve l'andava disponendo or cattedratico sì acclamato*

mato delle naturali, e delle divine scienze, ed or in Madrid colla carica di Teologo di quattro Nunzj Pontificj in quella famosissima Corte presso la Maestà Cattolica, e di Esaminator Sinodale in quel celebratissimo Arcivescovado di Toledo; sicchè postala ultimamente sù questa Cattedra Pontificale della Chiesa Mazarese, niun v'ha in fatti, che non ammira quei raggi splendentissimi d'ogni più segnalato sapere, d'ogni più eroica pietà, e zelo, ch'ella da pertutto diffonde, e sparge. &c.

7 DOMINICUS BERNINUS *in Vita Josephi Cardinalis Thomasii* secundæ editionis *cap.* 2. *pag.* 34. loquens de illius connovitiis, hæc ait: *Inter hos fuit Bartholomæus Castellus, Episcopus Urbis Mazariæ celebris, ob doctrinam, & commendantissimos mores*.

8 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. *Bartholomæi* meminit in libro, cui titulus, *Votum, & Juramentum Clericorum Regularium pag.* 91. quem vulgavit sub anagrammatico nomine Joannis Francisci Amagrima, ubi refert, *Bartholomæum* voto se obstrinxisse tuendi perpetuò B. Mariæ Virginis Conceptionem absque macula peccati originalis. Item *in Sermonibus supra vitam, & mortem S. Cajetani cap.6.pag.*49.

9 IGNATIUS LUCCHESIUS Societatis Jesu, Concionator egregius, in sua erudita, ac docta Panegyri, quam dixit Mazariæ in Principe Templo anno 1730. in exequiis *Bartholomæi*, quæ postmodum Panormitanis typis Angeli Felicellæ vulgata est eodem anno, præclara *Castelli* gesta, virtutes, & merita prosequutus eleganti oratione est.

10 JOANNES EUPHRATES *in Cynosura Neoconfessariorum par.*2.*punct.* 25. de Bartholomæo ait: *Casus, qui in præsenti reservati sunt Illustrissimo, & Reverendissimo Dño Episcopo Mazariensi pro ejus Diœcesi in Synodo edita a dignissimo Præsule, & Dño meo D. Bartholomæo Castelli, doctrina, ac sanctitate ovium sibi commissarum animos in ejus amorem mirificè impellente, quosque si non juxta ejus mentem, saltem juxta verè probabiles Doctorum opiniones, rationibus non contemnendis nixus elucidare aggredior.* &c.

11 JOSEPH SURRENTINUS Mazariensis Ecclesiæ Archidiaconus, & Vicarius olim in spiritualibus ipsius *Bartholomæi*, in obsequii, gratitudinisque suæ tesseram pauca hæc verba de eodem exarata reliquit: *Bartholomæus Castellus ex Clericis Regularibus, Episcopus Mazariensis, genere, scientiis, prudentia, virtutibus major maximus, erecto animo, sed ipsa animi demissione sublimior, omnium amor, uni sibi odio fuit. Terrarum incola, Cœlorum civis, superum cultor; Matritum, Romam, Siciliam omnem in sui admirationem traduxit. Erogato in pauperes patrimonio, uni adeò illorum bono, mundo mortuus, vixit: ut nihil habens amplius elargiendo, vitam cum morte commutarit. Decessit* 5. *Aprilis* 1730. *propè octogenarius. Illius tamen, pauperum adhuc servatum in cordibus cor remanet insepultum*.

12 VINCENTIUS NOBILIS *in Thesauro abscondito cap.* 15. *fol.* 516. *Bartholomæum* Castellum, ob vitæ sanctimoniam vocat vivam imaginem Divi Caroli Borromæi.

13 Denique MARCUS CURTI eximius Sacerdos Mazariensis in vita *Bartholomæi*, quæ propè diem in lucem prodibit, mira de illius virtutibus, & sanctimonia scribit. In cujus etiam laudem sequens elogium exaravit,

BARTHOLOMÆUS CASTELLUS
Mazariensis Artistes,
Patre Lancellotto Castello Marchione
Capitii
Urbis Prætore,
Illustri genere Panormi natus,
Adolescens Clericorum Regularium
Ordini se devovit.
Ubi doctrinâ excultus, sanctissimisque legibus institutus,
Juvenilem ætatem laudabiliter transegit.
Sed mox
Exigentibus ipsius promeritis ab Hispaniarum Rege
Ad Mazariensem insulam evectus,
Trigintaquinque annos
Ovium suarum regimen tenuit.
Quorum tamen intervallo,
Admirabili religione, insigni humilitate, ferventi charitate,
Mãsuetudine, cæterisq. virtutibus ornatus,
Eni-

Enituit.
Deoque charus, sibi infensus, omnibus gratus
Ad senium usque vixit.
Erga pauperes profusus, ac dives, sibi verò mendicus, & pauper,
Pingue patrimonium in cœlestes thesauros
Egenorum ope transmisit.
Cujus eleemosynas enarrat omnis Ecclesia Sanctorum.
Benediciturque in populis, qui pronus fuit ad misericordiam.
Jejuniis, vigiliis, diverberationibus, ferreisque catenulis
Corpus suum in servitutem redigens,
Admirandum pœnitentiæ exemplar
Cunctis se præbuit.
Stratum abhorrens, supra nudos asseres,
Vel parvulæ innixus sellæ modicum capiebat somnum;
Fessumq. assiduis laboribus, studiisque sacrarum literarum caput,
Brevi sopore recreabat.
Vineam Domini Sabaoth ea excoluit cura, & vigilantia,
Ut bonorum operum uberes collegerit fructus.
Rapaces lupos, qui aliquando gregem suum deturbaverant,
Pastorali baculo usus, cunctos ab ovili expulsit;
Ovesq. suas in tuto jam collocatas, & ab omni infestatione immunes,
fortiter asseruit.
At licèt interdum adversus Pastorem adlatraverint miseri,
Eorum tamen ululatus in encomium versi sunt
Pervigilis custodis.
Denique
Mortalitatis memor, propriæ dignitatis immemor,
Humillimum cunctorum pedibus terẽdum
Suis exuviis delegit locum.
At plaudente ante, & post obitum prodigiis Numine,
Summa omnium veneratione colitur.



CARMINA LATINA

In laudem BARTHOLOMÆI CASTELLI *Episcopi Mazariensis.*

Bartholomæus ob præclaras ejus virtutes laudatur.

EPIGRAMMA I.

Nullus Te major Siculo surrexit in Orbe
Pectore apostolico, vel pietate comes.
Tu zelo Elias, eloquio Chrysostomus audis,
Munere Præsuleo Carolus, Ambrosius.

Austeritas vitæ Bartholomæi commendatur.

EPIGRAMMA II.

Cur pœnas adhibes, cur tot jejunia quæso?
Corpore cur proprio sãguinis unda fluit?
Forsitan, ut carnis motus compescas habenis,
Vel vitæ innocuæ præmia digna feras?
Sed si candore es morũ velut Angelus alter
Non opus est sęvis mẽbra ferire flagris.

Extollitur Bartholomæi charitas, & vigilantia erga gregem suum.

EPIGRAMMA III.

Quod vigilet gregi Pastor, lustretque frequenter,
Ne incustoditum captet ovile lupus:
Gaudeat et duros nimium subiisse labores;
Est quod miremur! Pręsulis almus amor.
Quod dare jus solitus, cupiat se subdere juri,
Ut miseros pretio sublevet ipse sui.
Hic amor est ingẽs nullo superatus amore!
Huic ni divinum, nil similare licet.

Bartholomęus mulieri opem sibi petenti, cùm non haberet quid erogaret, seipsum venum ire paratum offert.

EPIGRAMMA IV.

O Bruta pauperie mulier, fatisque sinistris,
Ut sibi opẽ tribuat Bartholomæum adiit.
Cui pius Antistes nũmis nudatus, & auro
Auxiliari optans, talia verba dedit:
Nil teneo, mulier: cura ut me vẽdere possis:
Nam vendi pro ovibus, quam mihi dulce foret.

Bar-

Bartholomæus in lectulo moribundus jacens, pauperes merentes de suo transitu solatur.

EPIGRAMMA V.

DEcumbens in lecto æger, sic fatur ægenos
Præsul, funeris haud vos premat hora mei.
Pellite tristitiam, lacrymasque abstergite, vobis
Nam potero extinctus ferre levamen adhuc;
Quippe ut cunctos sum vivens complexus amore,
Sic quoq. nec vita functus amare sinam.

Bartholomæus in limine Cathedralis Ecclesiæ tumulari sua ossa jubet.

EPIGRAMMA VI.

ALme Pater, dic quæso, cur in limine templi
Contumulanda tui corporis ossa jubes?
Nescis cunctorum pedibus tua membra terenda
Illic, atque ab humo sæpè premēda fore?
Id scio, ait prçclarus Pastor, idemq. peropto,
Naturæ & stirpis conscius ipse meæ.
Quippe mei memores mortales cuncta caduca
Spernent, ut possint claustra tenere Poli.

Bartholomæi cadaver ad quatuor circiter dies expositum, incorruptum servatur.

EPIGRAMMA VII.

SUbdita sunt falci cunctorum corpora mortis:
Membra licèt spirent balsama, vermis edet.
Sed cur extincto non hanc in Prçsule legem
Servat, & intactum trux libithina sinit?
Cur etiam caro flexilis, & color emicat idem,
Gratus ab exāgui corpore manat odor?
Accipe: mors ubi defunctum tot mira patrantem
Vidit, viventem credidit esse virum.

Bartholomæi funus miraculis illustratur.

EPIGRAMMA VIII.

ET pallent flores, tellus atque æquora pallent,
Phœbus, ut occiduis lumina cōdit aquis.
Ægra reviviscunt lethali corpora morbo;
Cū tamē æthereas tu petis alme plagas.

Invitantur infirmi ad sepulchrum Bartholomæi, ut a morbis curentur.

EPIGRAMMA IX.

COrpore, qui languet, morbisque oppressus acerbis
Exagitat mentem, cunctaq. mēbra simul:
Invalidi pariter, claudi, vel lumine capti,
Pro quibus in terris pharmaca nulla valent:
Pastoris loculos adeant, orantq. frequēter:
Nā cūctis præstò Bartholomæus adest.

Bartholomæi effigies post ejus obitum exponitur omnium oculis.

EPIGRAMMA X.

QUæ a cunctis colitur specie pictura decora,
Quē referat vultum si modo scire cupis?
Is Pater est noster, placida qui morte quievit:
(Si est mors cælesti cū Patre luce frui)
Ars utinam possit telis effingere mores,
Non hac pictura pulchrior ulla foret.

Supra idem argumentum.

EPIGRAMMA XI.

SI velut extincti vivo pictura colore,
Præsulis expressit corporis effigiem:
Sic animæ posset telis formare figuram,
Nil oculi in terris pulchrius aspicerent.

Mazaria invitat Viatores ad lacrymas fundendas supra tumulum sui Pastoris.

EPIGRAMMA XII.

DUlce decus patriæ, rebus solamen in arctis,
Pauperibus miseris, qui pater alter erat,
Hic jacet; hoc voluit duro sub marmore condi
Corpus; ut ingrediens, id pede quisque terat.
Aspice, ni properas, hoc marmor quæso Viator;
Et lege, ni ploras, nō homo, marmor eris.

Poë-

Poëta solatur Urbem Mazariæ ob mortem sui Pastoris.

EPIGRAMMA XIII.

QVi sunt hi gemitus? tanti quæ causa doloris?
Funeris est ne tui Præsulis atra dies?
Ah quæso lacrymas fræna, finemq. querelis
Da, amplius internus non premat ima dolor.
Qui petit alternam, ut Phœnix per funera vitam
Lętitia, & plausu, nonnisi dignus erat.
Non etenim moritur, tali qui morte quiescit,
Hęc non mors dici, sed nova vita potest.

CARMINA ETRUSCA
In ejusdem Viri laudem.

Ex Michaele Romeo S. Jesu lib. la Lira a due corde *fol.* 78.

CARMEN I.

In quo loquitur de Visitatione Diœcesis Mazariensis.

SCende dal trono, e volge il buō Pastore
A visitar suo gregge il passo errante;
E porta seco in un bel gruppo al core,
Ed affetto di Padre, e zel d'Amante.
Io non so dir senza timor d'errore,
Se pietoso sia più, se più zelante;
Ma se'l ver non m'inganna, è più d'amore
Il petto suo, che di rigor fiammante.
Ei, s'un alma contrita a lui si prostra,
Di questa ad emendar le colpe ascose,
Non ha fragello, o s'ha fragel no'l mostra.
Onde ad ornargli il manto il Ciel dispose
Or di viole, indi in più vaga mostra
Il suo gran merto infiorirà di rose.

CARMEN II.

Ex Emmanuele Filingeri Imperialis Collegii Nobilium Convictore.

SVlla riva del mare egro, languente,
Del credulo Teseo prole funesta,
Giacea Ippolito esangue, ombra dolente,
Squalida il volto, rabbuffata, e mesta.
Quando dal regno della morta gente
Fisico eccelso lo ritoglie, e arresta
Della Parca crudel l'ira inclemente,
Ch'urla invan, freme invan, che in vita e' resta.
Oh se sapessi d'Esculapio anch'io
La gran destra emular, che'l corpo infranto
Del bel fanciul ritolse al cieco obblio.
Vorrei dar vita col mio debol canto
Al Castelli: *ma a nui lo tolse Iddio:*
Che ne volle per se la gloria, e'l vanto.

CARMEN III.

Ex Antonio Martiani ejusdem Imperialis Collegii Convictore.

I' Vidi dall'algoso, aureo soggiorno
Fosca il Nume di Delo erger la frōte,
Vidi secco l'alloro, arido l'orno,
Torbido il rio, torbido il fiume, e'l fonte.
Gli augei non vidi salutare il giorno
Al prato, al bosco, al piano, al colle, al monte,
A pascer erbe, e freschi fiori intorno
Le agnellette non vidi ir liete, e pronte.
Chiesi a tal vista al Sole, all'orno, al rio,
All'armento, agli augei, qual freddo gelo,
Qual dolore v'ingombra? e chi morío?
Risposer tutti: ahimè di morte il telo
Castelli *il gran Pastore a nui rapío:*
Io dissi allor, ma vive eterno in Cielo.

CARMEN IV.

In quo alluditur ad Bartholomæi sepulchrum.

DI mortal spoglia all'immortal struttura
Abjetta tomba il gran Castell'elegge;
Acciò del corpo oppresso, or non men dura
Fosse al cadaver suo l'istessa legge.
Così adombrar l'altre virtù procura
La sua Umiltà, ch'il di lui spirto regge;
Ma pensa invan, che sia sua gloria oscura,
Se il gran disegno accorto il Ciel corregge.
Vuol, ch'ogni piè lo pesti, e ciascun passo
Riverente s'aggira all'urna a canto,
Svela l'Eroe la povertà d'un sasso.
Quindi ogni cuore, ad immortal suo vanto
Metre ammira un Castel fatto sì basso,
Poco vi vuol, che nō l'acclami un Santo.

CAR-

CARMEN V.


In quo alluditur ad Bartholomæi cadaver, quod triduò incorruptum mansit, odoremque fragrantissimum exhalans.

Muore il Castelli, *ed il natío vigore*
Serban le membra della morte a scorno;
Poco men che di vivo il bel colore
Conserva esangue, sin' al terzo giorno.
Ogni cuore lo mira senza orrore,
E divoto a mirarlo fa ritorno.
Spira la salma di Sabea l'odore:
Mosca non vola alla sua Bara intorno.
Ma che stupor! se dal vorace dente
De la Parca è difeso il corpo frale,
Mentr'e' lo castigò, benchè innocente.
E all'Alma, che vibrò sì ben lo strale
Contro del vizio, anco l'Empir consente
Darle ricetto in Ciel, vita immortale.

CARMEN VI.

In quo Poëta introducit publicam famam, Bartholomæi virtutes ubique divulgantem.

Muore il Castelli, *e col morir risorto*
E' qual Fenice il nome suo immortale:
Se quant'umile fu sua spoglia frale,
Tanto la fama or lo decanta morto.
Lo pubblica per Pio, Zelante, Accorto,
Savio, Prudente, e d'eloquenza tale,
Ch' a' Crisostomi dir si possa eguale;
Se lasciò il mondo nello stupor assorto.
Dire volea di più: confusa tace
Al solo rimirar l'abjetta Tomba,
Ove l'inclito Eroe sepolto giace.
L'adora, geme poi come colomba;
Onde impotente a dar lode verace
Appende al sasso la dorata tromba.



VENERABILIS BENEDICTI DE PORTO

Clerici Regularis

ELOGIUM X.

Ex Josepho Silos in Historia Cler. Regularium part. 2. lib. 12. fol. 544. 545. 546.



BENEDICTUS PORTUS genere quidem inter precipuos Panormitanæ nobilitatis, inerantq. exaugendo natalium splendori avitæ opes. Mater illi Eleonora de Paratoribus ornatissima fœmina, quæ quod diù prole caruisset, pulsare precibus cœlum instituit, patronumque potissimùm adhibuit Divum Franciscum Assisinatem, concepto nimirum voto, ut si filium suscepisset Francisci nomine appellaret, ac quinquennium Capuccinorum habitu indutum vellet. Ergo voti compos, felici puerperio enixa puerum Mater; cui adprimi sanctior quædam a Divo Francisco indoles, præsertim in Christi e Cruce pendentis simulacrum pietas visa est: quę eò admirabilior, quod cunæ ipsæ illam testarentur. Enimverò cùm aliquando lac suggere adnueret, nullæque valerent nutricis artes, & blanditiæ, ad Crucifixi appellationem admovere statim uberibus labra videbatur. Cujus quidem Crucifixi effigiem ita semper manibus terebat lacteus puer, ut indormire etiam illi cuperet, sine qua nulla unquam illi in cunis quies, ac sopor: quam deindè consuetudinem reliqua in vita tenuit. Illud etiam admiratione dignum. Elapso namque voti quinquennio, allata puero Damascena vestis purpurea, auro elegantissimè prætexta; quam ille ut vidit illacrymari, conqueri, suam tunicam poscere. Subiit interim matri, insita a natalibus pietas: Et age, inquit, fili, an non vides Crucifixi sanguinem repræsentare rubram hanc vestem? Ad quæ ille confestim acquievit; nunquam deindè passus exorari, ut sæcularem alium habitum

indueret: cùmque talarem Clericorum ritu tunicam efflagitandi finem nullum faceret, tandem incredibili cum animi lætitia impetravit. Id ævi, nempè intra infantiam orationis potissimùm studio transigere, nullis planè non mirantibus præcoces nimium, ac supra ætatem preces. Hi familiares illi lusus, ac joci. Domesticos pueros, exterosque contrahere, atque agmen instruere solitus erat. Præire ipse piis carminibus, atque orationibus ad Marianam Angelorum Ecclesiam. Domo cùm descenderent, aut ascenderent, singulis gradibus Orationem Dominicam, ac Salutationem Angelicam recitari, simulque figi terræ osculum jubebat. Piis interim præmiis illos allicere, ut pertraheret. Crescente ævo addictus quidem humaniorum literarum scholis; sed majores interim in divinorum studio progressus habere videbatur. Consuetudo illi non nisi cum religiosis, piisque Viris, quibuscum de procuratione, ac lucro animorum sermo. Virorum cœtum instituit, qui in corporis afflictatione, cultuque pietatis toti essent. Cogi singulis sextis feriis extra Urbem in Ecclesia, cui a Divo Nicolao nomen, soliti erant. Divina mysteria usurpabant; diem deindè inter pias diverberationes, aliasque severioris pœnitentiæ exercitationes transigebant. Et ipse quidem atterere istius modi rigoribus corpus, in deliciis habebat. Præter Christi Domini Adventum, quem ab omnium Sanctorum festo inchoabat, quater in hebdomada jejunabat: plerumque pane, ac frigida. Nudo asseri indormire, pulvillo quidem molliore, nempè tegula. Gemino præcinctus cilicio: geminam item catenam, peracutam passim cuspide interstinctam adhibere: cumulabatque hæc pœnarum instrumenta asperum, ac rude insuper sagulum. E ciliciis verò, quod alterum quidem officere epati videretur, vetitum a Confessario fuit: cui tamen ita paruit, ut ferreum ejus loco cinctum induceret. Ad hæc flagris ea quidem vi membra incessere, ut non modò pavimentum, sed parietes etiam exiliens inde sanguis respergeret. Respondebat austeriori huic vitæ rationi cætera ejus virtus. Eximia nobili viro sui demissio, ac humilitas inerat. Nihil illi molestius quàm ab aliorum commendatione existimatio, ac honor. Cum infimæ sortis hominibus, quàm cum sui similibus libentiùs morari. Pauperibus præsertim immisceri; in quos oppido liberalis, instinctu nempè charitatis, a qua frequens in nosocomiis; gaudebatque operam decumbentibus dare, atque omni officiorum genere complecti. Detenctos item in carcere invisere, juvare: utque plures simul in eorum opes conspirarent, sodalitium instituit, a cujus sedulitate, aut libertas, aut laxamentum aliquod vinctis existeret. Patientiam non semel probavit suam. Injurias libenter pati, ac sorbere; præsertim ubi de vindicando honore Numinis agebatur. Semel quod honestæ Virginis pudorem e petulantissimi Juvenis manu eripuit, nil propiùs fuit, quam ultima pro pulcherrimo opere subire. Frustratus namque ille præda, ulcisci castimoniæ vindicem statuit, aggressumque Portum ferro confecisset, nisi divina illum bonitas præsenti ope servasset. In Christi Domini cruciatus peculiari quodam sensu ferebatur: eò frequenter animus recurrebat; inflammabatque vehementiùs Dei amorem illa pœnarum cogitatio. Par in augustissimum Eucharistiæ Sacramentum pietas. Quadraginta horarum orationi, quæ per Urbem ad Christi Domini Corpus per vices habetur, quotidiè adesse. Exemplo, ac voce alios etiam incitare; ut interim a nugis illos, atque a Dei offensis removeret. Sæpius per annum exercendæ impensiùs virtuti, mentique rerum cœlestium contemplatione uberiùs irrigandæ, secessum in suburbanis Cœnobiis procul mortalibus adornabat: quodam nempè genio addictus solitudini erat; noveratque accedere propiùs Deo homines, quò abscenderent longiùs a celebritate. Cogitabat proinde Clericorum institutum, qui diebus dumtaxat festis divina mysteria, ac sacra palam celebrarent, reliquos deinde dies, clausis Cœnobiis, Templique foribus; secum & cum Deo agerent, sæcularibus omninò inaccessi. Locum remotiore situ, asperum quidem, sed conceptæ menti opportunissimum,

de-

delegerat; habebatque plerosque e præcipua nobilitate, consilii plausores, atque imitatores. At enim quamvis successu res caruerit, temperare tamen is sibi minimè potuit; quominùs quod animo adumbraverat, aliqua saltem ex parte exprimeret. Sanctioris nanque ejus vitæ rudimentum ut poneret, secessit ipse cum paucis in solitudinem, ubi aliquandiù vixit, qua mentis tranquillitate, quo interioris hominis profectu, qua cœlestium deliciarum affusione, abundè ostendit latina quædam Epistola, quæ est in manibus ab ipsomet ad Alvarum Agliatam conscriptam, eo divinorum sensu, ac gustu plenam, ut nullus profectò legerit, quem non rerum humanarum fastidium ceperit. Jam verò nostræ sodalitatis ineundæ occasio ea fuit. Morabantur animi causa relaxandi quadam in villa *Portus* ipse, Alvarus Agliata, quem modò nominavi, Franciscus Opizzinga, & Petrus Giardinus, amicissima invicem capita: & quibus par genus, genius, ævum, pietas. Accidit, ut correptus quidem ex eo cœtu igne per imprudentiam, non mediocrem expresserit doloris sensum. Qua *Portus* occasione arrepta, dicere de Inferno igne cœperit, valuitque adeò extemporanea ea vis facundiæ, ut e vestigio remittere rebus humanis nuncium omnes decreverint, quibus ipsemet, qui impulerat, facem præluxit; inieruntq. eodem simul die nostrum ordinem viri, affinitatibus perinde, atque opibus subnixi; ætate item florentes, nempè intra juventam, ac paulò supra annum quintum & vigesimum; planè ut ingenti admirationi, exemploque omnibus fuerit præclarum nobilium juvenum consilium, atque alia vitæ ratio.... Aggregatus itaq. ad nostros, Theatinum Institutum ita arripuit, ac si eas vitæ rationes non tum quidem iniret, sed olim susceptas, continuaret. Nihil addi viro perfectissimo, sed demi nonnihil oportuit. Temperatus siquidem majorum jussu corporis rigor, ut Ordinis sese legibus, atque exercitiis accommodaret. Insignis, ac strictior ejus virtus infensa, præsertim malis geniis. Plerosque ab eorum obsidione liberavit, interdum Deiparæ dumtaxat nomine. Nota hæc ejus vis, atque in rebelles Dæmones imperium, quos ut aliquando terrerent, *Benedictum Portum* nominabant, ac nimium quantùm fortitudinis iis afferret appellatio. Dum exacta morum disciplina in omnium oculis, atque ore viveret, vocatus ad meliores est. Paulò antequam exuvias poneret, dum ad aram faceret, intima quædam vox illum instantis fati monuit: uti ipsemet Antonino Dianæ, qui retulit, significavit. Morienti adfuit Dei Mater, quo ille aspectu recreatus expiravit die Augusti mensis tertia hujus anni 1626. Commendare plerique omnes eximiam viri virtutem, ac sanctimoniam, cujus persuasione quicquid ejus indumenti fuerat, veluti quid prætiosæ supellectilis asservatum, nec sine mortalium compendio. Ferunt namque illarum attactu vestium pleraque impetrata beneficia. Præsertim tonsor quidam, Aloysius nomine, cum gravi hernia laboraret, ubi quandam *Benedicti* laciniam admovisset in vestigio temporis convaluit. Atque hæc de *Porto*, qui afflante, atque adgubernante clavum numine ad æternitatis portum secundissimè enavigavit.

Typis evulganda reliquit

Giornale della Perfezione Cristiana, quod asservatur in Archivio Bibliothecæ Sancti Josephi.

De Christi Domini cruciatibus pias Meditationes.

SYLLABUS

Auctorum, qui de BENEDICTI PORTI sanctimonia scripsère.

1 ANTONINUS MONGITORE, Vir omni laudum genere spectatissimus, in libro, *Panormus devota Deiparæ Virginis*, loquens *tom.* 2. *lib.* 3. *pag.* 59. de pietate, & devotione *Benedicti de Porto* erga eamdem Dei Genitricem Mariam, hæc de illo scripsit, quæ latinè reddita ita sonant. *Ab ipsis incunabulis admiranda extitit in* Benedicto de Porto *ex Ordine Cler. Regularium, vitæ sanctimonia, & religio erga Beatam Virginem Mariam. Nam in ætate adhuc tenera ad pietatem maximè pronus, omni* stu-

studio fugiens pueriles ludos, quotquot reperera t ex paterna domo, vel vicinia pueros ad instar agminis simul adunabat, factus illorum dux, quos deinde processionaliter dispositos, hymnosque devotè canentes, ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum Patrum Minorum de Observantia Sancti Francisci deducebat. Cùm verò paternæ domûs scalam eos ascendere, vel descendere oporteret, curabat invitatissimus adolescens, ut in singulis gradibus unà consisterent, inibi Salutationem Angelicam recitarent, ac tandem humum deoscularentur in obsequium Deiparæ Virginis; ad quod faciendum præmiis, & munusculis invitabat. Annum agens 27. Religionem Cler. Regularium ingressus, inibi ad altissimum perfectionis gradum provectus, magnum exercuit dominium supra spiritus infernales. Hinc plures ab eis obsessos liberavit, & non semel id præstitit solo Virginis Mariæ nomine invocato. Quàm verò ingens fuerit devotionis ipsius ardor erga Venerandam Dei Matrem Mariam luculenter arguitur ex eo, quod nimirum in ultimis vitæ suæ periodis constitutus, eadem Cælorum Domina eum visitare, atque inebriare cœlesti dulcedine præsentiæ suæ dignata sit. Unde spiritum exhalans Panormi 3. Augusti 1626. evolavit ad cœlestem gloriam, ad quam fuerat a Deipara invitatus. Et in *Museo Siculo*, præfatione ad Lectorem, loquens de Viris Panormitanis, qui oblatas sibi infulas recusarunt, ait: *Benedetto del Porto Chierico Regolare, Religioso di sì sublime perfezione, e bontà di vita, che meritò d'essere visitato pria di morire dalla Grande Imperatrice del Cielo, di cui fu divotissimo, come dicessimo* nel Palermo Divoto di Maria Vergine *nel tom. 2. lib. 3. §. 5. pag. 59. Questi per la grand'umiltà, e basso sentimento di sestesso rinunziò un Vescovado offertogli dal Duca di Montalto, prima Vicerè di Sicilia, e poscia Cardinale di S. Chiesa.* Ejusdem meminit *in historia Ecclesiarum Urbis Panormi, cap. Ecclesia S. Joseph.*

2 CAJETANUS MARIA N. N. Cler. Regul. in elogiis illustrium Virorum Ven. Domûs Sancti Josephi, quæ cernuntur in claustro ejusdem Cœnobii, hocce Elogium ad pictam *Benedicti* effigiem exarandum curavit, quod sic habet. *Venerabilis D. Benedictus de Porto Panormitanus Cler. Regul. ex Regibus Cretæ originem trahens, omnium virtutum genere ornatus refulsit, sed præcipuè religione in Deum, Deiparamque Virginem fuit admirabilis: quippe qui ex voto piæ matris in lucem editus, singularem a cunis erga Crucifixi imaginem pietatem coluit: in cujus cruciatuum meditatione assiduo lacrymarum fonte detinebatur. Theatinus jam grandiusculus effectus, mira vitæ austeritate enituit. Nam præter jejuniorum frequentiam, corpus suum ciliciis, flagris, ac ferreis catenulis usque ad sanguinem dilaniabat. Cujus subinde adeò ingens erat copia, ut cellæ pavimentum, parietesque consporgeret. Hinc terribilis Dæmonibus evadens, magnum in ipsos exercuit imperium, quos interdum ab obsessis abire coëgit corporibus. Charitate in proximos flagrans, plura sodalitia, & pia opera instituit tum Panormi, tum Neapoli; inter quæ nonnulla ad sublevandam pauperum inopiam peropportuna. Prophetiæ etiam dono claruit, & in humilitate defixus, infulas ab Aloysio Moncata Duce Montisalti olim Siciliæ Prorege, postea verò S. R. E. Cardinali, oblatas recusavit. Denique ingentibus meritis cumulatus, dum sacrum ad altare faceret, ab intima quadam voce instantis fati monitus, ac Deiparæ Virginis apparitione in agone dignatus, Panormi mortalitatem exuit 3. Augusti 1626. ætatis suæ 39.*

3 FRANCISCUS BARONIUS *de Majestate Panormitana lib. 3. cap. 11.* loquens de Jacobo de Porto, *Benedicti* Patre, ait: *Hic Benedictum genuit, qui cùm Cler. Regul. militiæ nomen dedisset, e vita cum laude decessit.*

4 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Cler. Reg. *in Propositis benè moriendi prop. 22. pag. 116.* de eodem ait: *Dum in hac Domo* (intellige Sancti Josephi) *D. Benedictus de Porto ad aram faceret, intima quædam vox instantis fati illum monuit: & morienti adfuit Dei Mater; quo ille aspectu recreatus, exspiravit.* Et lib. *de Divino Officio opusc. 3. disquis. 2. fol. 242.* loquens de variis pœnalitatum generibus, quibus *Benedictus de Porto*, & Petrus Jardina corpus suum affligebant,

bant, inquit: *Tam P. D. Benedictus de Porto, quàm P. D. Petrus Jardina, catenis, vel laminis ferreis thoracem, tergum, & brachia arctissimè vestiebant.*

5 JOANNES BONIFACIUS BAGATTA Cl. Reg. in libro, *Admiranda Orbis Christiani tom. 2. lib. 6. §. 1. n. 25.* idem, quod Maggius supra retulit, iisdem ferè verbis testatur sic: *Paulò antequam exuvias poneret* Benedictus Portus, *insignis virtutis inter nostros, dum ad aram faceret, intima quædam vox illum instantis fati monuit. Morienti verò adfuit Dei Mater, quo ille aspectu recreatus animam exspiravit.*

6 THOMAS POTOMIA *in vita Petri Jardinæ*, quæ MSS. asservatur in memorata Domo S. Josephi *l. 2. c. 3. et l. 3. c. 6.* ejusdem meminit, quem etiam dilaudat ob vitæ austeritatem, & sanctimoniam.

CARMEN LATINUM
In BENEDICTI laudem.

QUis poterit, Benedicte, *tuas edicere laudes,*
Magnaq. contracto carmine facta loqui?
Tu namq. illustri ducens ex sãguine nomen,
Exsuperas morum nobilitate genus.
Divitias, titulosq. simul, quos splẽdor avitus
Offert, spernis inops factus amore Dei.
Ardua virtutum teneris sectatus in annis,
Illarum radiis pulcher in orbe nites.
Cujus ab imperio Dæmõ proscriptus ad orci
Linquens obsessos, cogitur ire sedem.
Evolvens animo patientis vulnera Christi,
Implebat tepidis imbribus, ora, genas.
Mens erevit, erevitq. dolor, vi pressus amoris
Dilanias sævis pallida membra flagris.
Nec mirum tantis si te cruciatibus angis;
Namque pati exoptat plurima quisquis amat.

CARMEN ETRUSCUM

In ejusdem Viri commendationem,

Quod Michaël Aloysius Platamoneus, Belmurgi Dux, & Imperialis Collegii Nobilium Convictor, venerationis ergo cecinit.

DE la mia rozza cetra
Su le corde percuoti, o dolce Clio,
E al roco plettro mio
Dà voce tal, che s'oda insin dall'Etra:
Tu fa, che ciò, che del gran PORTO *i' vidi,*
Tutto possano fidi
Ridire i sensi; ond'ei sia reso in poi
Chiaro dall'Occidente a' lidi Eoi.
Presso del mare un giorno
Donna vidi in ameno, ed ampio prato
D'erbe, e di fiori ornato
Girare una gran ruota, e a lei d'intorno
Starsi vedeami ubbidienti i regi,
E offrirle onori, e fregi;
Fortuna era costei, che a un punto solo
Ed innalza a le stelle, e abbassa al suolo.
Questa, poichè mercede
Negando a ognun scorse, e passò col volo
Di tanti Eroi lo stuolo,
Giunse, v' del chiaro PORTO *era la sede:*
Quì fermò la gran ruota, e a lui tesori
Offrío cortese, e onori;
E d'auro, e gemme un'intessuto serto
Parea, che dar volesse al suo gran merto.
Ma il magnanimo PORTO,
Che i doni di fortuna in odio avea,
E che il pensier volgea
De la celeste Patria al dolce porto,
A cui virtute è fedel scorta, e guida;
Disprezzò quella infida,
E i falsi doni con gentil sorriso,
Ond'ella riportonne e beffe, e riso.
Sol di vergogna, e sdegno
Ripiena il cuore, e di stupor fortuna
Vide se offesa, e in una
Il formidabil scettro, e ingiusto regno
Pura prigion de' miseri mortali,
Cagion di mille mali;
Onde sdegnata in le vicine sponde
Ruppe la ruota, e la gittò nell'onde.
E mentre in ogni parte,
In ogni colle, in ogni lido, e riva
Ciò narrando sen giva,
E suo sdegno così sfogando in parte;
Quella incontrò, che su la terra, e'l fiero,
Crudo Nettuno ha impero,
E a lei, da cui le più sublimi cose
Son rette, il tutto accesa in volto espose.
Natura in tali accenti
Sciolse tosto la lingua, e schiuse i labri
Più fini de' cinabri:
O tu, che sovra il mondo, e su le genti
Dominio tieni, omai l'ira deponi;
Nè perchè i ricchi doni,
Che cortese gli offrivi, ei prese a gioco,
Stupor ti prenda alcun, che questo è poco.

Ei

Ei coll'eccelse doti,
Di cui dal ciel fu adorno il suo gran core,
Con mio sommo dolore,
Nulla di me prezzando i prieghi, e' voti,
(Ahi, che in ridirlo il cor da mille affanni
Sorpreso viene!) i vanni
Stese veloce sì, che uscinne fuora
Da' miei confini, e questo è poco ancora.
Di sua eccelsa virtute
Il preggio ascose, e a segno tal pervenne,
Che in freno ancor ritenne
Le più feroci belve, e più temute:
Ma da stupor maggiore allor fui presa,
E più restai sospesa,
Che a quegli stessi esso imperar vid'io,
I quai turban sovente il regno mio.
Canzon ver l'Etra il volo
Spiega veloce, e a colui, che altero
Di luce adorna co' suoi raggi il polo,
Vanne, ed in piano riverente stile.
Perdon gli chiedi umile,
S'ove mai non potero
Giugner gl'ingegni più sublimi, e vasti,
Tu con tuo basso stil poggiare osasti.

C

CAJETANI DE CASTILLO
Clerici Regularis, Episcopi Liparensis

ELOGIUM XI.

Ex Antonino Mongitore in Additione ad Rochum Pirrum de Ecclesia Liparensi n. 45.



CAJETANUS DE CASTILLO Panormitanus, in sæculo Didacus appellatus, Isidori de Castillo Marchionis S. Isidori, & Lutiæ de Gregorio filius, Clericus Regularis Theatinus, vir nobilitate clarus, sed doctrina, & in rebus agendis dexteritate clarior. Severioribus disciplinis instructissimus, Philosophiam, & scholasticam Theologiam in Messanensi Lycæo docuit cum vividissimi ingenii laude. Messanæ etiam Examinatoris Synodalis munere insignitus est; & Archiepiscopi Josephi Cicalæ Vicarium Generalem, & Seminarii Rectorem non sine plausu egit. Dum præerat Panormi Domui S. Josephi Præpositus, anno ætatis suæ 32. eligitur Episcopus Liparensis ab Alexandro VIII. 8. Januarii 1691. Ex peculiari facultate Apostolicæ Sedis ea in Insula Quæsitoris de rebus fidei officio perfunctus est. Litem habuit cum Civitatis Magistratu; ipse etenim Insulam Vulcaniam Episcopali jurisdictioni subjectam contendebat: & Juratos sibi obsistentes anathematis gladio perculsit. Synodum Diœcesanam coëgit, in qua nonnulla decreta pro Clero, & ecclesiastica disciplina valdè utilia sancivit. Singulis diebus festis dicere ad populum e sua Cathedra consuevit. Ast in magni jejunii feriis sermones de Christi Domini passione magna cum audientium utilitate habuit. Anno verò 1694. postquam animos ovium suarum ad lucrandum Jubilæum ab Innocentio XII. pro sua Diœcesi concessum, ritè disponeret, & ignitis verbis omnes adhortaretur, adeò divini honoris zelo succensus est, ut beatum illum proclamaverit, qui sequenti Dominica 21. Martii post Jubilæi consecutionem, statim ex hac vita migrasset, subditque: *O utinam id mihi contingeret, certè felix ipse forem!* Quod pluries repetens cum lacrymarum profluvio, & summa animi teneritudine, in Episcopalem aulam se recepit. Cujus tamen vota misericors Deus irrita esse minimè passus, exoptatam illi gratiam, prout postulaverat, concessit. Etenim 21. Martii die dum Episcopii scalam descenderet, ex fortuito lapsu enormiter attritus, sequenti die 22. Martii obiit anno 1694. ætatis suæ 36. & in sua Cathedrali Ecclesia sepultus est, cujus in tumulo sequens incisum fuit Epitaphium.

Siste gradum Viator,
Tantùm invida mors Præsulem

Ino-

Inopinato casu ad occasum duxit.
Jacet hic CAIETANUS de CASTILLO
& GREGORIO
Ex Clericis Regularibus:
Cui nunquam defuit animi munificentia,
Nisi cùm absuit animæ magnificentia.
Obiit anno 1694. ætatis suæ 36.

Scripta reliquit

Acta Synodi Diæcesanæ Liparensis, quæ post ejus mortem publici juris fecit Carolus Trigona Societatis Jesu ipsius Theologus.

Item *nonnulla Carminum genera*, quorum fragmenta habes apud Joannem Baptistam Graffeum in libro, *Il necessario Esercizio de' Giovani*; alia in Archivio S. Josephi asservantur.

Item *Conciones varias, & sermones de Christi Domini Passione.* &c.

SYLLABUS
Auctorum, qui encomiasticè loquuti sunt de doctrina CAIETANI de CASTILLO.

1 ANTONINUS MONGITORE, præter elogium superiùs exaratum, *Cajetani* passim meminit in operibus suis, & primò quidem *in Bibliotheca Sicula tom. 1. fol. 133. in Elogio Caroli Trigonæ*. Item *in Additione ad Rocchum Pirrum de Ecclesia Messanensi in Elogio Josephi Cicalæ*. Rursus *in Historia Ecclesiarum Urbis Panormi c. Eccles. S. Josephi*. Ast *in Musæo Siculo c. 5. fol. 287.* aliud ipsi copiosius, & elegantius elogium italico sermone contexuit.

2 JOANNES BAPTISTA GRAFFEUS in Epistola nuncupatoria libri, cui titulus, *Il necessario Esercizio de' Giovani*, inter alia, quæ in commendationem *Cajetani* scripsit, hæc subdit. *Cajetanus de Castillo præclarum vividissimi ingenii specimen dedit in Cathedris Philosophiæ, & Theologiæ Messanensis Lycæi, & in suggestibus, in quibus simul copulavit dicendi venustatem cum Nestorea eloquentia: qui dum Vicarii Generalis munere fungeretur Messanæ, eximia incorruptæ virtutis præbuit indicia, elinguem reddidit calumniam, & loquacem fecit suæ gloriæ famam.*

3 JULIUS AMBROSIUS LUCENTIUS *in Italia Sacra tom. 1. fol. 1242.* loquens de Episcopis Liparensibus, hocce elogium in *Cajetani* laudem exaratum reliquit. *Cajetanus de Castillo nobilis Panormitanus Cl. Reg. Theatinus, in humanioribus literis, & Theologica facultate eximiè versatus, annum agens 32. ob præclaras animi sui dotes hac infula insigniri promeruit die 8. Januarii 1691. sed in florentissima ætate, dum sacrum attentissimè implet onus, morte surripitur an. 1694.*

4 LUCIUS CRESCIMANNUS Cl. Reg. olim *Cajetani* sodalis, & condiscipulus, in icone ipsius, quæ ante januam sacrarii Domûs S. Josephi picta cernitur, sequentem inscriptionem exarari curavit, quæ sic habet. *Cajetanus de Castillo Panormitanus ex Clericis Regularibus, Episcopus Liparitanus, excultissimam in omni eruditionis genere sapientiam, omnique ex parte prudentiam desuper obtinuit: suumque ingenii acumen, dexteritas, circumspectio, eunctos auditos, exauditos, sua felices felicitate reddidere. Obiit 22. Martii 1694.*

5 NICOLAUS COLETUS *in Additione ad Italiam Sacram Ferdinandi Ughelli tom. 1. fol. 188.* allatum superius a Julio Ambrosio Lucentio elogium in *Cajetani* laudem transcripsit.

6 N. N. CAMPI *in Historia Liparitana*, quæ manuscripta asservatur apud Antoninum Mongitore, *Cajetanum* emeritis laudum præconiis exornat.

7 THOMAS CAMPAGNA Messanensis, olim *Cajetani* discipulus, in citato Joannis Baptistæ Graffei libro post epistolam nuncupatoriam, obsequii sui, gratique animi ergo, Carmen hoc *Cajetani* nomini consecravit, inscripsitque.

Qui liber hic teritur, quanti ne quæ-
rat Ephebus
Auspiciis fuerint præla loquuta viri.
Huic genus Heroes, primas huic lumini
auras
Propinat patrii gemmea Concha soli.
Instituit Pallas, pietas ornavit adultum,
Usque Thienæa crescere visa domo est.
Sacri Zancla fori dudum cōmisit habenas,
Ac tanto subiit dignus Atlante vices.
Palladias modò curat opes moderator a-
lumni,

Quem

Quem jubet excultos incoluisse lares.
Grandia mens agitat, majoraque facta sequuntur;
Maxima virtutis præmia debet honor.
Jam nomen propè versus hiat: rubor ipse, pudorem
Fasse genâ, chartis inseruisse vetat.
Obsequor. Inde tamen pressisse modestia jactet
Immortale decus nominis? immo polit.
Nomen, & altores puerûm ornamenta Penates
Æternùm, vel te Musa, tacente, sonant.
Imperiis animata viri simulacra disertis
Nobilis instaurat pinacotheca labris.
Quid color exornet; facies quid scita perorest?
Ni Rectoris opes, nomen, & ingenium?
Perlege marmorea depictū calce sacellum:
Nominis iste refert Apotheosin amor.
I liber. Auspiciis præclarus, amabilis arte
Instructus, doctus, pectora cūcta trahes.
Inclyta frons, partes miræ, aurea dogmata, virtus,
Quę fortiris, alunt Palladis arte decus.
Si tibi nil satis est laudis, nec penna rependet
Ulla tuos plausus. Sint tibi vota satis.

CARMEN ELEGIACUM,

In quo Anicetus Venutinus amarè deflens CASTILLI interitum, sic cecinit.

Eia age squallentes Elegeja solve capillos;
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.
Flere juvat, fletum CASTILLI fata reposcunt;
Non me, læta decent Carmina, flere juvat.
Heu mihi! quis mecum deflet? quis tristia fando
Funera Pastoris, temperet a lacrymis?
Interiit CASTILLUS, cujus gesta decora
Complecti, & dignè nemo referre valet.
Quàm bene dum Liparæ sacratus Episcopus, alti
Imperii scivit fræna tenere sui.
Amissas quoties ad ovilia captus amore
Quæsivit solers, atque reduxit oves.
Moribus ingenuis fudit documēta salutis,
Et novit mores composuisse suos.
Ingenuæque artes, atq. alta scientia rerum
Omniscium pandunt, nec sine laude virū.
Ingenio pariter velut inter Luna minores
Stellas, obscura nocte silente nitet.
Omnia si capias virtutum munera cedunt;
Numen in hoc posuit, quidquid ubique fuit.
Si tamen una satis, satis est, satis inquit Apollo
Una satis virtus condecorare virum.
Quid de te referam? diuturna silentia ponam,
Claræ virtutis si geris omne decus.
Heu mihi tam subito cessisti immanibus umbris!
Heu mihi tam subito contumulatus humi es!
Non moritur (tacitè vox intima personat auri)
Quem mors felicem reddere sola potest?

CARMEN ETRUSCUM

Ex eodem

Supra inopinatum lapsum CAJETANI de CASTILLO ex Episcopii scala, ob quem enormiter attritus, occubuit.

Sovente l'Uom superbo in alto ascende,
E in guisa d'un vapor poggia sublime:
Ma come in acqua sciolto alle part'ime
Questo torna; sì quel tosto ne scende.
E allor sì ria sciagura lo sorprende,
Che dall'aver calcato eteree cime
Sol scuote un maggior mal, che più l'opprime
Quand'il cader altr'Icaro lo rende.
Ma quì l'opposto io veggio. Eh non son quelle
Le vicende in costui, che il Mōdo prova:
Diverse sono: e sono oh quanto belle.
Cadde CASTILLO: e a lui se morte svelle
L'alma dal sen; udite lieta nuova:
Egli col cader suo vola alle stelle.

IDEM CARMEN

Ab eodem latinitate donatum.

Sæpe superbus homo ad superas extollitur auras,
Ut tandem lapsu deteriore ruat.
Opposita experior. Mutarūt tēpora mores,
Tempora quæque suas deseruere vices.
CASTILLUS cecidit. Casu mors inde sequuta est;
Casu inopinato quis putet? astra petit.

CA-

CAJETANI MARIÆ COTTONI

Clerici Regularis, Apostolici olim Missionarii apud Ruthenos, & Armenos in Regno Poloniæ

ELOGIUM XII.

Ex Josepho Buglionio ejusdem Congregationis Cler. Reg. Presbytero.



AJETANUS MARIA COTTONUS Panormitanus, Scipionis Cottoni Castrinovi Principis, & Agathæ Amato conjugum filius, annum agens sextumdecimum Theatinæ Religionis insignia accepit Messanæ: posuitque regularis disciplinæ rudimenta Panormi in Divi Josephi ædibus anno ineuntis sęculi quinto supra millesimum septingentesimum; in quibus emissis consuetis votis, anno scilicet 1707. die 24. Aprilis, humanioribus literis operam dedit. Sed inde Superiorum jussu Philosophiæ addiscendæ causa Genuam amandatus, ibidem Philosophicum curriculum Præceptore Petro Piccimbono viro doctissimo confecit: quo absoluto Romam se transtulit: ubi quadriennio commoratus universam Theologiam, sacrosque Canones audivit; quibus in scientiis satis pro modulo ingenii sui instructus, & a Sacra Congregatione de Propaganda Fide prævio examine idoneus repertus, ab eadem in regnum Poloniæ, & Russiam ad erudiendos Armenos, Ruthenosque cum facultatibus Apostolici Missionarii allegatus est. Leopoli, quæ totius Russiæ Polonicæ Metropolis est, septem annos moratus, inibi Alumnis Armenis, & Ruthenis Collegii Pontificii Rhetoricam, Philosophiam, & Theologiam explanavit. Expleto injuncto sibi Apostolici Missionarii munere, in Patriam reversus est, in qua primùm Lectorem egit Theologiæ apud suos per annum: dein Magisterium gessit tyronum: postremò ætatis suæ anno 36. ad moderandam Panormitanam Domum S. Josephi Præpositus renunciatus est: qua in provincia triennio commissam sibi familiam adgubernavit, editis nonnullis amoris sui erga sacrorum cultum, Deique Ecclesiam, & tutelarem suum Divum Cajetanum argumentis. Expostulatus a Josepho Migliaccio Messanensis Urbis Antistite, ut Alumnos Mamertini Lycæi, Seminariique Archiepiscopalis in scientiis erudiret, Philosophiæ curriculum iterum inchoavit anno 1728. Quod tamen aliò evocatus, absolvere haudquaquam potuit. Agit nunc Panormi in Imperiali Nobilium Collegio Historiæ sacræ Lectorem.

Ejus meminit in primis Antoninus Mongitore in libro, quem inscripsit: *Palermo penitente part. 2. pag.* 68. 78. *part.* 3. *pag.* 107. Salvator Ruffus Tertii Ordinis S. Francisci *in Relatione Terræmotûs Urbis Panormi* 1726. Jacobus Gravina Cl. Reg. *in Synopsi Theologiæ Veterum Patrum de Actionibus Dei ad extra fol.* 351. *& in præf. fol.* 2. & Thomas Josephowicz *in Epistola nuncupatoria pro Panegyri Polonica de laudibus S. Cajetani.*

Quæ hucusque edidit, hæc sunt:

Symbolum Apostolico-Theologicum in sexdecim distributum articulos, in quibus selectiores Universæ Theologiæ Polemicæ, & Speculativæ quæstiones continentur. Leopoli in Russia typis Archiconfraternitatis SSS. Trinitatis an. 1721. in fol.

Sancti Cajetani Thienæi Clericorum Regularium fundatoris Icon virtutum lineamentis expressa, ubi habetur Rythmus præclara ejusdem Sancti gesta complectens. Leopoli typis Collegii Societatis Jesu 1718. in 4.

De Scriptoribus Ven. Domûs S. Josephi Clericorum Regularium Urbis Panormi, qui de Republica literaria optimè meriti fuêre, operibus suis, quæ typis evulgarunt, vel evulganda reliquêre. &c. Panormi typis Angeli Felicellæ 1733. in fol.

Italicè evulgavit

Le Pompe funebri celebrate nel magnifico Templo di S. Gioseffo de' RR. PP. Chierici Regolari Teatini della felice, e fedelissima Città di Palermo, per la morte del Signor D. Gioseffo Agliata, Paruta, e Colonna, Principe di Villafranca. Neapoli 1728. suppresso Typographi nomine in 4.

Prælo paravit

De Viris illustribus Ven. Domûs S. Josephi Urbis Panormi Cler. Regularium, qui ecclesiastica dignitate, bonorum contemptu, vitæ sanctimonia, animi candore, morum probitate, fidei propagandæ zelo, charitate in proximos, doctrina, & eloquentia floruère. in fol.

Historiam fundationis, & progressuum Ven. Domûs S. Josephi Cler. Regularium Urbis Panormi, in quinque libros partitam: in quorum primo recensetur Domûs, & Templi fundatio: in secundo describuntur omnes, & singuli Patres, qui in ea Religionis habitum susceperunt: in tertio prædictorum Patrum enarrantur labores, & servitia præstita Urbi Panormi: in quarto enumerantur omnia Sodalitia, & opera pia a præfatis Patribus instituta, & erecta: in quinto demum præcipuæ festivitates, quæ in præfato Templo celebratæ sunt, recensentur. in fol.

Musæum Ecclesiasticum, sive de Viris ecclesiastica dignitate conspicuis assumptis ex Ordine Clericorum Regularium ad summum Pontificatum, Cardinalatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, aliasque Prælaturas. in fol.

Admirabilem Vitam Sancti Cajetani Thienæi Cler. Regularium Patriarchæ, ac Fundatoris, ex italico idiomate in latinum translatam. in 4.

Vitam S. Andreæ Avellini Cler. Regularis latino idiomate exaratam. in 4.

Carminum miscellanea. &c.

Librum, cui titulus: *Sacer Cultus Latreuticus, & Eucharisticus SSS. Triadi, Christo Domino, Beatæque Virgini Mariæ, & nonnullis Cœlicolis, quotidie exhiberi solitus a cunctis Nobilibus Convictoribus Imperialis Collegii Urbis Panormi. Opus in plures tomos distributum*. in 8.



VENERABILIS
CAROLI DE THOMASIIS

Ex Ducibus Palmæ Clerici Regularis, Pactensis Episcopi electi

ELOGIUM XIII.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Bibliothecæ Siculæ fol. 130.



CAROLUS THOMASIUS Ragusanus, non ut impudentissimo mendacio scripsit Toppius *in Biblioth. Neapol. pag.* 60. Capuanus; nec Panormitanus, ut tradit Silos *in hist. Cler. Regul. pag.* 3. *lib.* 12, *pag.* 555. In Ragusæ Siciliæ civitate natus est 17. Octobris anni 1614. quod rectè affirmant Jo. Bonifacius Bagatta in nostri Caroli vita *par.* 1. *cap.* 1. *pag.* 4. & Blasius a Purificatione in Vita D. Julii Thomasii ejus fratris gemelli *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 7. *& seq.* Parentibus nobilibus ortus, in ipsa infantia pietatis lumina emisit, quibus futuræ sanctimoniæ edidit indicia; nam pietatis studia mirabiliter amplexus est, ac corpus variis pœnitentiæ cruciatibus edomare curavit. Hinc non adhuc 14. ætatis annum excesserat, cùm rejectis sæculi illecebris, ad Capuccinorum Ordinem convolare meditaretur, quod perfecisset, ni mater variis rationibus ipsius animum a proposito avertisset. Interim ineunte ætate magno cum ardore literis operam dedit. Defuncta matre sub patrui cura ad fundandum in Sicilia oppidum Palmæ primum lapidem posuit 3. Maji 1637. cui vix exordium statuerat, cùm incolæ proximiores a suavitate morum, ac singulari pietate nostri Caroli mirabiliter allecti, magno concursu ad inhabitandum locum confluxère. Hujusce oppidi gubernacula suscepit, ac prudentiæ, justitiæ, ac pietatis legibus moderatus est: omnia quæ tum ad pietatem, ac divinum cultum fovendum, tum ad incolentium commodum conferunt sanctè decrevit; sed præcipuè virtutum omnium ornamento omni-

omnibus præfulsit. Hinc Philippus IV. Hispaniarum Rex amplissimo privilegio dato Matriti 10. Decembris 1638. Ducis Palmæ titulo insignivit, non sine animi sui dolore, qui ab honorum, & ambitionis stimulis penitùs alienus vivebat. Dum autem satagebat patruus, ut vinculis matrimonii alligaret *Carolum*; *Carolus* Religionis desiderio æstuabat, ac Deus tandem pia ejus animi vota excepit: nam longa ægritudine fractis ejus corporis viribus, patruum suadere tandem potuit, ut annueret, quòd in fratris sui Julii Thomasii commodum, sponsam sibi paratam, ac Principatum spontè cederet: ideoque relicto Palmæ oppido non sine incolentium magno dolore, ac lacrymis, sacrisque initiatus anno 1640. inde Panormi Clericorum Regularium Ordinem magna cum animi exultatione 9. Aprilis anni 1641. amplexus est. Absoluto probationis anno die 11. Aprilis 1642. solemnia emisit vota: ac studiis addictus, contra omnium opinionem ita profecit, ut ob ingenii felicitatem, socios omnes longè præcesserit, magnamque doctrinam sibi comparaverit: ideoque adhuc discipulus Theologicas lucubrationes doctissimè aggressus est, quas exinde publici juris fecit. Exacto studiorum curriculo 30. Julii 1649. non sine plausu Theologicam Doctoris lauream promeruit. A literis haud sejungere passus religiosæ perfectionis studium. Erant illi familiaria Seraphici Doctoris volumina, ac Angelici Doctoris opera, quorum gesta, ac doctrinam imitatus, ab uno rectas perfecti Viri leges, ab altero doctrinæ profunditatem in se exscribere curavit: hujus vestigia adamussim sequutus est, ideoque ejus cordi erat totam hujus sancti Viri doctrinam alphabetico ordine dirigere, & aphorismis inter sese connexis contrahere, quod etiam & de sancti Doctoris expositoribus variè ejus scripta expendentibus efficere meditabatur. Hoc verò magnæ molis opus Bibliothecam Thomisticam inscribere proposuerat. Cùm autem humilitate suadente, suis viribus impar opus, ac brevem vitæ suæ cursum putaret, Ordinis Prædicatorum Generalem Magistrum rogavit, ut alicui suæ Religionis sodali doctrinâ instructissimo hanc Provinciam demandaret, quod ille perpetrare promisit: ipse verò nonnullas Theologicas lucubrationes ad umbilicum perducere curavit, & edidit; multaq. alia in lucem emisisset, ni adversa valetudo a studiis ingenium avertisset. Absolutissima viri sanctimonia, ac doctrina magnam apud nonnullos Præsules, ac primæ notæ viros promeruit æstimationem: hinc postquam Domum Panormitanam Sanctæ Mariæ a Catenis Præpositi munere rexisset, anno 1658. Romam petere coactus, ut Generalibus Ordinis Comitiis interesset, Superiorum jussu Romæ permansit, ut ibi ejus virtutes veluti in amplioris Orbis theatro, refulgerent: quod evenisse non ambigendum: ideoque a viris sanctitate, & doctrinâ præstantissimis, a Præsulibus, S. R. E. Cardinalibus, ac etiam a Summis Pontificibus veneratus, magnâ nominis famâ ea in Urbe inclaruit. Cardinalis in primis Sfortia Pallavicinus eâ veneratione ejus virtutem, doctrinamque inspexit, ut amicitiæ vinculis ipsi conjunctum esse exoptaverit, & in intimam sui familiaritatem *Carolum* admiserit; & aliis, præsertim Alexandro VII. Sum. Pont. ejus virtutes indicare, laudibusq. exornare consueverit: in ipsum usq. ad supremam vitæ lineam flagrantissimum servavit amorem, quem manifestum voluit, cum *Carolo* aliquas Sanctorum Reliquias in benevolentiæ argumentum, ex testamento legavit. Apud nonnullos etiam Præsules, ac Cardinales magnâ virtutis, doctrinæque opinione valuit, qui non rarò in ejus cella invisentes virum egregium, in difficillimis negotiis, ac animarum angustiis ipsum consulebant, ejusque documenta venerabantur. A Cardinalibus Ulderico Carpegna, (cujus spiritum moderabatur) & Gregorio Barbadico magna veneratione prosequutus est: ut etiam a Marchione Pieneze, Hyacintho de Samione a secretis status Ducis Sabaudiæ, ejusque primo Ministro. Clementi IX. percarus fuit, a quo indulgentiam pro orantibus per horæ quadrantem, aliaq. obtinuit. Ad Hispaniæ aulam

diffusâ ejus virtutum famâ, anno 1666. ab Anna Maria Austriaca Hispaniarum Regina, Episcopus Pactensis enunciatus est. Sed licèt nonnulli ob animarum profectum, ut onus subiret, studiosè urgerent *Carolum*; attamen ipse in humilitate defixus, constanter dignitatem rejecit, non sine omnium admiratione. Apud Clementem X. institit, & obtinuit, ut Amphitheatrum Romanum, quem Colossæum vocant, Martyrum sanguine consecratum, occluderetur, ac interdictis in eo prophanis ludis, in Templum redactum, ad Sanctorum memoriam recolendam anno 1674. reclusum est. Charitate æstuans multa in animarum utilitatem scripsit, & egregiè patravit: præsertim in excitandis Monialium Monasterio, Asceterio, aliisque piis locis in oppido Palmæ: in quibus consilio, & opera Julio fratri semper præstò fuit. Tandem virtutibus egregiis ornatus, ac sanctimoniæ opinione apud omnes clarus, ægrotavit ad mortem. Multi S.R.E. Cardinales, Præsules, ac primariæ nobilitatis viri Principes ad ipsum in lectulo decumbentem confluxêre. Alexander Crescentius a cubiculo tunc Clementis X. inde S. R. E. Cardinalis, pontificio nomine ipsi benedictionem, & plenariam peccatorum indulgentiam elargitus est. Tandem anteactæ vitæ præclara gesta, hoc heroico virtutis actu conclusit, nempè: Omnia suffragia, quæ ex pia Ordinis sui institutione sodales defuncto socio persolvunt, omnia animabus, quæ in igne Purgatorio cruciantur, renunciavit; ipse verò se lubens, ac volens paratum exhibuit ad amplectendas omnes pœnas vel usq. ad extremi Judicii diem. Obiit tandem sanctè, ut vixit, Romę primo Januarii 1675. æt. 60, ut multò ante prænunciaverat. Ad tanti viri cadaver magnus concursus cujusvis Ordinis factus est; vestesque ejus discissæ fuêre a fidelibus, ut veluti reliquias servarent: eorumq. contactu nonnulla miracula patrata narrantur. De ejus vita, heroicis virtutibus, ac sanctitate extructi sunt processus in ordine ad Beatificationem. Consule ipsius Vitam an. 1702. editam Romæ a Jo. Bonifacio Bagatta Cler. Regul. Veronensi.

Quæ edidit *Carolus* hæc sunt:

Arbor uberrima sacræ Doctrinæ, seu Commentarii, & Aphorismi in Summam Divi Thomæ. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1656. in fol. Hoc prægrande volumen inde tribus tomis mole parvis complexum, hoc apposito titulo prodiit:

Commentarii, & Aphorismi in universam Summam Divi Thomæ, quibus omnium quæstionum, & articulorum doctrina breviter & dilucidè explicatur. Venetiis 1673. in 12.

Quodlibeta Theologica. Romæ typis Ignatii de Lazaris 1657. in fol.

Tabula aurea operum omnium Antonini Dianæ Cler. Regul. qua Resolutionum plusquam sex millia, pluraq. aliorum casuum millia in duodecim partes promiscuè impressa, recta & clara methodo in 150. tractatus ritè, ac scholasticè ordinantur, disponuntur. Romæ ex typographia Nicolai Angeli Tinassi 1664. in fol.

Ordinaverat noster *Carolus* omnia Opera celeberrimi P. Dianæ, ac in tractatus, scholastica methodo per septem tomos distributa, digesserat: totius Operis tabulam prænotatam typis tradidit; sed cùm P. Martinus Alcolea locum præoccupasset, suæ coordinationis editionem prætermisit.

Annus Bonaventuræ igneis Seraphicæ Doctrinæ floribus vernans, seu D. Bonaventuræ de quatuor mentalibus exercitiis floridæ sententiæ, singulis totius anni diebus accommodatæ: nec non Anthologia Sacra ex amœnissimis Sanctorum, piorumque Doctorum viridariis selecta. Panormi typis Jo. Antonii Mandrachiæ 1654. in 12. & Parisiis auctior, & emendatus apud Godefridum Marcher 1658, & 1659. in 24. In hoc Opere, *Anthologia Sacra*, nonnullas complectitur asceticas opellas, nempe;

Prodromum dierum, & æternitatis.

Fasciculos myrrhæ duos inter animæ ubera alternatim, et continuò suscipiendos.

Sapientiæ Domûs columnas septem.

Igniti cordis Ignatii martyris igneum simulacrum.

Sacrum Venetis Sydus, Eucharistici Solis Lucifer, & Hesperus.

Rosarium B. Virginis, Seraphici Bonaventuræ principiis spiritualiter expensum.

Ma-

Mariæ præsentia, septem Salutationibus Angelicis efficaciùs coruscans.

Salutatio Angelica chronologica.

Cajetano corde hinc inde alis acto, consuetas metas prætervolanti, & in ipso Dei sinu nidificanti, orantis obsequia.

Crucifixio spiritualis animæ.

Alia, quæ scripsit, hæc sunt.

Oratio Marialis, seu septem petitiones, quas B. V. quotidiè faciebat dum morabatur in Templo. Panormi apud Decium Cyrillum 1650. in 16.

Septem Salutationes Angelicæ, septem diei horis addictæ. Panormi apud eumdem 1649. in 8. & italicè Bononiæ 1650. & Panormi apud Decium Cyrillum, & Nicolaum Buam 1650. in 8.

Scalæ sanctæ graduum incipientium, proficiscentium, perfectorum piæ deosculationes, & meditationes per septem hebdomadæ dies distribuendæ. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1657. in 24.

Horologium historicum Dominicæ Passionis, quo singula Passionis mysteria singulis diei horis, mysteriis respondentibus, recoluntur. Ibidem apud eumdem 1657. in 16. & Panormi apud Petrum de Insula 1673. in 16.

Schema, ac Breviarium totius Divi Thomæ Summæ. Panormi apud Decium Cyrillum 1648.

Schema veræ vitæ, seu jugis amoris. Romæ apud Stephanum Picart 1656.

Schema Horologii historici Dominicæ Passionis. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1657. in 32.

Schema divinorum attributorum. Romæ apud eumdem 1657.

Schema totius sacræ Scripturæ. Ibidem apud eumdem 1657.

Schema majus, seu magna arbor universæ Summæ D. Thomæ quatuor apertis foliis explicata. Ibid. apud eumdem 1656.

Schema festivum pro sacræ Urbis incolumitate sub optimo P. M. Alexandri Septimi principatu. Ibid. apud eumdem 1656.

Epistola ad Alexandrum VIII. de mira utriusque Philosophiæ naturalis, & divinæ armonia. Ibid. apud eumdem 1656.

Caramuelis Protheus in formas 722. 131. 200. variabilis Divi Thomæ dicatus, expensus, & dilucidatus. Romæ apud eumdem 1657.

Ave Maria Parodiis, & paraphrasibus Beatiss. Virginis principalibus festivitatibus, ac mysteriis piè, & non injucundè accommodata. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1668. in 16.

Rosarium triplex Angelicum, Seraphicum, Beatum, seu beatitatis Corona aurea, aureolisque coronatum. Romæ apud eumdem.

Septem piissimi affectus efficacissimi ad implorandum Dei amorem, septem hebdomadæ diebus distributi. Romæ typis Angeli Bernabò 1669. in 16. & Panormi apud Petrum de Insula 1675. in 8.

Septem miserere efficacissimi ad implorandam divinam misericordiam. Romæ apud Angelum Bernabò 1669.

Flores Seraphici S. Francisci excerpti ferè omnes ex ejus opusculis. Romæ typis Ignatii de Lazaris 1672. in 8.

S. Thomæ de Villanova flagrantissima duo, sed verè mira verba: [*Amo, quia amo: amo, ut amem.*] Romæ apud eumdem 1672.

Munusculum Beatiss. Virginis visitantibus suum dulcem Natum pauperrimè in præsepio.

Clypei Mariani pro sacra Æde Lauretana.

Aliasque edidit opellas in foliis expansis. Italicè verò

La Passione del Signore considerata in dodeci stati, &c. divisa in dodeci tomi corrispondenti a' dodeci mesi dell'anno, con altri tre tomi continenti Tavole utilissime per uso dell'Opera. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1670. in 12.

La Cella interna di S. Catarina di Siena delineata nella medesima Santa. Romæ apud Zannettum 1669. in 8.

Cento Estasi de' Santi Pietro d'Alcantara, e Maria Maddalena de' Pazzi, Romæ apud eumdem 1669. in 4.

L'Immagini de' cinque Santi Gaetano, Francesco, Filippo, Luigi, e Rosa, spiegate encomiasticamente. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1671. in 4.

Divozione al Principe degli Apostoli S. Pietro ne' più segnalati luoghi delle sue gloriose memorie nell'alma Città di Roma, ordinata in dodeci Stazioni, Romæ typis Ignatii de Lazaris 1661. in 12. & iterum hoc titulo: *Benvenuta al divoto*

voto Pellegrino, che viene a Roma nell' anno Santo 1675. Romæ apud Philippum Mariam Mancinum 1675. in 12.

Invito alla Scala Santa per il Venerdì Santo.

Letticello di riposo spirituale, cioè l' Orazione di quiete breve, chiara, e praticamente spiegata. Primum edita cum Aphorismis divini amoris S. Francisci de Sales, Romæ apud Ignatium de Lazaris 1662. in 12. Inde cum Dominica Passione tom. 13. ibidem apud eumdem 1670. in 12. Seorsim Panormi apud Insulam 1675. in 8. & alibi.

Orologio istorico della Passione del Signore. Hoc primùm edidit Romæ in folio expanso, expressis æneis figuris Christi Domini, ac SS. Virginis: inde in libellum redegit, additis meditationibus, Romæ typis Ignatii de Lazaris 1657. in 12. ac tandem eumdem in duodecim libellos divisit juxta diei horas distributos, Romæ.

La Perfezione Spirituale compendiata brevissimamente da S. Carlo Borromeo in un suo ammaestramento. Romæ 1670.

Orazione continua insegnata dall' Abbate Isaac all' Abbate Cassiano, e Germano suo Compagno, facilissima non solo a' Religiosi, ma a' Secolari d'ogni stato, anco Principi grandi. Romæ 1672.

Rosario di S. Rosa Verg. di Lima del Terz' Ordine di S.Domenico. Romæ 1673.

Il buon giorno del Cristiano, che li dà S. Gaetano. 1673.

Giornata divota della Madonna, cioè sette Ave Maria assegnate a sette ore diverse del giorno.

Ritiro Spirituale *da farsi ogni giorno da ogni Cristiano.* Romæ apud Varesem 1673. in 12. Panormi apud Buam, & Camagnam 1670. in 12. & Petrum de Insula 1673. in 12.

S. Gaetano venerato, ed invocato con diversi Esercizj, ed Orazioni. Romæ apud Philippum Mariam Mancinum 1672.

Breve Relazione dell' Anfiteatro Flaviano, detto comunemente il Coliseo. Romæ 1674.

La presenza di M. V. consistente in sette Salutazioni Angeliche corrispondenti ad altre tante ore del giorno. Panormi apud Nicolaum Buam 1651. in 8. & 1649.

Esercizio cotidiano alla SS. Trinità. Panormi apud Jo: Antonium Mandrachiam 1653. in 16.

Abitazione perpetua nelle Piaghe del Crocifisso. Panormi typis Nicolai Bua 1655. in 16. ibidem apud Insulam 1675. in 8.

Gaetana divotissima, cioè Esercizj da farsi ad onore del B. Gaetano. Ibidem, Messanæ, Neapoli, Baroli, Urbini, Genuæ, Romæ, & alibi.

Costituzioni di S. Francesco di Sales per le Monache della Visitazione di M. V. accresciute. Romæ apud Angelum Bernabò 1656. in 16.

Novena di S.Gaetano del P.D.Francesco Maria Maggio accresciuta. Panormi typis Jo: Antonii Mandrachia 1655. in 24.

Breve, e semplice Istruzione della fede, e vita Cristiana. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1662. in 12.

Aforismi del Divino Amore cavati dal Trattato dell' Amor di Dio di S. Francesco di Sales. Ibidem apud eumdem 1662. in 12.

Alia edidit breviuscula: & nonnulla ex supradictis cum aliis Orationibus a P. D. *Carolo* editis, collegit, ac typis dedit Romæ apud Mancinum 1675. in 12. D. Antonius Macca, addito titulo: *Fiori Spirituali.*

Prælo paraverat

Canticum Canticorum Salomonis illustratum nova, & brevi paraphrasi.

Canticum admirabilem, & inæstimabilem cœlestis Choreæ, seu ballatæ omnium Sanctorum, ex opusculis S. Bonaventuræ brevissimè excerptum.

Hebdomadarium pium, satis pium inter incipientium, proficiscentium, & perfectorum, via purgativa, illuminativa, atque unitiva singulis diebus hebdomadum exercendum.

Meditationes de septem signaculis libri æternæ sapientiæ SS. Jesu Domini Doscologia.

Miserere ex Psalmis ad literam excerptum, & Orationem Dominicalem.

Orationem, seu effectus ad Christum Crucifixum.

Hym-

Hymnum glorificationis, pia paraphrasi breviter per casus expensum.

Psalmum L. in sensu accommodo ad Christum Crucifixum.

Invocationem Spiritus Sancti.

Piissimas ad Deum petitiones cordis contriti, & humiliati ex Psalmo L. excerptas, & methodicè redactas.

Septem itinera Passionis, mysticè meditanda.

Monitum salutare valdè hominibus necessarium ex operibus S. Augustini excerptum.

Sacra Biblia Synopsim affectivam, Italicè

Prodigio dell'amor Serafico di S. Bonaventura, nel quale s'ha quasi in Compedio la sua vita.

Quattro guanti spirituali dell'odor divino.

La Sacra Corona della Madonna cavata dalle parole Mariane, e spiegata in sette Salutazioni.

Ricetta per addolcire tutte le afflizioni del mondo, e dello spirito.

SYLLABUS

Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Præsulum, Principum, aliorumque illustrium Virorum, qui CAROLUM THOMASIUM ob ipsius vitæ sanctimoniam summo in honore, & veneratione habuerunt.

Ex Summis Pontificibus.

ALEXANDER VII. Pontifex Maximus, cui *Carolus* auream Tabulam omnium Operum Antonini Dianæ consecravit, eo apud se loco, & æstimatione habuit ipsius vitæ sanctimoniam; ut quoties de illius persona sermo incidebat, toties appellare eximii, ac piissimi viri vocabulo solebat: cui proinde summa liberalitate impertiebat, quæcumque ab eo *Thomasius* postulasset. Jo. Bonifacius Bagatta in Vita ipsius Caroli *lib.* 1. *cap.* 19. *pag.* 124.

CLEMENS IX. ob eamdem sanctitatis opinionem, quam de *Thomasio* habebat, non modò illum indulgentiarum thesauris locupletare identidem consueverat, verùm etiam summa benevolentia complexus, frequenter ad sui audientiam admittebat. Cujus orationibus seipsum, Catholicamque Ecclesiam commendabat. Bagatta *lib.* 1. *c.* 25. *pag.* 176.

CLEMENS X. tanti fecit *Thomasii* virtutes, & zelum, ut ad illius preces, supplicationesque occludi jusserit Amphitheatrum Romanum, vulgò *Colosseum* nuncupatum, interdictis prophanis ludis in eo fieri consuetis, non obstantibus Nobilium Romanorum obloquutionibus, qui ægrè nimis id tulère. Ad quem præterea extremo jam morbo laborantem, ad ostensionem paterni amoris sui, peculiarisque æstimationis significationem, Pontificiam benedictionem in amplissima forma, pro ut fieri cum solis Cardinalibus lethaliter ægrotantibus solet, benignissimè misit. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 26. *pag.* 184. & *cap.* 27. *pag.* 200.

CLEMENS XI. ab ipsa pœnè adolescentia sua singulari amore, & veneratione *Carolum* prosecutus est: quem quoties per Urbem incidens obvium haberet, toties in obsequii, reverentiæque argumentum manus ejus deosculari consuevit: quod idem Pontifex mihi ipsi ante pedes Pontificię majestatis ejus provoluto anno 1714. retulit.

Ex Cardinalibus.

SFORTIA PALLAVICINUS S.R.E. Cardinalis postquam illibatos *Caroli* mores, vitæque sanctimoniam propiùs inspexisset, ita illius amore, & veneratione captus est; ut illum in individuum sibi comitem, amicum, spiritualem directorem, & sæpè etiam in commensalem suum adsciverit. Cum quo dies frequenter in colloquiis divinis, quandoque verò in pietatis, mortificationisque exercitamentis transigebat. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 22. *pag.* 145. 146.

ULDERICUS CARPINEUS S.R.E. Cardinalis ab eadem sanctimoniæ fama, quæ ubique *Carolum* conclamabat, pertractus, & illectus, illum quàm frequenter convenire in cellam suam, colloquia de rebus divinis cum eo instituere, orationi mentali interdum vacare: ac sæpè loca sancta invisere consuevit. Cui post aliquot annos lethaliter decumbenti, ad castissimi amoris blandimentum, osculum in ipsius fronte infigere, demirantibus

bus

bus nonnullis illustribus viris, qui tunc aderant, minimè veritus est, emissis insuper ex oculis copiosis lacrymarum rivulis ob proximam tam eximii viri jacturam. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 19.

GASPAR CARPINEUS alter ejusdem familiæ S. R. E. Cardinalis, & Generalis Urbis Vicarius, in ea pariter existimatione, venerationeque habuit præclara *Caroli* merita, vitæque sanctitatem, ut illi morienti adesse, ejusque animæ commendationem ipsemet facere nullatenus detractaverit. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 207.

CÆSAR FACCHINETTUS S.R.E. Cardinalis, *Thomasii* studiosissimus, quemadmodum magnis benevolentiæ argumentis *Carolum* prosequutus in valetudine fuerat, ita in postrema ægritudine ad amoris sui non interrupti contestationem pluries invisere voluit. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 198.

ALDERANUS CYBUS S. R. E. Cardinalis, ob antiquam cum *Carolo* amicitiam, illum pariter visitare in extremis vitæ periodis æquum duxit, a quo acceptis salutaribus vitæ æternæ monitis, plenus amore, & ædificatione recessit. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 202.

GREGORIUS BARBADICUS S. R. E. Cardinalis, Episcopus Patavinus, vir sanè apostolici spiritûs, dum Romæ moraretur, inito cum *Carolo* spiritualis amicitiæ fœdere, illum crebrò adire pro animæ suæ solatio, visitationemque septem Ecclesiarum insimul obire in morem habuit. Dum verò Patavii resideret, sæpè datis ad illum literis, & vicissim ab eo acceptis, mutuò sese ad virtutes, ac pietatis exercitia excitabant. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 22. *pag.* 147.

ALEXANDER CRESCENTIUS S.R.E. Cardinalis, cùm adhuc inter summi Pontificis Prælatos versaretur, *Carolum* pio quodam venerationis, amorisque studio complexus est; cujus postulationes, & vota quamdiù potuit, nunquam irrita esse est passus. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 196. & 200.

INNICUS Cardinalis CARACCIOLUS Archiepiscopus Neapolitanus, ex singulari veneratione, & æstimatione, qua *Carolum* prosequebatur; illum a suis confessionibus esse voluit, quamdiù Romæ constitit. Maggius *in ejus Vita*.

LAURENTIUS BRANCATUS DE LAUREA ex Ordine Minorum Conventualium S. Francisci, postmodum S. R. E. Cardinalis, eam habuit de *Thomasii* sanctimonia opinionem, ut statim sequuta ipsius morte literas scripserit ad P. Præpositum Romanæ Domûs S. Andreæ de Valle, enixè rogans, ut *Thomasii* cadaver peculiari in loco tumulari curaret; asseverans se multùm in Deo confidere, quòd sicuti *Carolum* specialibus gratiæ suæ donis in vita cumulavit, ita post mortem glorificandum ab eo certò speraret. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 28. *pag.* 216.

Ex Præsulibus.

PETRUS MARTINEZ RUBEUS Panormitanorum Archipræsul, tam magni fecit *Caroli* amicitiam, ob eximias ipsius virtutes, & cœlestia dona, quæ in illo suspexerat, ut non modò ei, quæ animæ suæ conscientiam concernebant, verùm etiam, quæ ad regimen Ecclesiæ sibi concreditæ attinebant, sæpè communicarit: ad quem postea Romæ commorantem literas amoris, venerationisque plenas scribebat, quibus se, suumque Gregem ejus orationibus recommendabat. Bagatta *lib.* 2. *cap.* 26. *pag.* 108.

JOSEPH CICALA e Clericis Regularibus, Messanensium Archiepiscopus, olim *Caroli* Confessarius, ac spiritualis Director, perspectâ ipsius vitæ sanctimonia, animi candore, & morum innocentia, non alio quàm Angeli vocabulo appellare jugiter solebat. Bagatta *par.* 2. *cap.* 7. *pag.* 267.

PROSPER BOTTINUS Archiepiscopus Mirensis, Clementis X. Auditor, Fideique in Urbe Promotor, demiratus *Caroli* pietatem, charitatem, doctrinam, & super omnia exiguam sui ipsius æstimationem, non solùm in sui Confessarium delegit, verùm etiam ad amoris sui erga illum documentum, assistere *Thomasio* in ipsius ex hac vita transitu omninò voluit, tametsi variis distentus curis aliò evocaretur. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 206.

HYACINTHUS LIBELLUS sacri Palatii Magister, ex Ordine Prædicatorum,

rum, & Archiepiscopus Avenionensis, ob magnum conceptum, quem de *Thomasii* doctrina, ac pietate gerebat, illius consilium, & votum exquirere in rebus doctrinalibus, & ad animæ suæ profectum concernentibus veritus minimè est. Bagatta *part.* 2. *cap.* 9. *pag.* 285.

JOSEPH DE LA CORNIA Ordinis Prædicatorum, Episcopus Urbevetanus, uterinus frater Sfortiæ Cardinalis Pallavicini, *Carolo* amicitiæ vinculo adeò junctus fuit, ut sæpè mutuis literis alter alterum in spiritu foveret. Bagatta *cap.* 22. *fol.* 150.

Quamplures alii PRÆSULES, ANTISTITES, & Romanæ Urbis PRÆLATI magno honore, & veneratione *Carolum* prosequuti, tanquam virum sanctum, & perfectionis normam habebant. Ideoque frequenter ad illum in animæ negotiis, & conscientiæ casibus confugiebant. Bagatta *ibidem*.

Ex Regibus, & Principibus.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex in regio diplomate, quod ad *Carolum Thomasium* adhuc adolescentem misit, in quo illum Ducis Palmæ titulo cohonestavit, atque donavit, inter alia honorifica verba, quæ in illius laudem exarari jussit, hæc leguntur: *Quare cùm tu illustris, fidelis nobis, dilectus*, D. Carole Thomasius de Caro, & la Restia, *Baro Terræ de Monte Claro in nostro ulterioris Siciliæ Regno, ex antiqua, nobilique Prosapia originem trahas, præclarisque animi, & corporis dotibus præditus existas*, &c. Bagatta *lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 21.

ANNA MARIA AUSTRIACA Hispaniarum Regina, permota *Caroli* sanctitatis fama, quæ ad ejus usque aures delata fuerat, illum Pactensem Episcopum renunciavit anno Domini 1666. Quamquidem dignitatem eximius Dei famulus totus in humilitate defixus constantissimè recusavit, nec ullis unquam amicorum precibus exorari passus est ad onus illud subeundum. Bagatta *part.* 1. *cap.* 24. *pag.* 172.

Nonnulli Principes Romani, nobilesque Matronæ, inter quos Princeps Burghesius, ejusque lectissima conjux, Princeps Pamphilius cum uxore sua, Princeps Palestrinæ, Mutinensis Ducis mulier, Rossanensis Princeps fœmina, aliique Dynastæ, quam de *Caroli* sanctimonia, ejusque precum apud Deum efficacia, opinionem conceperant, testati luculenter sunt, cum ejus fidei, ac patrocinio seipsos, familiasque suas dum viveret, commendavêre, & sequuta ejus morte, certatim ad ejus cadaver invisendum confluxêre. Bagatta *part.* 1. *cap.* 27. *pag.* 200. 206. *cap.* 28. *pag.* 216. *& par.* 2. *cap.* 8. *pag.* 276. 278.

HYACINTHUS DE SAMIONE Marchio Pianeze, primus Minister, & à Secretis Statûs Ducis Sabaudiæ, vir inculpatis moribus, & magnę etiam sanctitatis, ita *Caroli* studiosissimus fuit, eique amicitiæ vinculo colligatus, ut sæpè mutuis datis literis, sese vicissim ad pietatis exercitamenta provocarent. Bagatta *part.* 1. *cap.* 22. *pag.* 156. 157. 158.

Ex aliis Clarissimis Viris.

LUCAS MILLINUS, & MARIANUS SOZZINUS, ambo ex præclarissima Congregatione Oratorii Sancti Philippi Nerii, Viri eximiæ pietatis, & magnę literaturę, egregii *Caroli* cultores fuêre: quiq. pertracti ejus sanctimonię fama, ob quam ubique in ore omnium versabatur, illum sæpè invisere, & alloqui solebant, quod amoris, & benevolentiæ officium maximè in ultima *Thomasii* ægritudine præstare haud prætermiserunt. Bagatta *part.* 1. *cap.* 27. *pag.* 202. & 209.

FRANCISCUS CARAFA Cleric. Regul. Præpositus Generalis, ex peculiari erga *Carolum* æstimatione in facultate, quam eidem promovendi Canonizationem Venerabilis Alipii à Sancto Joseph dedit, quæque refertur à Francisco Maria Maggio in ejusdem Alipii vita *pag.* 204. hæc verba in illius commendationem posuit: *Multùm de tua laudabili morum honestate, doctrina, & zelò confidimus.*

ANTONINUS DIANA Cler. Regul. Vir toto terrarum Orbi notissimus, tanti faciebat *Caroli* doctrinam, ingenii maturitatem, & prudentiam, ut in dirimendis Theologicis difficultatibus, & resolvendis Conscientiæ Casibus, sibi ab aliis frequenter propositis, ejus consilio,

& voto potissimùm uteretur. Bagatta part. 2. cap. 9. pag. 290.

Denique MICHAEL DE LEONE magni spiritus Sacerdos ex Cler. Reg. qui Panormi decessit 1670. cum sanctitatis opinione, *Carolum* virtutibus omnibus licèt ornatum, potissimùm tamen ob profundissimam ejus humilitatem, & contemptum sui, magnopere venerabatur. Bagatta *part. 2. cap. ult. pag. 312.*

SYLLABUS

Triginta, & amplius Auctorum, qui emeritis laudibus CAROLI DE THOMASIIS vitæ sanctimoniam, ac doctrinam efferunt.

1 ANTONIUS BORROMÆUS Episcopus Justinopolitanus, ex Clericis Regularibus, in vita Venerabilis Josephi Cardinalis de Thomasiis *Caroli* ex fratre nepotis, quam edidit Venetiis 1713. typis Jacobi Thomasini, pluribus in locis honorificam illius mentionem facit: ast §. 11. *pag.* 63. refert, eum morti jam proximum cùm esset requisitus a præfato nepote, ut aliquod ei salutare monitum ante obitum relinqueret, hæc verba protulisse: *Noli cor tuum apponere ad res caducas, & vanitates hujus sæculi; sed dilige Deum, dilige Deum, dilige Deum. Idipsum scribe post mortem meam ad consanguineas nostras Palmensis oppidi.*

2 ANTONIUS NATALIS Societatis Jesu Sacerdos, in libro *de Purgatorio pag.* 181. *n.* 96. loquens de suffragiis pro Defunctis, ait: *P. D. Carolus Thomasius ex Cler. Regularibus Romæ notissimus, ubi obiit cum doctrinæ, & heroicarum virtutum fama; priusquam ex hac vita migrasset, omnia suffragia, quæ ipsi ex statuto suæ Religionis debebantur post mortem, ultrò cessit Animabus existentibus in Purgatorio: asseverans, paratum se esse subjacere pœnis ignis Purgatorii usque ad finalis judicii diem, dummodo illa prodessent ad fidelium conversionem.* Et in Allegatione Theologica pro animabus Purgatorii *pag.* 43. *n.* 33. idem repetit his verbis: *Hanc donationem renunciandi bona opera in suffragium Animarum Purgatorii fecit* P. D. Carolus de Thomasiis *Theatinus, vir Romæ celebris ob doctrinam, virtutesque morales.* Et demum *pag.* 89. *n.* 82. addit, eum decessisse Romæ cum doctrinæ, heroicarumque virtutum opinione.

3 AUGUSTINUS OLDOINUS ex eadem Societate Jesu Presbyter, *in Athenæo Romano pag.* 602. referens opera a Sfortia Cardinale Pallavicino in lucem tradita, inter alia enumerat Epistolam, quam ad *Carolum Thomasium* scripsit, publicique juris fecit.

4 BLASIUS A PURIFICATIONE ex Ordine Patrum Carmelitarum Discalceatorum, Historiographus generalis suæ Religionis, in vita italica Julii de Thomasiis Lampadusæ Principis, ipsiusque Caroli germani fratris *lib.* 1. *cap.* 7. *pag.* 35. & 36. percurrens utrumque Caroli statum, Sæcularem scilicet, & Regularem, ait: *Per quello appartiene agli anni, che visse nel secolo, ei fece vedere la pietà cristiana condotta in trionfo sul prezioso carro delle terrene ricchezze, ed inghirlandata di tanti allori, quant'egli riportò vittorie dalle lusinghe del senso, dagli allettamenti delle pompe, e dagl' incanti del commando, e degli onori. Quando si prendessero a riferire gli anni della sua vita religiosa, s'ammirariano come uno spiegato tapeto, in cui a ricamati fioravi d'oro riluce la più perfetta osservanza de' consegli evangelici. Non manca a questa un assai ricco fregio di egregia dottrina, qual egli sparse ne' molti volumi sì teologici, come di spirituali insegnamenti: sono come tante gemme dalla preziosa miniera del suo perspicace intendimento prodotte. Nè minori sariano i stupori in riconoscerlo sparso delle sue segnalate virtù, come un fioritissimo prato, che spira fragranze emolatrici de' più cospicui Eroi della santità. Che se il primo passo, che lo portò fuori del secolo, lasciò impresse vestigie d'eroico disprezzo sul trono dell'abbandonato Principato; non rimane punto di dubio, fossero sì grandi i suoi avanzamenti, quali promette quegli, che incomincia dove altri si recariano a pregio il finire.*

5 BERNARDINUS BACCHINUS Monachus S. Benedicti Congregationis Cassinensis, & Abbas S. Mariæ de Lacryma, apud Diarium Literatorum Parmæ anno 1686. *pag.* 133. in Elogio Cardi-

dinalis Josephi Thomasii mentionem *Caroli* faciens, dicit, eum vixisse in Theatinorum Religione cum opinione magni Dei famuli.

6 CAJETANUS MARIA N. N. Cl. Regul. in Elogiis illustrium Virorum Panormitanæ Domûs S. Josephi Cler. Reg. quæ leguntur in Claustro ejusdem, ad effigiem *Caroli de Thomasiis* sequens Elogium exarandum curavit his verbis: *Venerabilis P. D.* Carolus de Thomasiis *Ragusanus, Cler. Regul. primus Palmæ Dux, relictis minori fratri D. Julio paternis opibus, unà cum Principatu, sponsaque sibi a consanguineis destinata, Panormi Theatinorum Ordini adscribi voluit, ut in eo solutus a mundi vinculis soli Deo liberiùs vacaret. Ubi arrepto perfectionis itinere, brevi ad eam sanctitatis metam pervenit, ut cunctis fuerit norma, & exemplar perfecti Religiosi. Ideoque Romam accersitus, ibidem a Præsulibus, Cardinalibus, ac etiam a summis Pontificibus veneratus, magna nominis fama ea in Urbe inclaruit. Quæ postea Matritum usque delata causa fuit, cur eum ad Pactensem Insulam Anna Austriaca Hispaniarum Regina promoverit. Sed vir Dei totus in humilitate defixus, dignitatem illam constanter recusavit. Et non post multò cùm plura opera pia instituisset, libros quamplures typis evulgasset, meritis, & miraculis gloriosus, Romæ prænunciato mortis suæ die, obdormivit in Domino primo Januarii 1675. ætatis 61.*

7 CAJETANUS MAGENIS Cler. Regul. in Vita Divi Cajetani Thienæi, quam nuper evulgavit Venetiis 1726. *part.* 3. *cap.* 8. *pag.* 499. *Carolum* summoperè laudat tum a contemptu honorum, tum a munificentia, & liberalitàte in Divi Cajetani cultum: & *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. §. 1. *pag.* 190. eundem appellat Venerabilem Dei famulum, æquè pium, ac doctum.

8 DESIDERIUS CARUS ex Carmelitis Observantibus, Sacræ Theologiæ Magister, in Epistola, quam scripsit ad P. D. Franciscum Mariam Maggium, quæ ab eodem Maggio refertur in ejusdem *Caroli* vita *n.* 15. cupiens dictis suis conferre aliquid ad tanti viri laudem, ait: *Audio Paternitatem tuam* P. D. Caroli Thomasii *vitam elucubrare: cui pauca aliquot ego cuperem addi, licèt ejus consanguineus sim. Heroicis ipse adeo virtutibus in sæculo resplendebat, ut cùm Religiosum Ordinem iniisset, omnes illum ad sanctitatis fastigium evasurum esse non dubitarent, & communi consilio constituerint quascumque ejus epistolas, & chyrographa sedulò custodire: quod ego adeo præstiti, ut quas ipse ad me dedit, omnes diligentissimè servem. Nec spem omnium eventus elusit; miro enim modo ejus sanctitas in tam eminenti Ordine adaucta est, & ad omnem perfectionem ascendit: adeoque se Religiosum esse gaudebat, ut optare se mihi dixerit, quod fratris sui filii eamdem vitæ rationem inirent. Cùm verò anno Christi 1687. Romam profectus essem, facultatem ut obtinerem, qua communem vitam in meum Narense Monasterium introducerem; ea spe frustratus, Neapoli in S. Mariæ de Vita hærere constitui: quod mihi ab eo consilium petenti* P. D. Carolus *probavit his verbis*: Hoc tibi summa cum fiducia suggero: in te ipsum emendandum incumbas; nam totus tibi deinde mundi orbis emendandus evadet: si istic commoratio arridet, inquies: hæc requies mea. Scito ad sovendum spiritum, plurimùm stabilitatem conferre, & huc, illucque vagari illum dissipat, & exhaurit, &c.

9 DIARIUM LITERATORUM ITALIÆ *tom.* 18. *pag.* 6. postquam *Carolum* tamquam honorum, divitiarum, atque humanarum illecebrarum contemptorem eximium commendasset, subdit: *Carolus de Thomasiis, Romæ, ubi notissimus erat, ob vitæ sanctimoniam, & doctrinam, obiit cum fama sanctitatis.*

10 DOMINICUS BERNINUS in Vita Venerabilis Josephi Cardinalis Thomasii pluribus in locis honorificè *Caroli* meminit, sed potissimùm *cap.* 1. *pag.* 5. 6. ubi ait: *Fratello di D. Giulio fu* D. Carlo, *nato primogenito; ma che renunciata a D. Giulio l'ampia primogenitura, visse, e morì nella Congregazione de' Chierici Regolari Teatini, Autore di settantatrè libri, cinquanta de' quali si viddero impressi nelle stampe; ma meglio nel suo animo, colla pratica di quegli aurei divoti insegnamenti, che ei divisò*

colla penna in quei volumi. Conciosiacosacchè nella gran Corte di Roma, ove dimorò, fu universalmente acclamato per Religioso di consumata perfezione, di cui se ne legge con ammirazione stampata la vita, &c.

11 FRANCISCUS ANDALORUS in libro *Corona stellarum duodecim pag.* 52. Carolum Thomasium, ob eminentem doctrinam, vitæque sanctimoniam, vocat reliquiam animatam sanctitatis, & sapientiæ.

12 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Cler. Regul. qui *Caroli* vitam eleganter scripsit, differens in libro *Secessus ad exercitia spiritualia cap.* 2. §. 6. *pag.* 146. de spiritualibus exercitiis necessariis ad mortis præparationem, ait: *In hac breviori recollectione, piissimam exercendi formam exhibeo, quam* P. D. Carolus de Thomasiis, *olim Palmæ Dux, mox inter humillimos Christi pauperes adoptatus, multisque virtutibus, & in primis assiduæ contemplationis studio excultissimus adinvenit, ut nimirum anima Crucifixo amori in mortificationis cruce, per sublimium virtutum adeptionem arctissimè configatur*. Et *cap.* 6. §. 4. *pag.* 305. loquens de duplici B. Mariæ Virginis puritatis, & providentiæ titulo, subdit: *Novit hunc puritatis, & providentiæ nexum* P. D. Carolus Thomasius, *vir planè, qui summum animi candorem, & eximiam pietatem in Virginem, robustis virtutibus exornavit, scripsitque de Virginis puritate, ac providentia, pium, doctum, & eruditum libellum*. Item *in Propositis benè moriendi prop.* 75. *pag.* 410. de eodem ait: *Carolus Thomasius Sacerdos e nostris, olim Palmæ Dux, qui etiam Pactenses Infulas recusavit, cùm sacrum Romæ Viaticum accepisset, protestationem hanc edidit; quòd sacris precibus, aliisque id genus suffragiis, quæ sibi post obitum universo ab Ordine applicarentur, ipse omnibus omninò cedebat; obtestans, & supplicans, ut non pro se ulla, sed cuncta pro convertendis ad Deum peccatorum animis offerrentur: quippè quòd cùm boni ipse in vita nihil egisset, ac pro iis nihil item mali perpessus esset; nunc flagrantissimè cupiebat, Purgatorio in igne usque ad diem judicii cruciari*. Et *prop.* 93. *pag.* 555. referens eos, qui morti proximos, ore psallentes piè obierunt, ait: *Carolus Thomasius (ut ipse ego in vita narravi) letbum imminere sibi præsentiens, psalmos illos edicere enitebatur*: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: misericordias Domini in æternum cantabo: *quod Eminentissimus Carpineus Cardinalis advertens, ut illi morem gereret, & consolationem cumulatiorem afferret, eos psalmos unà cum Patribus voce magna, atque hilari decantavit: & deinde adeò vividum, ac sui compotem moribundum inspexit, ut diù victurum putarit. Sed cùm deinde S. Joannis Passionem audiret, ad verbum illud*, Crucifigatur, *Crucifixi Domini, Deiparæque dolorum cultor eximius, placidissimè animam exhalavit*. Similiter *de sacris Cæremoniis* in admonitione ad Lectorem *pag.* 3. Carolum vocat virum doctum, ac pium, ut multa ejus egregia monumenta testantur. Rursus *de Ritibus incolendæ solitudinis lib.* 4. *disq.* 1. *pag.* 212. inquit: *P. D. Carolus de Thomasiis vir e nostris, in Urbe non solùm ingenii monumentis, sed & eximia pietate conspicuus*. Idem habet *lib.* 1. *disq.* 7. *pag.* 273. Item ejus meminit *in relatione Crucifixi Panormitanæ Ecclesiæ cap.* 6. *pag.* 39. *de divino Officio, & Choro opuscul.* 3. *disq.* 35. *pag.* 308. *Madonna della Providenza cap.* 2. *pag.* 39. *de Origine Congregationis B. Mariæ Virginis cap.* 4. *in vita Alipii a S. Josepho Augustinianensis*, & alibi.

13 GREGORIUS AROSTEGUI, ET AREILZA Ordinis Prædicatorum Magister, Terræque Sanctæ Provincialis, in Epistola ad *Carolum* scripta ex Conventu S. Mariæ supra Minervam, quæ legitur in ipsius *Arbore uberrima sacræ Doctrinæ D. Thomæ*, judicium proferens de præfato opere, inter alia hæc habet: *Arbor* (D. Thomæ) *est magna, sed cultura* Thomasii *altiora petere ambit: egregia est, sed* Thomasii *ornatu pulchriorem sese ostendere nititur: dulcedine fructus suavissima est, sed* Thomasii *confectione dulcedinem vincere conatur*.

14 HIERONYMUS MATRANGA Clericus Regularis, olim *Caroli* in Philosophicis, & Theologicis studiis Institutor, & Lector, in sua erudita *Pinacotheca rerum* adducit Epistolam, quam ad illum

lum scripsit, quæ est sequentis tenoris: *P. D. Carolo de Thomasiis Cler. Regulari. Jure ac meritò in deliciis habeo te, summaque benevolentia complector,* Carole *mi. Tuæ virtutis ingenuus candor, modestiæ colore suffusus, amorem meum tibi integrum mancipavit: nec minus literarum studia, in quæ noctu, dieque incumbis, & tui sunt additamenta splendoris, & alieni incitamenta obsequii. Accedit D. Julii Equitis Ducis Palmæ ex eodem partu fratris tui tibi prorsùs & animo, & aspectu simillimi, singularis humanitas, quam in oculis meis fero immobilem. Is profectò stirpe, bonis fortunæ, & optimis moribus præcipuus ex literis, & e porticu, eos plausus impetrare satagit, qui sint divitiis, & humanæ gloriæ superstites: atque ita ego in geminum sydus uno impetu, ac toto anhelitu rapior. Quid ultra? impensiùs amo te, quod in Angelici Doctoris Sylva assiduè diverteris: ejusque intemeratæ Theologiæ evolvis volumina, doctrinæ pulchritudinem secutus, quinimo consequutus. O te verè felicem, si in Aquinatis vitreo mari, nullis euris obnoxio, tenebris infuscato divina spectacula contemplaris! Nusquam certè a vero deflectes, si eo Duce philosopheris. Tametsi in perplexo scientiarum labyrintho sæpissimè ambiguus erres, a recta illius orbita nisi egrediaris, errabis nunquam. Aquarum congeriem in primæva mundi molitione, & infantia longè latèque diffusam, Theom Hebræi appellaverunt; ex quo fortassis Thomæ nomen derivatum, nec temerè meminisse te volo. Priusquam cederet litori Oceanus, & cum Mediterraneo partiretur imperium; antequam exundantia æquora abjectæ compescerent arenæ, Spiritus Domini antevertit, flamma vitali circumseptus, & super aquarum faciem ferebatur, ut profunda foveret, inque iis formarum Seminarium excitaret. Ita est. Doctoris Angelici doctrinam nulla ex parte aridam, nullis scopulis, aut cautibus inæqualem divina virtus ignium animas fæcundat, uberrimoque omnium scientiarum proventu. Accepi quoque te Angelicæ Summæ Paraphrasin, seu compendium, notis, ac schematibus ingeniosè adjectis quantociùs typis daturum. Opus sanè multo studio, ac labore elucubratum. Ad hæc, Arbore* τριμερῆ *Tripartita excusa, tribus ramis sese expandente; interminatæ Theologiæ Aquinatis ambitum circumplexum. Tibi Lycæi Angelici Sectatores plurimùm debent, quod Sylvæ amœnissimæ magnitudinem brevibus conceperis, & quod notitias de Deo penè infinitas sapientum obtutibus, imagine compendiaria exhibueris: Syracusii Mathematici artem, & sphærulam imitatus. Hanc ergo Arborem vocarem* τρίκλαδον *nomenclaturam a Græcis mutuatus; perinde ac plantam* τρίφυλλον *Trifolium, quod tribus foliis ramulos vestiat, Phythologi nuncupant. At curiosiùs Theophrasti de plantis librum priorem volutans, ab eo legi notatam arborem* τρίοζον *aliqui Trinodem interpretantur. Ipse tribus ramis sese efferentem.* Ὄζος *namque ramum potiùs, quàm nodum significat, etsi nodum certò eum, qui tollitur, & extenditur in ramum. Huic arbori nemorosæ carmina extemporanea dicavi. Tu interim vale, temet assiduo studio ne frange; bono publico sospitem serva, & reditum ad Patriam matura. Datum Panormi Kalendas Martii 1656.*

15 HIERONYMUS VITALIS Cl. Regul. in vita ipsius *Caroli*, quæ MSS. servatur Romæ in Archivio S. Sylvestri Montis Quirinalis, referens præclara ejus facinora ab eo patrata, emeritis laudum præconiis illum extollit.

16 HIPPOLYTUS MARRACIUS Lucensis, e Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei, *in Religiosis Marianis*, & *in Palma Mariana*, citatus a Francisco Maria Maggio *in vita Alipii a S. Josepho propè initium*, commendans præfati Alipii merita, & robur in perferendis cruciatibus a Mahometanis inflictis, ait: *Cujus Beatificationem, seu Canonizationem apud Sacram Rituum Congregationem promovet nunc in Urbe Vir doctissimus, totusque ad religiosam pietatem, ac modestiam factus* D. Carolus de Thomasiis, & Caro, *ex Duce Palmæ, Cler. Regularis, mihi pro sua dignatione amicus.* &c.

17 JACOBUS GRAVINA *in sua Synopsi Theologiæ Veterum Patrum, de Deo Creatore num.* 695. ait: *Vener. Carolus de Thomasiis, patruus dignissimus*

mus Cardinalis nostri Mæcenatis, quam exemplo præclaro suo terrenum Lampadusæ Insulæ Principatum, ob primogenita devictum ipsis, Congregationi nostræ postponere docuit; inque suum in æterni ardentissimique, quo æstuabat, divini amoris schola discipulum complexus, tantùm, ipso magistro, hîc illum fecit proficere, quantùm ejus postea sanctitas declaravit.

18 JACOBUS TURANUS Ecclesiæ Agrigentinæ Canonicus, in vita Vener. Mariæ Crucifixæ, *Caroli* ex fratre neptis, *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 3. præter alia, quæ sparsim de illo scripsit, hæc pauca verba facit: *Fu scelto per suo sposo (cioè di D. Rosalia Traina)* D. Carlo de Thomasi, e Caro, *Duca di Palma. Dispose Dio, che per meglio maturarsi si differisse la firma degli sponsali, nel qual tempo fattasi da* D. Carlo *una generosa rinunzia dello stato (che volle cambiare coll'Ordine Religioso de' Chierici Regolari) in persona del fratello D. Giulio, fu anche questo sustituto al matrimonio con D. Rosalia*, &c.

19 IDOCHUS BACHERUS Belga, *Caroli* studiosissimus, in Epistola, quam ad eum scripsit, ut videre est in præfata *Arbore uberrima Doctrinæ Divi Thomæ propè initium*, ita cum eo loquitur: *Annis, mi* Carole, *peractis descendisti in hortum D. Bonaventuræ, quo cœlestis sponsus deliciatur, & collegisti, deambulans ejus areolas, pro singulis anni diebus flores seraphicos. Nunc ascendis in Arborem D. Thomæ, sub cujus umbra cœlestis sponsus etiam sedet fructus ejus dulces gustans gutturi suo, & colligis ex omnibus, singulisque ejus ramis, ac ramusculis pro toto ævo fructus Angelicos. Quid agis, amice! vide satis pretiosiores esse illos flores, quàm argentea lilia, & istos fructus, quàm poma aurea? quænam furta hæc sunt magna? Respondes. omnia ob charitatem communia; sacra autem sponsa circuiens civitatem per vicos, & plateas, penè deficiens vociferat*: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo; *justè ergo, & æquè fragrantes hos flores pulchra hæc poma pro ea excerpo: vicisti mi* Carole! *triumpha! flores S. Bonaventuræ conficient tibi coronam. Arbor S. Thomæ erit tua palma.*

20 JOANNES CARAMUEL Monachus S. Benedicti, Campaniensium Episcopus, elapsi sæculi ingeniorum Phœnix, in datis ad *Carolum* literis Romæ ex Monasterio S. Callisti, quas habes in ipsius *Commentariis, & Aphorismis in Summam Divi Thomæ*, Thomasium frequenter appellat virum eruditissimum, ingeniosum, doctum, & eximium: & potissimùm in ejusdem epistolæ fine ita concludit: *Et tu,* Carole *eximie, vive Deo, cujus gloriæ desudas: vive* Thomæ, *cujus Angelicam Doctrinam contrahendo, & minuendo propagas: vive Christi Vicario, cui certè hodie, ut Alexander esse pergat, opportunam occasionem indulges.*

21 JOANNES BAPTISTA DE HODIERNA Archipresbyter oppidi Palmæ, in Epistola, quam ad *Carolum* scripsit, quæque legitur in vita Alipii a S. Joseph a Maggio conscripta, eundem vocat Virum sacris literis eruditissimum, &c.

22 JOANNES BAPTISTA NÆVIUS Cler. Reg. in Oratione *de optima philosophandi ratione, epistola nuncupatoria*, commendans Ferdinandi Lampadusæ Principis benevolentiam, qua Theatinos Patres complectitur, ait: *Apud quos* (Patres) *magnum est, memorabile, ac perquam honorificum Thomasiorum nomen, ob singularem, quum pietatis, tum doctrinæ laudem, quâ* Carolus *patruus tuus major, & Josephus magnus patruus Clericorum Regularium Congregationem illustravit.*

23 JOANNES BONIFACIUS BAGATTA Cler. Regul. in vita ipsius *Caroli*, quam evulgavit Romæ typis Mancini anno 1702. complexus præclara illius gesta, cunctas christianas virtutes, illustriora facinora, & beneficia ejus ope a Deo in mortales collata, illum virum sanctum, mundi contemptorem egregium, normam, & ideam perfecti ecclesiastici passim appellat.

24 JOANNES MARIA BERTINUS ex Ordine Prædicatorum Magister, ac Regens Studii Generalis S. Dominici de Panormo, in altera ad *Carolum* trasmissa Epistola, quæ habetur in præfatis *Commentariis in Summam Divi*

vi Thomæ, Thomasium laudans ab ingenio, & solertia, eumdem vocat *Apem argumentosam, quæ roscido facessente sacræ Theologiæ crepusculo .... nectaris stillicidia guttatim rostro decerpit*, &c.

25 JOSEPH SILOS Cler. Regul. *in historia Clericorum Regularium par.* 3. *lib.* 12. *fol.* 555. Carolum adhuc viventem, qua morum probitate, qua doctrinæ, & disciplinarum laude celebrem, ita commendat. *Carolus Thomasius Panormitanus, e Palmæ Duce, Clericus Regularis, legatis germano fratri lautis oppidò fortunis, ac splendore Domûs, contentus ipse Theatina inopia, quæ nullis obnoxias casibus, verasque opes pollicetur; Panormi isthuc triumphati sæculi documentum edidit, vovitque publicè in Divi Josephi Domo die* 10. *Aprilis* 1642. *Qui insigni ardore pietatis mundo nuntium remisit, Crucifixum amplexus; pergit non modò conceptum semel spiritum fovere, sed exaugendæ aliorum etiam Religioni semper piæ aliquid lucubrationis fertili quodam labore ingenii, ac pietatis cudit: suntque hæc graviorum studiorum appendix, aut laxamentum. Nam pertenui licèt corporis valetudine, quidquid illi temporis a regularis disciplinæ usu, atque oratione, in qua quidem assiduus, superest, legendo, commendando, scribendoque transigit. Parcimus reliquam viri virtutem commemorare: nam cùm adhuc inter vivos agat, fieri id sine vulnere modestiæ minus posset*. Idem de eodem *in Analectis epistol.* 68. *pag.* 180.

26 JUSTUS FONTANINUS Prælatus domesticus, & Camerarius Clementis XI. *in Diario Literatorum Italiæ tom.* 18. *art.* 1. *pag.* 6. differens de doctrina Josephi Cardinalis Thomasii, hæc pauca verba incidenter de *Carolo* illius patruo italicè conscripta ad tanti viri laudem reliquit: *Carlo Tommasi come primogenito a persuasione del zio D. Mario fabbricò la Terra di Palma nella sua Baronia di Montechiaro, e perciò di proprio talento ne fu dichiarato primo Duca dal Re Cattolico Filippo IV. con ampio, ed onorevol diploma de'* 10. *Decembre* 1638. *Ma poi egli manifestò di non esser compreso dall'amore di queste grandezze terrene, quando a fin di ritrovarsi più sciolto, e spedito a contemplare l'eterne, si fece Chierico Regolare Teatino, e fu notissimo in Roma, dove ei visse, e morì santamente*, &c.

27 LUDOVICUS MORERIUS *in supplemento Dictionarii Historici tom.* 2. *fol.* 581. in Elogio Josephi Cardinalis Thomasii mentionem *Caroli* faciens, asserit, illum fuisse Palmæ Ducem, & abjecto terreno Principatu, Theatinæ Religioni nomen dedisse.

28 MARIA CRUCIFIXA A CONCEPTIONE sanctimonialis, Ordinis Divi Benedicti in Monasterio Palmæ, sanctimoniæ fama satis celebris, & *Caroli* ex fratre neptis, in epistolis 17. & 18. quas ad illum scripsit, quæ postmodum unà cum aliis ad unum redactæ volumen impressę fuerunt Agrigenti 1704. & Venetiis 1711. ob singularem opinionem, quam gerebat de patrui sui pietate, & vitæ sanctitate, illum Patris titulo appellat, cujus precibus humillimè se recommendat.

29 OLYMPIUS RICCIUS in libro *de Jubilæis* Romæ edito anno 1675. *cap.* 138. de eodem hæc habet; *Primo die anni* 1675. P. D. Carolus Thomasius *in Domo S. Sylvestri in Monte Quirinali vitam cum morte, nec sine mysterio, commutavit: visusque est Dominus ejus desiderio, ac studio erga S. Almachium Martyrem, cujus eo die festum agitur, annuisse. Ortus est ipse ex familia Baronum Montisclari, et Dominorum Insulæ Lampadusæ: & in sua juventute titulum Palmæ Ducis obtinuit, quem deinde fratri suo minori dimisit; & Sacerdotio initiatus, ut religionis ineundæ votum impleret, Patrum Theatinorum Ordini nomen dedit; ubi hæsit usque ad annum ætatis suæ* 61. *in quo vivere desiit. In oratione assiduus fuit: in eaque, & in aliis piis exercitationibus multùm profecit. Fuit singulari humilitate, patientia, mortificatione, ac sui, & mundi contemptor: quoad religiosè in ordine vixit, ferè nunquam novis vestibus usus est; sed quas sibi novas impertiebant, commutabat cum aliorum attritis; verèque habitu pauper, & abjectus omnium oculis, ostendebat, quam se ipsum ipse contemneret. Eadem animi libertate, quam fratri suo Ducatum Palmæ*

mæ dimisit, Pactensem Episcopatum repudiavit, Catholici illi Regis Hispaniarum postulatione collatum. Ità se in victu domabat, ut palato gratiora aliquoi edulia cum aliis misceret, ut saporem amitterent. Multos annos a fructibus, bellariis, ac dulcibus quibuscumque cibis abstinuit. Quinque, aut sex ante obitum annis nec aquæ, nec vini aliquid extra Missæ celebrationem gustavit. Solùm æstate, cùm propter vehementiores calores, & faucium siccitatem vix loqui posset, nihil omninò bibens os quandoque leviter abluebat. In extrema ægritudine, quantùm potuit omne corpori levamentum negavit; quin de suis morbis, atque doloribus semel Medica loqui solebat, ut eos indicaret, nihilque amplius morabatur. Nec de remediis sollicitus erat veluti si ad ipsum id rei nihil penitùs attineret: molesta verò summa patientia sufferebat, nolens de sui corporis cura vel cogitare, vel loqui: & si quis ea de re sermonem inseruisset, ipse veluti futilem protinus abscindebat. Morti proximus speciali sollicitudine moderatorem, & alios amicos rogavit, ut sacra aut suffragia, vel tunc sibi applicarent, ut Deus contritionem, & amorem elargiretur, vel post obitum impetrandæ conversioni peccatorum addicerent: propterea quod ipse optabat diù in igne Purgatorio hærere, & pati propter Deum, cùm id vivens minimè egisset. Hisque & aliis humilitatis, contritionis, & divini amoris sensibus, Sacramentis omnibus expiatus, vita decessit. Beatissimæ Virgini addictissimus fuit: nec unquam aliquid inchoabat, quin primùm ejus patrocinium imploraret. Præcipuè Sanctissimi Sacramenti studiosissimus erat. Ideoque Sacrum mane facturus, se pridie vesperi præparabat: omnesque sedulò sermones cavebat, antequam in ara litaret. Factoque Sacro, in ædei angulum se recipiens, diutissimè orabat, gratiarum actionem usque ad vespertinam horam protendens; qua iterum præparationem obibat, ut se ad sacrificium mane celebrandum ritè disponeret. Erga proximum tanta charitate fervebat, ut institutionibus, ac documentis prospicere unicuique studeret, vel suo ipse ore vel libris, & spiritualibus exercitiis a se emissis in lucem, unà cùm aliis operibus Scholasticæ Theologiæ, quam ipse apprimè callebat. Sed de S. Almachio, ut hìc cursim aliquid dicam, ipse omnium postremus in Colosæo, notissimo Amphitheatro, Martyr occubuit: ubi ludos, & quæ scelera gerebantur, ut impediret, se Romam ex Oriente contulerat. Et quoniam P. Thomasius simili studio ferebatur, iteratis adeò supplicationibus institit, ut a SS. Domino Papa Clemente X. chirographo obtinuerit facultatem, qua clauderetur Amphitheatrum, religioséque in posterum coleretur veluti locus tot Martyrum cruore conspersus. Quamobrem S. Almachii studiosus, prima die mensis Januarii ejus festum indici, & agi curaverat in Sacello ejusdem Amphitheatri. Sed morbo correptus incumbere eidem accuratè non poterat: In ægritudine tamen suum ipse desiderium pluries indicavit, fore ut eodem S. Almachii festo die vitam finiret; uti illi Numen indulsit.

30 PATRES SOCIETATIS JESU Galli in monumentis Trevolcianis, sive in monumentis pro historia Scientiarum, bonarumque artium mense Januario 1714. *art.* 22. *pag.* 291. post elogium Josephi Cardinalis Thomasii, hæc de *Carolo* illius patruo subdunt idiomate Gallico: *N'oublions pas que son illustre famille est une famille de Saints. On a imprimè en 1658. la vie du Duc de Palma son Pere Jule Tommassi. en 1662. la vie du Venerable Serviteur de Diu* Charles Tommassi, *frere aînè de son Pere, Duc de Palma, & depuis Clerc Regulier Theatin*, &c.

31 PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Genealogico Nobilitatis Siculæ par.* 2. *fol.* 236, & 237, loquens de familia Thomasiana, hæc de *Carolo* italicè protulit. *D. Carlo Tommasi acquistò il titolo di Duca di Palma, Terra edificata vicino la fortezza del Castello del Barone Mario de Tommasi suo Avo; però prendendo alla sua vita miglior sentiero, e dignità, si foce Sacerdote, e passò nella Religion Teatina, ove virtuosamente vive, avendo rinunziato primieramente lo Stato al fratello D. Giulio.*

32 SFORTIA CARDINALIS PALLAVICINUS ex Societate Jesu, olim *Carolo* amicitiæ vinculo colligatus, in suis

suis Epistolis; quas publici juris fecit, sæpè illius honorificè meminit, præsertim *epist.* 20. 222. 223. 225. *& in epist.* 265. quam scripsit ad Julium de Thomasiis Palmæ Ducem, & *Caroli* fratrem, hæc de eodem subdit: *Del nostro Padre* D. Carlo *non dico altro a V. E. se non che fra i miei voti è questo il maggiore, di poter continuare la sua stretta communicazione fino a quell' ultimo momento, da cui dipende l'eternità.* Item in libro *Christianæ perfectionis cap.* 5. *de remediis contra superbiam*, fatetur se a Thomasio didicisse regulam veræ humilitatis adipiscendæ, aitque: *Conchiudorò con un generale ammaestramento, che mi diede pochi giorni ha il* P. D. Carlo Tommasi *Chier. Regolare, di cui io non ho sperimentato fra i miei amici, nè il più sincero, nè il più zelante, nè il più soave. Per esercizio d'umiltà (dissemi egli) devesi porro studio non di fare, ma di tollerare. La ragione di ciò è, che quanto di ben facciamo, può sempre fruttarci qualche lode, e però essere depravato nell'intenzione della superbia: ma il non commoversi dal disprezzo &c. forza è che venga dal disprezzo nostro, e per tanto dalla nostra vera umiltà.*

33 VINCENTIUS AURIA *in historia Crucifixi Ecclesiæ Panormitanæ* Caroli meminit *pag.* 102. recensetque *septem Miserere* ab ipso in memoriam Passionis Domini vulgata.

34 VICTORIUS AMEDEUS BARRALIS Cler. Regul. in libro, *Flores virtutum*, sive *in Elogiis Illustrium aliquot Virorum Theatini Ordinis pag.* 329. sequens Elogium, quod est ordine CXX. in *Caroli* laudem conscripsit.


THOMASIUS eam palmam ascensurus,
Ex qua Divinus Sponsus
Cælestes decerpsit fructus,
Palmæ Principatum abjecit,
Ut palmam de hostibus referret.
Desperet Mundus victoriam,
Quem, adhuc vincere potuit,
Cùm Palmam cederet,
Et ne Victori Palma deficeret,
Ipsa abjecta Palma
Cessit in Triumphum.
A Palma tantùm eruditus,
Sese humiliter inclinare,
Adeò infimis animum addixit,
Ut hunc elevare nequiverint
Honorum gradus,
Vel quos Natalis exhibuit Primogenito;
Vel quos meliori titulo
Virtus obtulit meritissimo:
Infulatas enim dignitates
Pari rejecit humilitate,
Ac sanctitate meruerit.
Inopiam in ipsamet paupertate rimatus;
Hanc nisi in attritis coluit indumentis,
Et qui nova virtutum spolia
Indagare visus est,
Habitu veteri
Tantùm explebat paupertatis ardorem;
Cùm tamen ea odisset,
Quæ sapiunt veterem hominem.
Quid prodiga luxuriæ Cleopatra;
Ut alienis occurras ardoribus,
Gemmas eliquari finis in potus?
Thomasius *nec undarum levamine,*
Ad multos annos
Fallere voluit sitim suam,
Qui perennis fontis aquas vivas
Sitire dumtaxat videbatur.
Quæ erat pœnarum sitis,
Nulla erat potione medicabilis;
Ut hanc expleret,
Istam diù non admisit;
Siccitatem etiam amat
Divini æstus amoris,
Naturam igneam
Charitatis tantùm temperans flammis;
Hujus ardoribus
Consuetis poculis sitientium
Ne quidem voluit occurrere:
Hac enim in siccitate
Flores sanctitatis non exarescunt;
Sed virtutum succrescunt in germina.
Æternitati vivens,
Tempori accommodare se noluit;
Ut illius subiret incommoda,
Brumales sæpè injurias
Nisi tenui non repulit indumento;
Syrios verò quò geminaret ardores,
Una tegi tunica passus non est,
Ita tempestatum vicibus
Tolerantiæ vices respondebant;
Ut unicum tamen collimarent in scopum
Pœnitentiæ.
Regularis exempla disciplinæ
Domesticis præbens,
Cæterarum virtutum exteris,

Romam ipsam elegit
Amplum sanctitatis in theatrum,
Ut e Palma,
Quam abjiciendo retulerat,
Triumphale transiret in Capitolium.
Discat Roma
Tanti viri, illustrata contubernio,
Spectacula non exhibere nisi sanctitatis;
Ignea Caroli *charitate*
Nè quid imminueretur Martyrũ triũphis
Abiêre in cinerem & pulverem scenæ,
Quas arena paraverat.
Quam fœcunda virtutibus natura
Extiterit in Thomasio,
Ex hinc conjice,
Quod etiam in arena
Hujus semina jaciens
Sanctitatis frugem collegit uberrimam.
In arenam incidit Carolus
Adhuc feliciter enavigans,
Æternæ appulit portum felicitatis,
Et ut animorum procellas sedaret,
Obeundo,
Ne has in vexata fœmina Dæmon excitaret
Tartareum repressit Aquilonem.
Furenti Satanæ
Perniciosus semper extitit accessus
Ad Thomasium, *& vivum, & extinctum,*
A muliebri enim corpore,
Quod a cadaveris cõtactu virtutẽ traxerat,
Hic abire coactus,
Non tam ex odio recessit,
Quàm obsequio sanctitatis.
Quem ab animis toties expulerat,
Extinctus a corpore ejecit,
Et ne quid splendidæ morti deesset,
Sol hic occidendo
Non evocavit umbras, sed fugavit
Claritatem virtutis
Fatente ipso Principe tenebrarum.

FRANCISCI MARIÆ MAGGII C.R.
In laudem
CAROLI DE THOMASIIS
olim Palmæ Ducis

DISTICHON.

DUx Palmæ fueram, sed vana hæc cuncta reliqui:
Cælesti, ut Palmam semper in arce feram.



EJUDEM DE EODEM
EPIGRAMMA.

In quo præfatus Poeta alludit ad ipsius oris similitudinem cum Divo Carolo: item ad opus ab eo vulgatum de S. Thoma, & demum ad S. Petri Thomasii gentilis sui in Deiparam amorem, & cultum.

CAROLE, quam similis Divo es, quem nomine præfers!
Quam benè cognomen vel tua scripta notant.
Diceris appositè, ac scitè Thomasius: *artem*
Nã Divi Thomę, nunc tua Summa docet.
Angelici interpres Doctoris, & optimus ipse es:
Quippe animo, & gestis Angelus alter eras.
Virginis ut cultor rectè Thomasius *audis!*
Cor Petro, atq. tibi Virginis ussit amor.
Eja age nũc cunctis exora Virginis ignes;
Dulcia præsertim, qui tua verba canẽt.
Laudetur Sanctum Sacramentum, & sine labe,
Quæ es cõcepta Dei, sis benedicta Parẽs.
Hæc cuncti ut Palmæ canerent, tu scita dedisti,
Nunc eadem toto fac ut in Orbe sonent.

HIERONYMI MATRANGÆ
Clerici Regularis
IN EJUSDEM LAUDEM
Epigramma Anagrammaticum.
CAROLUS THOMASI, ET CARUS.
Programma.
THOMAS CLARIUS CORUSCAT.
Anagramma.

ASpice, ut ornatam reddant vaga lumina lucem,
Et varium referant picta colore, jubar.
Discolor ut niteat, Phœbi formosior Orbis,
Ut distincta magis solis imago micet:
Sic sic Angelica, expressis doctrina figuris
Resplendet, calamo Carole *picta tuo.*
CLARIUS, *et* THOMAS *radiata nube* CORUSCAT
Pulchrior adjectis emicat atque notis.

EJUSDEM
Ad Arborem Angelici Doctoris a CAROLO de THOMASIIS delineatam
CARMEN.

GRandis in angusto, parvoque volumine surgit

Sti-

Stipes, & immensas occupat inde plagas.
Hercynia æqualem complexa est aspera nunquam,
Nullaq. Caucaseis sylva animata jugis.
Quâ mare, quâ tellus, aër, cælumque profundum,
Quâ Solis radius, quâ patet Orbis iter;
Tollitur hæc arbor vastum per inane Τριάδι,
Et circum ramos explicat Ambrosios.
Infixis altè mundo radicibus hæret;
Nec suavi nutat pondere terra suo.
Una per immensos pandit tria brachia campos,
Trinoq. innumeras robore gignit opes.
Orbem trina gerit, regit uno hæc omnia sceptro,
Suspenditque una, cuncta creata manu.
Quod fuit, est, erit, una uno cõplectitur ævo:
Et cursu rapido tempora abire jubet.
Celsa tenet medius superis cõterminus oris
Ingenitæ Triadi, flore, virore sacer.
Mentis & hic ramus gravidæ, similemque beatam,
Quę peperit sobolem cuncti parẽte sinu.
Et sine principio Pater est, in tẽpore factor;
Rerum principium, finis, origo, sator.
Vertice, quæ a summo aspicit, at non despicit ima,
Et tegit umbrosis astra serena comis.
Latè hinc virgineæ, redolentia brachia prolis,
Candida purpureo mixta colore patent.
Antropos hic θεὸς est, genitusque & factus uterque
Absque patre humanus, qui sine matre Deus.
Mortali e ligno hic vitam mortalibus offert;
Malaque fert manibus, nec mala amara vovent.
Æmulus hic alter, spatiosa cacumina Ramus,
Perpetuis vestit, purpureisque rosis.
Hic animat Charites, cæloque hic spargit Amores,
Et dulces fructus tingit amore suos.
Subjectos orbes pretiosa contegit umbra,
Et cæcum vivax luminat umbra chaos.
Ingentem hanc molem Philyram nunc cogit in arctam
Carolus, & parva concipit astra pila.
Tergemini imperium, naturã, sæcula, vitã,
Afflatus, vires, sceptra beata, vias:
Quæ Thomæ divini scripta immensa figurant,
Schemate Thomasus, lineat exiguo:
Mirãdæ artis opus, folio cõcludere sylvã:
Arbore, & Angelicũ, continuisse nemus.

IDOCI BACHERI BELGÆ
Epigramma Anagrammaticum.

CAROLUS è THOMASIO DE CARO.
Programma.
CAROLUS A CORDE S. THOMÆ IO!
Anagramma.

IO! novus nostri procedit tẽporis Heros,
Qui decus est Patriæ, Relligionis honos.
Si nomẽ quęris, CAROLUS Thomasius is, qui
Dicitur a SANCTI CORDE fuisse THOMÆ.
Si petis unde venit? de Thoma prodiit ille,
Hincque Thomam claris explicat ille notis.
Jam vaga nominibus vis: sic sæpius insunt
Maxima non parvis omnia nominibus.

JOSEPHI SILOS CLER. REG.
Carmen phaleucium hendecasyllabum.

MOliris vigili laboriosas
Dextra, Carole, lucubrationes;
Ducum, Carole, sanguis, & vetustæ
Tuæ delicium, decusque gentis:
Aquinas, sapientiæ medulla,
Et mens Numinis, ille, lex lycei;
Et turrita Pharos scientiarum
Quidquid vertice fudit erudito,
Et vi docta animæ profundioris
Quidquid grandiloquis libris recenset,
Tu gyro breviore claudis; atque
Ornas presiùs, elegantiùsque
In nodum calamo illigas acuto.
Thomam nomine sic refers, & acri
Thomasi, ingenio, manuque docta;
Thomas nuperus, & recens Aquinas:
Quid? num pertenui licet Camenæ
Surgam celsius? auream que scandam
Florentem celebri Arborem lyceo?
Dum grande ingenium colit, rigatque
Thomas, Palladis inclytæ colonus;
Celso vertice surgit Arbor ingens,
Et contermina, pulsat astra, cælo;
Crinitur viridi perennis auro:
Vernat divite laureata fronde:
Autumnat; variisque sparsa ramis;
Uno e stipite multiplex virescit.

Hoc trunco Deus explicatur unus:
Hoc simplex Trias, una quæ triformi
Orbem Numine temperat ter amplum.
Hic ille ingenitus Pater tumente
Sinu consimilem parit Tonantem.
Hic & pullulat unicus Parentis:
Almi filius, & coævus almo
Parenti: hic & utrinque spirat ardens
Numen, Numinis utriusque nexus.
Hic sub virgineo latens amictu,
Deum dissimulat Deus: brevique
Hic puræ Cereris sub orbe divus
Amor sydereas dapes ministrat.
Hic examina cælitum volantum;
Divûm & gaudia: nectaris beati
Et vis, Numinis eliquata vultu,
Hic mysteria sauciatus olim,
Quæ fudit Domini sinus cruenti.
Virtus hic micat omnis: & superno
Quæ cælo caput arduum remiscet;
Et quæ sydereo remota ab axe,
Terras auspiciis suis gubernat,
Lux morum, brevis & magistra vitæ,
Nempè hoc germine litterata Thomæ;
Arbor luxuriat, tot & superbit
Ramis multiplicata, surculisque
Talem haud stelliger educavit unquam
Atlas, Hesperidum parens sororum,
Aut Phæacia sylva, pensilisve.
Hanc tu doctiloquos tuos in hortos
Transfers, Carole, *gratiamque ramis*
Tuæ vis peracutæ falcis addit,
Fronte ab irrigua fluens, & humor,
Et nocturna manus, simul diurna,
Auctorum monumenta, quæ fatigat.
Vernant hic tua scripta, quæ decoris
Insignis foliis, amœnat arbor:
Aquinasque suo colit labore,
Fœcundatque, rigatque, divitatque.
Quam belle decus hinc, & hinc vicissim
Crescit lumine mutuo, vibratque.
Thomæ, tu sapis eruditione,
Lingua & Carole, *personas diserta:*
Ille sed studiis tuis renidet:
Et qui pectore fulgurat corusco
Sol, ceu nobiliore fixus orbe,
Nova cernitur emicare luce.
Macte, o nitor artium bonarum;
Macte nobilis artifex Minervæ,
Et tantæ inclyte scriptionis Auctor
Nihil splendidiùsque, grandiùsque,
Quam lucem rutilo addidisse Phœbo,
Quam magno decus, addidisse Thomæ.

VENERABILIS

CHRISTOPHORI CASTELLI

Clerici Regularis, Apostolici Missionarii apud Iberos, & Colchos

ELOGIUM XIV.

Ex Josepho Bartholotta Monacho Cisterciensi in vita ipsius MSS. & ex Josepho Silos in Historia Clericorum Regularium part. 2. lib. 13. fol. 613. 632. & part. 3. lib. 8. fol. 303. & infra.



CHRISTOPHORUS CASTELLUS, dictus in sæculo Teramus, Galiani Comitis ex fratre nepos, origine quidam Genuensis, sed patria Panormitanus, ut liquet *ex Syllabo nominum, & cognominum Theatinorum Patrum* Romæ edito 1722. *pag.* 39. ab ipsa adolescentia pietatis operibus, & præsertim mortificationum exercitiis magnopere addictus fuit: quippe qui inter mundi illecebras corpus suum alioquin innocentissimum assiduis jejuniis, ciliciis, flagris macerare assuevit; ferreis interdum catenis in seipsum insæviendo, ut scilicet ejusmodi voluntariis castigationibus refractariam sensuum contumaciam edomaret. In cælestium rerum contemplatione frequenter occupatus, preces ad Deum, Deiparamque Virginem, (cujus fuit maximus cultor) ingeminabat; ea quidem sedulitate, ut callum genibus obduxerit. In sublevanda aliorum inopia multus planè erat: qui ubi pecuniam omnem erogasset, e penu subsidium petebat; & onustus persæpè annonâ pauperum domos adibat, eosque opportunè quidem, & perquam secretò recreabat. Humanioribus interim imbutus literis, Philosophiæ, Mathematicæ, Astrologiæ, necnon Medicæ, & Pictoriæ arti operam dedit; in quibus facultatibus apprimè versatus, initiatus sacra Theologia est. Quo tempore instillatus illi a Petro Jardina viro sanctimoniæ laude satis conspicuo (de quo infra) quidam Ibericæ expeditionis amor fuit: ex quo vel-

vellicari animum suum vehementer sensit ad Christi fidem disseminandam apud infideles, & barbaras nationes. Eapropter abrupta omni mora, Neapolim inconsultis parentibus se contulit; ea quidem mente, ac deliberatione, ut data discedendi opportunitate, ad longinquas Iberiæ, vel Japoniæ regiones illicò immigraret. Verùm non multò post cognito *Christophori* consilio, illum consanguinei, & potissimùm Galiani Comes patruus revocare in patriam conati sunt. Quod ubi rescivit *Castellus*, aliò se protinus transtulit, nempe Cryptalias, quod est in Salentinis, ac patrui sui ditionis oppidum divertit; in quo informare mortalium pietatem, invehere mores bonos, Sacramentorum usum probare indigenis, insigni quadam animi sedulitate cœpit. Inde excurrens per Apuliæ pagos, & oppida, Missionarii munus exercere, idest pueris fidei rudimenta tradere, eosque pulcherrima æmulatione, ac spe præmii ad christianæ religionis præcepta perdiscenda accendere curavit. Idque tanto cum fervore, assiduitate, & pietatis incremento præstitit; ut summopere ejus zelum, ardoremque dilaudarint omnes illius provinciæ Episcopi, & Pastores, inter quos Thomas Anchora e Clericis Regularibus, Motulensis Antistes, qui summo amore complexus *Christophorum*, illum sacro Presbyteratûs ordine initiare voluit. Quo quidem charactere insignitus vir eximius acrioribus stimulis ad præfatam Iberiæ Missionem obeundam inflammari se sensit. Ideoque inito voto Romam perrexit, ubi ab Eminentissimo Francisco Cardinali Barberino examinato, & approbato ipsius consilio, Urbano VIII. Summo Pontifici sistitur, a quo perspecta præclara *Castelli* indole, fideique dilatandæ fervore dilaudato, Missionarius Apostolicus apud Iberos, & Colchos destinatur, atque Petro Avitabili Theatinarum Missionum Præfecto, qui tunc Romæ pro eadem Iberica expeditione agebat, dirigendus traditur: cujus hortatu Theatinus mox efficitur, indutoque Neapoli in Paulina domo Religionis habitu, paulò post in Georgiam, Colchidemque cum præfato Avitabili, aliisque Religiosis viris contendit. In itinere innumeras ærumnas, calamitatesque, ac vitæ discrimina perpessus, horrendum monstrum in deserto Arabiæ per invocationem SSS. Triadis fugavit; Deique fretus ope sospes, & incolumis, Goridem, quæ regia Mingrelliæ urbs est, pervenit. Inibi edita trium votorum professione, curam omnem posuit in perdiscendis orientalibus linguis, in quibus ita profecit, ut brevi temporis tractu difficillima illius regionis idiomata didicerit: cœpitq. statim Medicinæ arte, quâ valebat ægrotantibus prodesse, simul animorum commodis operam navare; simul divorum imaginibus, in qua quidem pingendi peritia exercitatissimus erat, privatam excitare popularium pietatem, ac publicam juvare religionem ejusmodi picturæ illicio. Permotus interim publica ipsius virtutis fama, Malachias Gurielis Princeps, & Patriarcha, *Christophorum* ad se accersitum omni officiorum genere complexus est; cui sedem in ipso ædium suarum horto tribuit, ne longè abesset, qui affectus suos omnes demeruerat. Duo hic *Castellus* magnæ sanctimoniæ, & apostolici spiritus edidit specimina, quibus venerationem sui apud omnes excitavit. Primùm fuit conversio Feridonis Malachiæ Patriarchæ Medici: qui captus olim a Turcis in Pannonia, & inibi in apostasiam lapsus; adeo christianis Europæis infensus erat, & præsertim *Christophoro*, ut eum palam proscindere conviciis, maledictis, ac criminationibus non cessarit. Adversus hunc Apostatam invicta patientia, necnon summa in Deum fiducia obarmatus, *Castellus* non modò hilari vultu, ac serena fronte nefarii hominis contumelias, & calumnias sibi illatas sustinuit, verùm divina protectus ope, hostem suum mansuetudinis exemplo, fusisq. ad Deum precibus devicit, atque ad Christi ovile, unde recesserat, mirabiliter reduxit; coëgitque Mahometidis impietatem publicè abjurare, non sine ingenti omnium admiratione, & potissimùm Malachiæ stupore, qui illius pervicaciam probè noverat. Alterum, quod egit *Christophorus*, summa commendatione dignum, fuit Helenæ Arthabachi Meschorum

tum, ac Lazorum Principis filiæ informatio ad omnem pietatis, morumq. laudem. Tradita isthæc lectissima Princeps fœmina Malachiæ Patriarchæ fidei a genitore fuerat, ut tuta apud illum a Turcarum insidiis tamdiù consisteret, donec mutata rerum facie, alicui e Georgianis Christiani nominis Principibus nuptui traderetur. Quocirca cùm in Patriarchæ Palatio versaretur Helena, nacta facilem ad Castellum aditum, qui in illius pomario morabatur, eum frequenter invisere, dare attentissimas, ac sitientissimas aures piis ejus sermonibus solebat; ex quibus ad Christi amorem, mundique contemptum inflammata, tantam erga religiosum virum venerationem, benevolentiamq. concepit, ut eum animæ suæ moderatorem postulaverit, impetraveritque. Sub cujus postmodum directione, & institutione ita profecit in Christiana fide, ac pietate, ut eo hortatore, & suasore, oblatas sibi nuptias Persarum Regis, cui Sciabas nomen, constanter respuerit, quanquam multis ob id divexata esset ærumnis, calamitatesque perpessa. Verebatur nanque Christi Heroina, ne si infideli Regi nuberet, christianam fidem compelleretur deserere, ideoque firma, & immobilis in suo proposito permanebat. Ast quæ fuit tunc Numinis voluntas capta dolo, ac vi Helena in Persidem deportata est, ubi tametsi Persarum Regi in matrimonium fuerit collocata, Christi fidem nunquam ex animo, & corde abjecit, quinimò Regem conjugem suum induxit, ut *Christophorum* apud Levandadianum Colchorum Principem degentem, in Persidem advocaret. Verùm *Castellus*, qui paulò ante expostulatus ab Alexandro Iberiæ Rege per Nasodorum Legatum fidem suam illi obstrinxerat, ratus majorem in Iberia animarum proventum se facturum, quam in Perside, eò se transferre decrevit, arreptoque mense Majo cum præfato Nasodoro itinere Cotatim, quæ totius Iberiæ Metropolis est, intra quatuor omninò dies pervenit, exceptusque fuit omni humanitatis genere. Etenim præter hospitium, ac rem domesticam, quam parari splendidè Rex voluit, visus communem morem in eo honestando excessisse. Adire siquidem ad se eodem, quo venerat die, cùm jusserit, sterni aulæa, ac pulvinaria eximii operis Persarum curavit: tum procerum coronam adesse, quæ majestatem adaugeret: ipse amplissima indutus veste, ut venientem illum vidit, surrexit, complexusque perhumaniter, assidere perhonorifico loco jussit: tum, diutiùs inquit, sua ipsum vota distulisse: & quando apud reliquos Georgiæ Principes complures jam annos tanto cum populorum fructu ejus solertia desudasset, par erat, ut ipse etiam percelebri viri virtute frueretur. Variis deinde secum initis colloquiis de Romani Pontificis potestate, ac de Regibus Europæis, ad suum hospitium reduci imperavit. Quem postera luce Nasodorus eximia cum procerum manu convenit, jussitque Regis nomine, ut conscenso equo magnificè quidem instrato, auro videlicet, gemmisque insigni, Urbem Cotatim secum unà inspiceret. Hic tamen luctari non parum cum Regis magnificentia *Castelli* humilitatem oportuit: nam cum omni verborum efficacia pompam illam religioso viro haud congruam strenuè recusasset, delata ad Regem pugna est: qui rogatum misit *Christophorum*, ut quando exiguus is honor esset, exorari se fineret. Quare paruit vir modestissimus, inspectaque Urbe, arcem quoque perlustravit, dilaudavitque mox Regi utramque. Illum deinde nullis non cohonestare officiis cœpit: prandio quàm sæpissimè excipere: Regni curas cum eo communicare: sacrificanti unà cum Regina interesse: occulto morbi genere non alia, quàm ejus manu curati voluit: divorum simulacra, aliasque rerum formas effingendas sibi ab eo jussit: suos præsertim, Reginæque vultus ad vivum, atque ad omnem elegantiam penicillo ductos in pretiosissimis habuit: denique ab ingenio, a rerum peritia, a vitæ moribus, a zelo fidei suas delicias, amoresque *Christophorum* appellabat. Qui tamen ita Regi operam dabat, ut vulgi commoda minimè dissimularet. Aderat nanque omnibus assiduis licèt curis distentus: Dei verbum continenter disseminabat; pueros, atque adultos, ubi baptis-

baptismum irritum agnovisset, sacro fonte perluebat: infirmos sæpè visebat, curabatque medicæ artis adjumentis, quorum numerus cùm major in dies excresceret, quam quod omnibus occurrere posset, excitare propè suum conturbernium Mapalia quædam Nosocomii in modum Regis nempè ope instituit. Huc adduci ægros curabat, ut præstò cunctis adesset, ac facilis, tenuitque hanc charitatis palæstram per sex circiter annos, quorum serie excurrere per montes, & caucasi juga voluit: in quibus ob asperitatem, inaccessibilitatemque lux evangelica nunquam effulserat, ubi divina adjutus ope Christi fidem disseminavit, multosque ex Idololatris regiones illas incolentibus ad Christianam religionem adduxit, sacroque fonte expiavit. Reversus post aliquot annos in Colchidem, instante ejus Provinciæ Principe Levandadiano, *Odisci* sedem suam fixit: in qua urbe quinque annos commoratus, plura Apostolici viri edidit argumenta; illudque in primis magnoperè commendandum, quod ut infantes, quos inhumana Colchorum gens propter summam, quâ premebatur, egestatem, suffocare subinde consueverat, a certo vitæ discrimine liberaret, plures constituit curatrices: quibus sublaros a matribus, seu verius a carnificibus filios tradebat; collatis prius ad vitæ sustentationem opportunis subsidiis ex piorum collectis virorum eleemosynis, quos deinde cùm ad adultam pervenissent ætatem, fidei rudimentis imbuebat. Ibi etiam misertus ex animo communis popularium calamitatis, ob quam ex legis præscripto, sive ex Turcarum tyrannide adigebantur parvulos suos, puellasque venundare Mahometanis, non sine evidenti pudicitiæ prostitutione, fideique amittendæ periculo, Dadianum Mingrelliæ Regem induxit, ut præfatam legem Evangelio repugnantem omnino aboleret. Plura alia inflammatissimus vir, ac eximius Christi famulus ad fidei incrementum, utilitatemque animarum, viginti sex annorum spatio, quo in Iberia, & Georgia moram protraxit, patravit; quæ humanam videntur excedere fidem. Nam præter ea, quæ superius retulimus, ad decem hominum millia lustralibus undis abluit: cùm enim inter alios Græcorum errores deprehendisset eos non uti debita verborum forma in baptismi collatione; quotquot parvulos, sive adultos subripere poterat, illico rebaptizabat. Quocirca mirabiles artes adinveniebat, ut illos, insciis parentibus, qui id nefas putabant, ad se attraheret, iterumque baptismi lavacro regeneraret. Innumeros etiam Apostatas, qui a fide defecerant, ad Christi ovile reduxit, quos inter religiosum hominem, natione Calabrum, qui ad Mahometidis sectam transierat, christianæ fidei restituit. Gallum pariter professione Calvinistam, ad gremium Catholicæ Ecclesiæ redire fecit. Schismaticos ab orthodoxa fide aberrantes ad rectam salutis semitam revocavit. Pluries adversus Græcorum errores privatè, & palam disseruit, in quibus concertationibus Schismaticorum dogmata solidissimis rationibus confutavit. Ob id magnam subiit Græcorum inimicitiam. Unde calumniis, & insidiis persæpè petitus ad necem, sed divina semper protectus ope, mortis periculum multoties declinavit. Semel enim nocturno tempore, dum somnum caperet, incenso ejus cubiculo, nudus e fenestra prosiliens, ab incendio se subripuit. Semel etiam dum ipsi venenum propinarent, admonitus ab Angelo suo tutelari, a potione abstinuit. Miris modis a Dæmonibus vexatus, præsertim illusionibus, verberibus, & flagris, magnam luctam sustinuit. Ab impudicis mulieribus crebrò ad venerea sollicitatus, non secus ac olim Divus Andreas Avellinus, omnes illarum artes elusit, reportavitque insignem victoriam de mundo, carne, & dæmone. Denique multis conflictatus morbis, laboribusque propè fractus, expleto laudabiliter Apostolico Missionarii ministerio, in patriam suam triginta post annos regressus est: in qua pietatis operibus, & mortificationum exercitiis occupatus; aliquandiù magna cum nominis sui celebritate, & ab omnibus summoperè veneratus vixit, donec viribus penè consumptus, meritisque abundè cumulatus, ad æternam re-

requiem, præmiumque laborum a Deo evocatus est 3. Octobris 1659. pronunciato prius mortis die, ac completo 62. ætatis suæ anno. Cujus funus magna hominum, procerumque caterva, ac multa, quæ patrata sunt miracula, nobilitarunt; ut proinde biduo inhumatum jacuit ejus cadaver, ut omnium votis fieret satis. Quo tempore non defuerunt, qui vestis ejus lacinias, & frustula excerpserint, veluti pretiosum aliquod margharitum.

Ipsius vitam eleganter descripsit italicè Joseph Bartolotta Monachus Cisterciensis, quæ MSS. asservatur in Bibliotheca S. Josephi.

Typis evulgavit antequam Theatinæ religionis mentem conciperet, librum, cui titulus:

Meditazioni, ed Orazioni giaculatorie sopra i misterj della Passione di Cristo, suppresso ipsius, & typographi nomine.

Prelo paravit in Georgiano idiomate *Le tenerezze del divino Amore*, &c. quem librum inscripsit Helenæ Persarum Reginæ, olim spirituali ipsius filiæ.

Meditationes de Christi Passione, in quibus variæ reperiuntur imagines singulæ repræsentantes singulare aliquod ejusdem Passionis mysterium. Hoc opus dicavit Malachiæ Gurielis Patriarchæ, & Principi.

Multa alia prælo digna conscripsit, quæ asservatur in Archivio Bibliothecæ S. Josephi, inter quæ reperitur *Iberiæ, & Colchidis descriptio*, suis distincta Provinciis, Urbibus, Oppidis, ac Pagis, unà cum figuris, & imaginibus Regum, ac Principum. Item nonnulla *de ritibus Græcorum*; sed hæc partim sublata Auctori fuêre in itinere, partim imperfecta asservatur in eodem Archivio.

SYLLABUS

Romanorum Pontificum, Regum, Principum, aliorumque illustrium Virorum, penes quos CHRISTOPHORUS CASTELLUS magno in honore, & pretio, ob ipsius vitæ sanctimoniam, fideique propagandæ zelum, habitus est.

URBANUS VIII. Pontifex Maximus, Theatinæ Congregationis insignis Benefactor, ut primùm ante pedes suos ingenua provolutum *Christophorum* intuitus est, ejusque flagrantissimum zelum dissemiandi Evangelium apud infidelium regiones conspexit; demiratus tam eximii viri spiritum planè apostolicum, illum paterno affectu, magnisque benevolentiæ signis complexus, cum apostolica benedictione, & amplissima Missionarii facultate a se dimisit. Quem postea auditis innumeris animarum conversionibus, necnon miris ab eo patratis in Iberia, & Colchide, dilaudare summis præconiis coram Eminentissimorum Cardinalium Senatu haud dedignatus est. Bartolotta *in vita Christophori lib. 2. cap. 15.*

ALEXANDER Iberiæ Rex excitatus publica virtutum fama, quæ ubique per Georgiam, Colchidem, aliasque remotas Provincias de *Christophori* sanctimonia, ejusque scientiis divagata, ad suas usque aures pervenerat, Bensangum Nasodorum Legatum ad Colchidis Principem misit, qui *Christophorum* suo nomine expostulatum, secum Cotatim in Regiam Iberiæ Metropolim duceret. Ubi cùm eum adventantem audivit, humanissimè in regio Palatio excepit, & magna procerum stipatus corona, perhonorifico in loco penes se assidere jussit. Tum variis benevolentiæ, honorisque signis cohonestatum, commensalem suum pluries fecit, eiq. regni curas communicavit; ac tandem ab ingenio, rerum peritia, vitæ moribus, ac fidei zelo delicias suas, amoresque appellare consuevit. Silos *Histor. Cler. Regul. part. 3. lib. 8. fol. 306.*

LEVANDADIANUS Colchidis Princeps, eo in pretio *Christophorum* habuit, ut ægro animo ferens, diuturnam ejus absentiam, & incolatum apud præfatum Iberiæ Regem, cui ad breve dumtaxat tempus eum illi concesserat, Gabrielem Simoniam Legatum suum ad eumdem misit: eo pacto, & deliberatione, ut si Iberus Rex sponte ab se dimittere *Christophorum* detrectaret; illum vi, & dolo subreptum ad se quamprimùm reduceret, idque sub ipsius capitis interminatione, bonorumque omnium spoliatione districtè injunxit. Quem tandem sibi resti-

restitutum amplioribus benevolentiæ argumentis ditavit, & cumulavit. Silos *ibidem.*


THEIMURATIUS Georgiæ Princeps & Rex, insigni dilectione inter alios Theatinos Patres *Christophorum* prosequutus, ob ipsius nempe rerum peritiam, vitæque sanctimoniam, tanquam virtutum omnium, ac bonorum exemplar proponere subditis suis illum consuevit. Silos *part. 2. lib. 13. fol.* 616.

ROSTUANUS alter Iberiæ Rex, & Theimuratii successor in regno Georgiæ, egregiis *Christophori* dotibus, ac virtutibus captus, illum majoribus beneficiis, & honoribus, quàm Prædecessor suus, cohonestavit. Silos *ibidem.*

DADIANUS alius Colchidis Princeps, ob magnam venerationem, quam de *Christophori* sanctimonia gerebat, legem illam vendendi parvulos, puellasque Turcis, & infidelibus, ejus intuitu, ac suasione abolivit, rescíditque, Silos *part. 2. lib. 13. fol.* 630.

MALACHIAS Gurielis Princeps & Patriarcha, cùm primùm *Christophorum* tot præclaris imbutum scientiis, virtutibusque excultum animadvertit, illum omni officiorum genere complexus est: cui in amoris sui, æstimationisque significationem sedem tribuit in ipso ædium suarum horto, ne longè abesset, qui affectus suos omnes demeruerat, noveratque tanto esse suis populis emolumento. Silos *part. 3. lib. 8. fol.* 303.

Denique HELENA Arthabachi Meschorum, ac Lazorum Principis filia, postmodum Persarum Regina christianissima, eo in pretio habuit *Christophori* sanctimoniam, ut non modò illi conscientiam suam permiserit expiandam, verùm etiam patrem suum appellare in morem habuit. Quem ex regia Persarum aula, missis honorificis legationibus ad Levandadianum Colchidis Principem, suo, conjugisque Regis nomine, ut in Persidem transferri se pateretur, enixè postulavit. Silos *ibidem fol.* 305.



SYLLABUS

Theatinorum Patrum, & aliorum, qui emeritis laudibus apostolicum spiritum, fideique zelum CHRISTOPHORI CASTELLI exornarunt.

1 ANTONINUS MONGITORE *Christophori* meminit *in Biblioth. Sicula t. 2. Append. 2. ad tomum 1. fol. 5. in Elogio Antonii Jardinæ.* Item *in Historia Ecclesiarum Urbis Panormi cap. Eccl. S. Josephi*, ubi inter viros sanctimoniæ laude conspicuos, necnon inter Missionarios Apostolicos ex Theatinorum Ordine illum reponit.

2 ARCHANGELUS LAMBERTUS Clericus Regularis in sua *Colchide sacra* pluribus in locis *Christophorum* commendat, ut videre est *part. 2. c. 25. pag.* 205. 258. 259. Ast *cap. 45. pag.* 359. loquens de parvulis ab eo sacro baptismi lavacro regeneratis, dicit, quòd unius anni intervallo octingentos triginta quatuor infantes, sive adultos rebaptizavit ob defectum validitatis baptismatis, & sequenti anno mille ducentos alios lustralibus aquis abluit.

3 BARTHOLOMÆUS FERRUS Cler. Reg. *tom. 1. de Missionibus Cler. Regul. lib. 4. c. ultimo fol.* 744. præter ea, quæ de apostolicis *Christophori* sudoribus copiosè, & sparsim per totum volumen enarraverat, ita de illo concludit. *Il P.* D. Cristoforo Castelli *in Imireti fu gloriosissimo fondatore, in Guriele confondatore. Questi, che fu uno de' primi Missionarj, che si portasse in quelle Missioni, e che fu l'ultimo nella partenza, di dove non sarebbe partito, se la vecchiaja, e le infermità abituali, per le gran fatiche, e patimenti contratte, non l'avessero violentato; riportò alla Cattolica Fede, e al Vaticano tanti trionfi, che si rendono innumerabili. Onde perciò fu infinito il numero de' battezzati; instrusse Regine nella Fede di Cristo; convertì Maomettani; fece Maddalene le pubbliche meretrici; convinse nelle dispute i Greci. Fondò Ospitali; e di più Re fattosi arbitro, insin da quello di Persia sospirato veniva. Le sue gran virtù, e sopratutto il suo gran*

zelo nella Cattolica Fede, e ardentissima carità col prossimo, furono quelle, che lo facevano bramare da tutti. Onde più, e più volte spedite le legazioni per ottenerlo, correvano i popoli per essere spettatori di sì grand'Uomo. &c.

4 CLEMENS GALANUS C. R. *in Conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Latina part.* 1. *c.* 12. *fol.* 168. loquens de apostolico *Christophori* zelo, & animarum conversionibus ab eo factis, ait: *Unus tantummodo* D. Christophorus Castellus *in solo sesquianni decursu octingentos trigintaquatuor, ac insuper anno subsequente centum supra mille baptismo regeneravit. Nec verbis postea recenseri facilè possent, quotquot ad Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta, quæ ibi pariter desueta omninò fuerant, frequentanda incenderit. Quot Satrapas a proposito vendendi subditos suos Mahometanis retraxerit. Quot homines flagitiosos, & sacrilegos a superstitiosis ritibus, veneficiis, rapinis, ebrietatibus; ex aliorum denique scelerum colluvie, malæque consuetudinis corruptela ad piæ, christianæque vitæ institutum revocaverit; doctrina, exemplo, prædicatione*. &c.

5 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C.R. in Elogio quod *Christophori* iconi apposuit, hæc de eodem exarata reliquit. *P. D. Christophorus Castellus, origine Genuensis, civis Panormitanus, Cl. Reg. singularis patientiæ, mansuetudinis, & charitatis vir. Votis nuncupatis ab Urbano VIII. P. M. ad convertendos Infideles, & Schismaticos in Orientem missus, Colchidis, & Iberiæ regiones, atque aspera Caucasi juga per quinque lustra peragravit; ubi conciliata barbarorum Principum sævitia, cùm plurimos verbi Dei prædicatione, & sacro fonte ad vitam peperisset, ipse sibi morbos incurabiles conciliavit, quibus diù excruciatus, ac demum in agonem actus, placidissimè obiit* 3. *Octobris* 1659.

6 JOSEPH SILOS C. R. superiùs citatus *in Historia Cler. Reg.* pluribus in locis tam secundæ, quàm tertiæ partis, *Christophori* præclara facinora, & merita in Deum, Religionemque Catholicam commemoratus, summis illum laudibus, & præconiis effert.

7 JOSEPH BARTOLOTTA Cisterciensis Monachus *in vita MS.* quam de *Christophori* gestis, & virtutibus concinnavit, eumdem qua vitæ sanctimoniâ, qua virtutum omnium culturâ, & præsertim ob zelum fidei summoperè celebrat.

8 INNOCENTIUS RAPHAEL SAVONAROLA Cl. Reg. in iconibus illustrium Virorum Theatini Ordinis, de eodem hoc Elogium exaravit.

CHRISTOPHORUS CASTELLUS
Clericus Regularis,
In laboribus plurimis, & in carceribus abundantiùs.
Emensis quatuor Orientalium Principum Regnis,
Catholici nominis, qua institutor, & qua restaurator,
Helenæ Persarum Reginæ Christiana in religione
Instructor, ac Rector.

CARMEN LATINUM
In CHRISTOPHORI laudem.

CHRISTOPHORUS *cupiens crucis vexilla per orbem*
Deferre, ad scopulos Colchidis usq. petit.
Illic mirificè linguis instructus Eois;
Cœpit apostolicum munus obire suum.
Hinc fidei zelo armatus vir rectus, & insons,
Æternæ vitæ semina ubique jacet.
Multa dein pietate flagrans, dat signa salutis,
Queis Colchorum ad se corda, animosque rapit.
Excurrit pede per montes, et devia queque:
Explanans populis dogmata sancta Dei.
Arguit errores Græcorum, & crimina carpit;
Exhortans plebē schisma abolere vetus,
Propterea insidiis persæpè petitus ab illis;
Sustinet intrepidè scommata, probra, minas.
Millenos hominum lustralibus abluit undis;
Cum quibus & Regum crimina cuncta lavat.
Tot tandem egit Christophorus *portenta stupenda,*
Ut meritò illum plebs crederet esse Deū.

CAR-

CARMEN ETRUSCUM, sive ODE

In ejusdem Viri laudem,

Quam Joachim Bona, & Fardella Arcadum, & Bonigustûs Academicus cecinit.

T*acete o sole Achee:*
Nè a la futura etate
Servan di specchio mai vostre follie:
Fra tanti Numi, e Dee
Se Alcide annoverate,
E' un voler occultar la luce al die:
In queste carte mie
Ammiri ognun le gloriose imprese
D'Ercol non finto, che immortal si rese.
Non già in Tebe ideali,
Da l'inganno tessute,
Ei le fasce fortì da Giove immondo:
Ma Trinacria i natali,
Ove alberga virtute,
Gli diè, per illustrar di glorie il mondo.
Da Genitor fecondo,
Che i freggi ereditò da gli Avi suoi,
Fu dato in luce infra i Sicani Eroi.
Nè al par del favoloso
Ercol, con man lattante,
Strozzò le serpi infra la cuna avvolto:
Ma Fanciullin vezzoso
Segni di trionfante
Allor vibrò dal suo celeste volto:
Poichè del vizio stolto
Calpestò le lusinghe, e pel sentiero
Di virtù drizzò il piè saggio, e severo.
Nè di robusta Clava,
O di pungente Telo
Armò la man per atterrar più Mostri:
Ma dove i rai vibrava
GAETANO dal Cielo,
Per campo elesse i TEATINI Chiostri:
Ivi, ne' dotti Rostri,
E ne' Licei alte scienze apprese;
Indi del merto in su la cima ascese.
E non sol di natura
Scrutinò la sua mente
Gli occulti arcani in cielo, in terra, e in (mare:
Ma intento a la Pittura,
Fè il pennello eloquente
Più che Zeusi, ed Apelle in opre rare:
Olocausto, ed Altare
Indi reso il suo core, alzò il desio
Di grado in grado, e si fè scala a Dio.
Alma ad amare avvezza
Vola sovra le sfere
Indagando il principio, ond'Ella venne:
Studio terren non prezza;
Ma cercando le vere
Sacre Dottrine, alza sul ciel le penne:
Tal CASTELLI mantenne
Su i globi de l'Empiro i lumi fissi,
Scrutinando di Dio gl'immensi abbissi.
Queste fur l'armi, e queste
Furon la Clava, e il Telo,
Che gli armarono il labro, e nō la mano:
Le velenose Teste
Dell'Eresia, che al cielo
Ergea culto profano
Egli recise, e riportò gran palme
Sovra i cori nell'Asia, e sovra l'almē:
Colchide, a le cui rive,
Tracciando il vello d'oro,
Scese Giason con gli Argonauti suoi:
Ove Medea nocive
Erbe colse, e un lavoro
Di prestiggi infernal formonne poi;
Il campo fu per voi
Sacre sponde del Tebro, ove si vide
Trionfare, pugnando, un vero Alcide.
Vincer Leon Nemèo,
O Menalio Cinghiale,
O il feroce di Creta orribil Toro;
Fu debile trofeo,
Trionfo a lui ineguale,
Sognato applauso, e favoloso alloro:
Straggi, affanni, e martoro
Ebber da lui lo Scisma, e l'Eresia;
E dell'empio Macon la setta ria.
Quante, oh quante dal cupo
Baratro de l'Inferno
Anime trasse, e ridonolle al cielo!
Urlò di Stige il Lupo,
Crollar gli antri d'Averno
Al tuon del labro suo pien d'alto zelo;
E da l'Empireo velo
Vibraro al cenno suo crinite stelle
Strisci di fiamme a incenerir Babelle.
Nè al par di quel lascivo
Pastor fu, che col dono
D'un pomo Elena ottēne; ond'Ilio n'arse:
Ma con lume giulivo,
Per lui di Persia in Trono
Altr'Elena real più bella apparse;
Poi, che sul crin le sparse
L'onda sacra, e n'ottēne intiero acquisto;
A Maometto la tolse, e diella a Cristo.

Bugia misteriosa
Fu il dir, che il vecchio Atlante
Vacillò in sostener del cielo il pondo;
E che a la faticosa
Alta soma stellante
Alcide sottentrò lieto, e giocondo.
Il vacillante Mondo
A forza d'eloquenza Egli sostenne,
E immortal serto in su le isfere ottenne.
Misterioso ancora
Fu il dir, che l'Oceano
Fosse in Abila, e Calpe un dì inceppato;
E che drizzar la prora
Di là più oltre invano
Qual sia audace Nocchier abbia tẽtato.
Ercole fortunato
Nella Georgia El fu, che mentre visse
Il non più oltre al suo gran merto affisse.
Ma che non fa l'Invidia?
La Calunnia, e la Frode
Che non osano mai contro Virtute?
Da barbara Perfidia
Nemica de la lode
Combattuto Egli fu con armi astute:
Ma restarono mute
Quelle furie d'Averno, e intanto scorto
Dal ciel, fra le tẽpeste, Ei giunse in porto.
Giunse in porto, ma questo
Di marmi lastricato,
O da l'onde bagnato Egli non vide:
Ma di stelle contesto,
D'immensa luce ornato
Era, ove stabil giorno esulta, e ride.
Così la gloria arride
All'Vom giusto, che sprezza il mondo rio:
Lascia il corpo a la terra, e posa in Dio.
Così CASTELLI il forte
Vero Alcide Sicano
Di palme onusto sen volò sul Polo;
Nè l'uccise la Morte:
Ma il ferì con sua mano
L'Arcier Divin, che assiem se'l trasse a volo.
Tra quel beato stuolo
Godrà sempre di luce eterni abbissi:
Poichè un Sol di virtù non teme Eclissi.



CLEMENTIS FICARRÆ
Clerici Regularis, J. U. Doctoris
ELOGIUM XV.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Bibliothecæ Siculæ fol. 141.



CLEMENS FICARRA Clericus Regularis, Julii Cardinalis Mazarini sobrinus, natus anno 1606. parentibus genere, & virtute clarissimis, Juris prudentiæ operam dedit, & Doctoris laureâ donatus, Messanæ causarum Patronum egit non sine laude. At spretis sæculi illecebris, anno ætatis suæ 27. Clericorum Regularium institutum amplexus est 7. Junii 1633. & solemnia emisit vota Panormi 8. Octobris 1634. Doctrina, & virtutum ornamento effulsit: gravioribus enim scientiis addictus, sub clarissimo P. D. Hieronymo Matranga, (de quo infra) in doctissimum virum efformatus est; ideoque magno cum discipulorum progressu severiores Philosophiæ, ac Theologiæ disciplinas alios docuit, Doctrinam regularis observantiæ studio insigniter illustravit; ideoque perspecta exemplaris vitæ suæ ratione, diù adhibitus est ad informandos Ordinis sui tyrones. Prudentia, zelo regularis disciplinæ, vitæ innocentia, virtutibusque munitus, ad altissimæ perfectionis fastigium pervenit. Romæ, ubi diù vixit, Dynastas, Præsules, ac S.R.E. Cardinales in sui venerationem traxit. Domum Romanam S.Andreæ Præpositi munere rexit; bis in Generalem Ordinis Consultorem assumptus est: ac dum Romæ vixit semper omnium venerationem promeruit; ibique tandem numeris omnibus absolutus, decessit 2. Martii 1683. relicto sodalibus suis insigni virtutum exemplo.

Edidit ex Mongitore

De Fama Tractatum Theologico-Moralem partem primam. Romæ typis Ignatii de Lazaris 1671. in fol.

Paraverat partem secundam, quam MS. reliquit.

SYL-

SYLLABUS
Auctorum, qui de CLEMENTE FICARRA encomiasticè loquuti sunt.

1 ANTONINUS MONGITORE mox superiùs laudatus *in Historia Eccles. Urbis Panormi cap. Eccl. S. Josephi*, Clementem, qua doctrina, qua vitæ probitate, & integritate spectatissimum, inter illustres viros præfatæ Divi Josephi Domûs reponit.

2 CAJETANUS MARIA N. N. C. R. in Elogiis Theatinorum Patrum, quæ in claustro memoratæ S. Josephi Domûs cernuntur, sequens Elogium *Clementis* iconi adscripsit, quod sic habet. *P. D. Clemens Ficarra Cl. Reg. Panormitanus, Jurisconsultus celeberrimus, doctrina, & virtutum moralium splendore maximè enituit. Qui Romam accersitus, ob eximias animi dotes, morum suavitatem, vitæque probitatem, semel in Præpositum S. Andreæ de Valle, & bis in generalem Ordinis Consultorem assumptus est. Quibus in muneribus cùm omnium amorem, venerationemque sibi conciliasset, senio confectus, ibidem decessit 2. Martii 1683.*

3 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Cl. Reg. in libro *de divino Officio, & Choro opusc. 2. disquisit. 6. fol.* 168. de eodem ait: *P. D. Clemens la Ficarra nostri Ordinis religiosissimus senex.* Et *disquis. 8. fol.* 189. subdit: *P. D. Clemens la Ficarra vir probatæ admodum virtutis.* Item *in vita Caroli de Thomasiis n.* 13. recensens ipsius amicos, inquit: *Duo præsertim illi ob morum similitudinem accceptissimi erant*, P. D. Clemens Ficarra *Cardinalis Julii Mazarini sobrinus, summus illi amicus, & intimus, & P. D. Franciscus Maria Chituri*. &c.

4 FRANCISCUS PAPARECTUS Curatus S. Mariæ in Cosmedin judicium proferens libri *de Fama*, quem *Ficarra* Romæ evulgavit, ait: *Volumen illud esse inemendabile; nam Auctor ad selecta fundamenta speculativæ Theologiæ morale ædificium famæ construens, adeò de fama generatim est benemeritus, ut hæc illius propriæ theatrum ad æternitatem extulerit, cùm nemo de fama scripserit satiùs.* Unde memoratus Franciscus Maggius alludens ad præfatum opus *de Fama*, ita eruditè cecinit.

De Fama hic scripsit, cuditque insigne volumen:
Virtutum fama, nobiliorque fuit.

5 HIERONYMUS VITALIS, & BONIFACIUS BAGATTA Cler. Regulares *in vita relati Caroli de Thomasiis* pluries *Clementis* mentionem faciunt, quem sæpissimè ob vitæ probitatem, morumque suavitatem commendant.

6 Denique PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico Nobilitatis Siculæ, part.* 1. *fol.* 358. referens præclarum *Clementis* genus, nobilitatemque, illum citat, dilaudatque.

CARMEN LATINUM
In laudem
CLEMENTIS FIÇARRÆ.

Doctrina FICARRA *sacra ditatus abundè*
Non secus, ac Siculo Phœbus in axe micas.
In Te quippe Dei, morumque scientia mirè
Cernitur, & splendet lex utriusq. fori.
Ad te doctiloquus sapientûm confluit ordo,
Confluit & supplex voce frequenter herus.
Hic tibi, quæ ad mores spectant, & crimina pandit,
Illi responsum, consiliumque petunt.
Respondes cunctis, cunctis tua oracula præbes
Nō aliter sanè ac Delphicus ille tripus.
Hoc tamen haud miror, miror quod convolet ad te
Non minus ac dives, doctior atq. rudis.

CARMEN ETRUSCUM
JOACHIM BONÆ, & FARDELLÆ
In ejusdem Viri laudem,
In quo alluditur ad ipsius opus morale *de Fama*.

Presso una Tomba, ov'Vom giacea sepolto
Vidi la Fama un dì mesta, e piagnente:
Il

Il cui sembiante in bianco marmo scolto
Nel mezzo a la grand'Urna era pendente.
A Lei chiedo chi fosse, ed Ella (sciolto
Un sospiro dal sen) disse: è CLEMENTE,
CLEMENTE *Eroe Sican. Le luci attente,*
Per saper qual'Ei fu, fissa in quel volto.
Indi soggiunse: Le più degne imprese
De la mia tromba in quel volume & scrisse,
E tromba di mestessa allor si rese.
Perciò qui l'ali mie, tarpando, affisse;
Nè bisogno ha di me. Si fe palese
Da se stesso nel Mondo allor che visse.

E

EMMANUELIS CALASCIBETTÆ Clerici Regularis *ELOGIUM XVI.*

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Bibliothecæ Siculæ fol. 174.



EMMANUEL CALASCIBETTA Platiensis Cl. Reg. pietate, ac doctrina conspicuus, Regulare Institutum amplexus anno ætatis suæ 13. die 23. Augusti 1635. solemnia emisit vota Panormi 2. Februarii 1637. Exacto studiorum curriculo, ab ipso ætatis flore animarum zelo æstuavit; ideoque, eodem instante, a sacra Congregatione de Propaganda fide anno 1648. Apostolicus Missionarius cum aliis electus est, ut Evangelii facem in Orientalem Iberiam deferret, teste Josepho Silos *in hist. Cler. Regul. par. 3. lib. 9. pag.* 362. Sed cùm a nonnullis impedimentis ea expeditio, Superiorum nutu, fuisset dissoluta, animi ardorem detegere haud neglexit. Gravioribus disciplinis excultus, Theologicâ doctrinâ eminuit: sed ferventiùs pietatis studia sequutus, absolutissima perfectione cumulatus effulsit: aliosque in spirituali itinere sanctè direxit. In Hispaniam ablegatus apud Regiam Aulam, ac Magnates nedum doctrina, verùm etiam vitæ integritate, ac animarum zelo insignis effloruit, multaque ad pietatem fovendam instituit. Inter alia non prætermittam, quod ibi lethali oppressus morbo, dum animam ageret, contra Medicorum sententiam, Divæ Rosaliæ ope pristinæ valetudini mirabiliter restitutus fuit, recurrente die anniversariæ solemnitatis ejusdem 4. Septembris: ideoque in grati animi significationem Sacellum nobilissimum Sanctæ Rosaliæ excitavit in templo Matritensi Sancti Cajetani Cler. Regularium, quod solemni ritu, ac pompa dicari, ac ejusdem Sanctæ Virginis festum institui curavit; ibique adhuc singulis annis regia magnificentia festum, unà cum octava ab ipso Catholico Rege, Regii Consilii Proceribus, aliisque Dynastis celebratur, ut ex Epistola nuncupatoria Vitæ D. Rosaliæ ab ipso Emmanuele conscriptæ, & ex relatione ab Hispanis viris accepta compertum est. Præpositi munere domum Matritensem rexit. A confessionibus fuit Vitaliani Vicecomitis Borromæi Ephesini Episcopi, exinde S. R. E. Cardinalis, tunc apud Catholicum Regem Sanctæ Sedis Nuntii, ac etiam præcipuorum Magnatum. Ob egregias virtutes, vitæque sanctimoniam, quibus ubique enituit, omnium venerationem promeruit. Regularis disciplinæ studiosissimus, singularium virtutum exempla reliquit. In corpus præsertim suum miris pœnitentiæ legibus sæviit. Erga Sanctissimam Eucharistiam obsequentissimus, qua doctrina, qua exhortatione quotidianam communionem magno cum animarum fructu excitavit. Corporis, & cordis puritatem servare studuit, ac summoperè curabat, ut alii Deo se dicarent, Regularium Ordinibus mancipati. Demum Matriti non sine sanctitatis opinione decessit primo Novem-

vembris 1673. Funus magno populi nobilium, ac aulicorum concursu celebratum: ac de ipsius virtutibus inter missarum solemnia funebrem orationem dixit P. D. Hieronymus Vigintimillius Cler. Reg. postea Episcopus Liparensis. Ejus vestes a confluentibus discissæ, ut veluti sancti viri reliquias servarent.

Edidit hispanicè ex Mongitore

Enseñanzas espirituales, over Dios te de Dios. Matriti apud Thomam Sanchez 1648. in 16.

Oracion Jaculatoria. Ibidem apud eumdem 1648. in 16.

Vida del glorioso, y bien avventurado P. S. Gaetano Tiene. Ibidem apud Paulum de Vidal 1653. in 4.

Coronacion Real, Sermon Panegirico en applauso de la profesion solemne, que hizo dia de la Ss. Trinidad Sor Rosalia Maria de la Trinidad Carmelida descalça en la Villa de Caravacca. Ibidem apud eumdem 1665. in 4.

La Rosa de Palermo antidoto de la peste, y de todo mal contagioso S. Rosalia Virgen esclarecida, fina amante de Jesus, que vivio Anacoreta, y solitaria en los desiertos. Su celestial vida la escrive el R. P. D. Manuel Calascibetta. Ibidem typis Bernardi Villadiego 1668. in 4.

SYLLABUS

Aliquorum Auctorum, qui de EMMANUELE CALASCIBETTA honorificè meminêre.

JOSEPH SILOS Cl. Reg. *par.* 3. *Historiæ Cler. Regul. lib.* 12. *fol.* 562. brevi Elogio plura complexus, ait: *Emmanuel Calascibetta, Platiæ, quæ Urbs est in Sicilia, natus, Panormi religiosæ disciplinæ tyrocinium posuit, ac vovit die Februarii secundo* 1637. *pietati, ac regulari observantiæ, formandisque etiam aliorum moribus addictus. In Hispaniam amandatus, Matritensi nostro cœnobio præfuit*. &c.

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Cler. Reg. *de sacris Cæremoniis opusc.* 2. *disquis.* 21. *pag.* 189. loquens de ritu abluendi hospitum pedes, hæc de illo subdit: *Hunc ritum Matriti restitutum audimus a* P. D. Emmanuele Calascibetta, *Præposito, viro docto, animi integritate, pietateque, ac divini honoris zelo conspicuo*. . . .

NICOLAUS ANTONIUS *in Bibliotheca Hispanica part.* 2. *pag.* 353. ejusdem meminit.

CAJETANUS MAGENIS Cl. R. *in vita S. Cajetani part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 37. *&* *part.* 2. *cap.* 9. *pag.* 452. illum pluries citat, & laudat.

CARMEN LATINUM

In ejusdem Viri laudem.

Te celebrant alii mitem, nullique secundum
Proclamant cathedræ, rostraque sacra simul,
Tanta tibi est pietas, morum innocentia, candor,
Ut superes multos relligione viros.
Eloquio miro pollens, sacra verba frequenter
Spargis, queis blandè ferrea corda quatis.
Hinc resonante Tui fama, pia buccina cœli
Diceris, & meritò: crimina namque fugas.
Quonam te magno compellem nomine laudum,
Omne etenim nomen Te minus esse puto.
Pluribus extollant alii Te laudibus; ipse
Expediam paucis omnia: vir pius es.



FRAN-

F

FRANCISCI BUSCELLI

Clerici Regularis, J. U. Doctoris eximii

ELOGIUM XVII.



RANCISCUS BUSCELLUS Panormitanus, parentibus Alphio Buscello ex Baronibus de Serravalle, & Angelica Riera natus, generis nobilitatem literarum splendore illustravit. Jurisprudentiæ laureâ donatus, adeò doctrinâ, & eruditione inclaruit, ut inter primarios Jurisconsultos, & causarum Patronos omnium consensione fuerit recensitus. Ideoque exigentibus ipsius promeritis ad nonnullos honorum gradus evectùs refulsit. Nam semel in Panormitano Prætorio sedit quâ Judex, semel etiam Magnæ Regiæ Curiæ subsellia tenuit. Annum agens quadragesimum, Joanna lectissima ejus uxore ex præclara Morsiorum familia Marchionum Gibellinæ, viduatus; mundo nuncium remisit: & abjectâ togâ Clericorum Regularium institutum capessivit Panormi in ædibus S. Josephi anno superioris sæculi 1614. die 1. Octobris, ubi solemni votorum sacramento Deo se dicavit 2. Februarii die 1616. In Religione omnibus ferè virtutibus, quæ virum decent ecclesiasticum, ac Deo mancipatum, ornatus, ceu bonorum exemplar enituit. Nihilque magis ipsi antiquiùs cordique fuit, quàm mundi hujus contemptus, & despicientia sui. Hinc austerissimum vitæ genus aggressus in se, suumque corpus, tum nocturnis vigiliis, carnisque maceratione, tum denique jejuniis, ciliciis, & flagris insævììt. Prægustatus supernarum illustrationum delicias, per integras sæpè horas in cœlestium rerum contemplatione detinebatur. Animarum lucris inhians, sedulam impendit operam in piacularibus audiendis fidelium confessionibus, in regendis sodalitiis, & in subveniendis proximorum miseriis: Romam a Moderatoribus accersitus, ut in illa nationum Metropoli ipsius virtus inclaresceret, cùm inibi per aliquot annos, qua doctrinâ, qua vitæ probitate cunctis præluxisset, ac non exigua per id tempus sanctimoniæ documenta præbuisset, laboribus, & pœnitentiis attritus, fatis ibidem cessit 30. Aprilis 1627. ætatis suæ 53.

Ipsius laudes affert eruditissimus Antoninus Mongitore *in sua Bibliotheca Sicula tom. 1. fol.* 210. Ubi ex defectu fortassis notitiarum recensere *Francisci* honorum gradus, ejusdemque ad Clericos Regulares cooptationem prætermisit; quod certè haud fecisset, si præ manibus habuisset librum Professorum Theatini Ordinis.

Edidit ex laudato Mongitore *loco cit.* antequam Theatinæ disciplinæ mentem conciperet

Allegationes pro Porsia de Regio contra Spect. Jacobum Siracusa. Panormi 1610. in fol. suppresso typographi nomine.

CARMEN LATINUM

In ejusdem Viri laudem.

Tot donis, Francisce, *micas, meritisque coruscas,*
Ut magnum Te omnes ritè vocare queat.
Virtutes cingunt sertis tua tempora sacris,
Undique te exornant Gloria, Gesta, Decor.
Eximius legum cultor, sacra jura tueris,
Quæ te olim fuerant, Judice, tuta magis.
Ergo quid mirum in laudes incumbere famam,
Teque adeo excelsa ducere in astra viâ?
Magnificum, ingenuumque virum elatura per orbem
An ne erit in laudes prodiga fama tuas?
Sed faciat quod fama velit: Tu vincere famam
Ore silendo doces gesta decora nimis.

FRAN-

FRANCISCI LUCCHESII
Clerici Regularis
ELOGIUM XVIII.



RANCISCUS LUCCHESIUS Panormitanus ex Marchionibus Casalis-Gerardi, patre Francisco Lucchesio Duce, & Catharina Alagona matre natus, adolescens annorum quatuordecim Theatinæ Congregationi se devovit Panormi 2. Augusti 1642. sed mox posito Romæ in Quirinali Domo S. Sylvestri regularis disciplinæ tyrocinio, ibidem solemni ritu Deo se consecravit 8. Maji 1644. Decursis cum ingenii laude studiorum spatiis, doctrinaque abundè cumulatus, sacras in primis literas e suggestu explicavit, concionatusque est per anni ambitum, & in Adventûs festis diebus nonnullis annis. Admotus deinde tyronum, ac studiosæ juventutis institutioni, sedulam in formandis illorum moribus, iisdemque ad perfectionis regulam dirigendis operam impendit: e quibus nonnulli fuêre quâ vitæ integritate, quâ virtutum cultura summoperè commendandi. Religiosæ disciplinæ, ac veteris instituti sui moris adeò studiosissimus extitit quoad vixit: ut cùm Præpositi munere sodales suos in præfatis Divi Josephi ædibus regeret, atque Siciliæ Visitatoris officio fungeretur, illa præ viribus suis promovere nunquam destiterit: quod & fecit insuper quâ Senior, ac Decanus. Divino cultui, ac domûs Dei nitori, sive magnificentiæ addictus, Ecclesiæ Sacrarium exornandum, domesticam Bibliothecam dilapsam restituendam, augendamque curavit. Sacrorum rituum observantiam apud suos promovere maximè studuit. Hinc cæremonias sacras in divinis officiis, & ecclesiasticis functionibus obiri a cunctis religiosis viris, omni quâ par erat solertia, & modestia satagebat. Religionem erga Deum, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum fovere, & augere cupiens, omnem omninò curam adhibuit, ut ea altiùs fidelium animis insculpta firmiùs uniuscujusque menti hæreret; idque potissimùm præstitit, cùm nimirum Sanctissimi Sacramenti Sodalitium adgubernavit: tunc enim singulos Sodales ad venerandum tam inæstimabile divini amoris pignus, & excellens charitatis opus assiduis sermonibus, ac ignitis colloquiis adhortatus est. Denique annis gravis, & viribus penè consumptus, expleto octogesimo septimo ætatis suæ anno, Panormi extremum diem obiit 2. Octobris 1714.

Mentionem ipsius faciunt ANTONINUS MONGITORE *in Biblioth. Sicula tom. 1. fol.* 220. Item *in Hist. Eccles. Urb. Panormi cap. Eccl. S. Josephi*, & FRANCISCUS MAGGIUS *in suis sermonibus de vita, & morte S. Cajetani c.6. pag.*49.

Ex ejus calamo habes *in Galateo Religioso* memorati Francisci Maggii

Syllabum clarorum virorum, qui de Francisco Maria Maggio, ejusque operibus honorificè meminère, alphabetico ordine digestam.

Epistolam latinam ad P. D. Hieronymum Maggium Matriti commorantem.

Item *Epistolam nuncupatoriam ejusdem Galatei Joanni Roano Archiepiscopo Montis Regalis.*

CARMEN HENDECASYLLABUM

In ejusdem Viri laudem

Ab Emmanuele Filingerio Imperialis Collegii Convictore, Academico Boniguftûs, conscriptum.

Nunc dico lepidos sales, jocosque
Francisci, ut maneat perenne nomen:
Franciscus superis, Deoque carus,
Jucundus Patriæ, & suis propinquis,
Nostrûm deliciæ, decusque morum:
Qui plus nos oculis suis amabat;
Qui vixit bene, sobriè, & pudicè;
Et cultor fuerat pius Deorum:
Qui mundi bona, qui beatiores
Gazas unius æstimavit assis.
Hic dignus salibus, facetiisque,
Dignus versiculis, meisque jambis.
Francisci ut maneat perenne nomen
Nunc dico lepidos sales, jocosque.

VENERABILIS
FRANCISCI MARIÆ MAGGII
Clerici Regularis, Missionarii Apostolici apud Colchos, & Iberos

ELOGIUM XIX.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Bibliothecæ Siculæ fol. 219.



RANCISCUS MARIA MAGGIUS Panormitanus Ordinis Clericorum Regularium decus, & ornamentum, a doctrinæ splendore, vitæ sanctimonia, ac egregiis editis facinoribus undique venerabilis. Præclariora ejus gesta in pauca contraham, ac cursim delibabo, cuncta enim laudabiliter patrata justum volumen explerent. In lucem editus Panormi anno 1612. natus ex Barthola Maggio Jurisconsulto satis docto (qui omnis doctrinæ suæ vires in pauperes propugnandos impendit, ac non sine sanctimoniæ fama decessit) & ex Vincentia Ivеglia, eximiæ probitatis muliere, celeberrimi Hieronymi Ivegliæ filia. A teneris adhuc annis sanctè educatus, inde claram ingenii indolem humanioribus literis admovit. Divino impellente spiritu Ordini Clericorum Regularium nomen dedit Panormi in æde Divi Josephi 15. Junii 1631. ubi solemnia emisit vota 17. Octobris 1632. Cùm in regulari observantia, & virtutibus egregiè profecisset, sub eximia Venerab. P. D. Petri Giardina Panormitani, viri sanè apostolici, disciplina; exactis cum ingenii præstantissimi laude Philosophicis, & Theologicis spatiis, in animarum salute promovenda mirificè exarsit; ac ut omnes animi sui vires hoc in negotio admoveret, ferventissimis precibus enixè petiit; ut ad Missionem Orientalis Iberiæ admitteretur, ac obtinuit: a sacra enim Congregatione de Propaganda Fide unà cum aliis electus anno 1636. ut Provinciam illam Clericis Regularibus non multò antea demandatam excoleret. Hinc ex Italia solvens in illa Apostolica expeditione, per immensos itinerum labores, cum nivium sævitia, cœli inclementia, viarum incommodis, ac Barbarorum vexationibus colluctando, tandem in Orientales plagas, nempè Iberiam, Syriam, Arabiam, Persidem, Armeniam, Colchidem, aliasque remotissimas regiones, usque ad inospitas Caucasi rupes infracta animi constantia penetravit. Ut omnibus prodesset linguarum orientalium leges, quæ in Georgiæ regionibus, & apud Turcas, Arabesque audiuntur, magno labore didicit, ac perfecit. Ibi diu, noctuque immensis exantlatis laboribus, uberrimam animarum messem collegit: innumeros enim in fide Evangelii prædicatione roboravit, instruxit: multos Baptismatis aquis regeneravit: multorum errores detexit: doctissimis disputationibus multorum hæreses expugnavit. Goridem præsertim, Colchidem, Gurielem, ac omnes Georgiæ Provincias excurrendo, Evangelii face incolas, ignorantiæ tenebris involutos, illustravit; ac integram quandoque Provinciam ad catholicam veritatem perduxit. At quę apostolicus sanè vir in difficillima missione ad animarum profectum, & veri Numinis gloriam sæpè cum magno vitæ discrimine perpetravit, ne instituti mei limites excedam, prætereo. Hæc leges apud Josephum Silos *in hist. Cl. Regul. part. 3. lib. 5. pag. 150. & seq. lib. 6. pag. 175. & seq.* Archangelum Lambertum in libro *Colchide Sacra cap. 37. pag. 317. & seq. & cap. 42. pag. 344. & seq.* & præcipuè apud Bartholomæum Ferrum eruditione, & doctrina eximium *in hist. Miss. Cl. Reg.* nuper edita, qui latè omnes Maggii labores enarrat, præsertim *tom. 1. lib. 2. cap. 24. pag. 265. cap. 26. a pag. 283. & seq. cap. 27. a pag. 288. & seq. cap. 28. a pag. 302. & seq. lib. 2. cap. 6. pag. 384. & seq. a 389. & seq.* Sed cùm ibi quinquennio moram protraxisset, ad animarum lucra ferventissimè intentus, superiorum jussu Theodosiam missus, ut ea in Urbe Cler. Regul. domicilium excitaret; hac ex causa Constantinopolim digressus est, ubi ab Ordinis Generali, & a Sacra Congregatione de Propaganda Fide jussus est, ut se sisteret, & domum pro Clericis Regularibus vel ibi degentibus, vel eò transeun-

euntibus, fundaret unà cum Angelo Vericello Cler. Regul. viro celeberrimo. Ibi ab Aloysio Contareno præclarissimo, piissimoque viro, pro Veneta Republica ad Turcarum Imperatorem Oratore, honorificè pertractatus est: cui cùm novus successisset Orator, Religiosorum hominum minimè studiosus, non modò domum, quam excitandam curabant, non permisit, verùm etiam *Maggium*, & Vericellum Italiam repetere coegit. Hæc vera causa, quod in Italiam magno animi dolore *Maggius* regressus sit; non ex diuturno morbo ibi contracto, ut ex falsa relatione literis mandavit Joseph Silos *in Hist. Cler. Reg. part. 3. lib. 12. pag. 566.* (quem sequitur Ferrus citatus *lib. 2. cap. 6. pag. 389.*) nam hujus lapsum ipsemet *Maggius* notavit *in epist. ad Lectorem*, quam in opere *de sacr. Ceremoniis* præfixit *num. 7.* & P. D. Franciscus Maria Lucchesius in calce *Galatei Religiosi* ipsius *Maggii pag.* 497. Hinc Messanam cùm pervenisset, Romam a Sacra Congregatione accersitus, ejusdem jussu volumen linguarum Orientalium (in quarum studio egregiè profecerat) ad Evangelii præconum utilitatem typis tradidit, magna nominis sui celebritate. Inde totus fuit in promovendis Ven. Ursulæ Benincasa Cœnobiis, eaque impigrè omnibus animi sui nervis excitare curavit. Hinc immenso labore, & non rarò multis adversantibus oppugnationibus, ejus opera fundatum est Panormi Monasterium S. Juliani Monialium Theatinarum anno 1651. & Neapoli etiam Eremum Virginum Theatinarum: idque ipsius precibus, ac studio regia ædificiorum magnificentia omnibus numeris absolvit anno 1669. D. Petrus Aragona Segorbæ Dux, Neapolitani Regni Prorex, cujus noster *Maggius* Theologus fuit, ac a sacris Confessionibus, & ab eo singulari æstimatione prosequutus. Secessui etiam duodecim Patrum Clericorum Regularium, qui ipsum Monialium Eremum moderantur, supremam imposuit manum: ibique omnibus sæculi curis solutus diù vixit, in cœlestium rerum contemplatione defixus, & ad angelicam vitæ perfectionem Cœnobium direxit. Monteregali in Sicilia etiam ejus industria domum Virginum Theatinarum exordium obtinuit. In oppido etiam Siculo Palmæ Monasterium sub instituto S. Benedicti fundatum, prudentissimis editis Constitutionibus instruxit, eximiis perfectionis regulis erudivit, ac ad virtutum omnium studium incendit. Egregiis, sanctissimisque virtutibus animum instruxit, quibus ad absolutissimum perfectæ vitæ fastigium ascendit. Humillimos præsertim animi sensus enutrivit, ideoque ab omni dignitate mirificè abhorruit: & nonnisi obedientiæ vi coactus Visitatoris munus, & Syracusanæ Domûs Præpositum egit, ubi Sodalitium Divini Amoris excitavit. Cæterùm Superiorum jussu tyronibus, ac Ordinis junioribus instituendis Panormi, Neapoli, & Romæ ferè semper incubuit. Etsi meritis exigentibus ad sublimiora vocatus, omnia constantissimè recusavit. Petrum Aloysium Carafa S. R. E. Cardinalem, qui ut ad aliquam dignitatem promoveretur, strenuè adnitebatur, a proposito dimovere instantissimis precibus curavit. Consultoris Generalis honori in Ordine suo, ac Episcopali Infulæ in Regno Neapolitano Nuncium remisit. Nil illi antiquiùs, quàm studium dilatandi divini Nominis gloriam: charitatis enim igne semel succensus, cælesti semper æstuavit amore. In proximorum salute promovenda mirificè exarsit, & formandis hominum moribus omnes ingenii vires addixit: ad virtutes in fidelium pectoribus excitandas, ac fovendas, libros cælesti sapientia, sacra eruditione, ac asceticis documentis instructissimos edidit. Divini verbi prædicatione animarum negotia promovere curavit. Hæc autem ea animi contentione protraxit, ut nec senio gravatus a sacrorum librorum scriptione, & a divini verbi prædicatione cessaverit: & tunc scriptionis, ac prædicationis finem fecerit, cùm paucis ante obitum diebus lethali morbo affectus est. In Virginem Deiparam obsequentissimus fuit, eamque suam magnam Dominam frequenti appellatione vocabat. De ea multa scripsit, multaque ad ejus gloriam amplificandam patravit. Ab editis libris, a virtutibus præclarissimis,

mis, quibus longè, latèque refulsit, celeberrimus in sui venerationem omnes excitavit, tum inter Barbaros, tum etiam Panormi, Neapoli, & Romæ, ubi majus vitæ spatium traduxit. Summa enim doctrinæ, & sanctimoniæ opinione valuit apud Præsules, Principes, Dynastas, Regnorum Moderatores, Ordinis sui Generales, ac nonnullos S. R. E. Cardinales, apud quos magno æstimationis pondere valuit; ejusque consuetudinem adamare, consilia exquirere, ac amicitiæ ipsius vincula expetere studiosissimè curarunt. Tandem cùm Panormum remeasset, in Divi Josephi Templo singulis festis diebus magna populi frequentia conciones habuit: ac licèt instarent multi, ut de more sacras literas explanaret; attamen de Propositis ad mortem sanctè obeundam semper verba dixit. Idque eo consilio, ut seipsum ad mortem pararet, quam semper sibi proximam proponebat, & non sine rationis pondere conjectare licèt, superno lumine de morte vicina præmonitum fuisse. Hinc statim ac D. Ferdinandus de Bazan ad Ecclesiam Panormitanam regendam venit, nostrum *Franciscum* accersivit, ut ejus consilio gubernii sui exordia rectè institueret: at ipse cùm gratias optimo Præsuli egisset, humillimè, ut excusationem admitteret, petiit; non enim ad opportuna suggerenda tempus adesse, ait: ac paucis elapsis diebus cùm graviter ægrotasset, sanctè, ut vixit, vitam absolvit Panormi 12. Junii 1686. Ejus sanctimoniæ fama magnum populi concursum evocavit; ac triduo insepultus jacuit, ut omnium vota expleret. Cùm autem ejus imaginem pictor exprimeret, admirabili sudore faciem perfusam animadvertit, & illicò Urbem Terræmotus, non sine omnium metu concussit. Biennio antequam ex hac vita migraret, ex summa animi humilitate, & cordis contritione sequens Epitaphium sibi conscripsit, quod legitur in ipsius Propositis bene moriendi *propos. 5. pag. 51.*

QUid juvat, o Hospes, si plura volumina scripsi?
Dum mihi dissimilis vita, stylusq. fuit.
Acriter explosi vitia, insectabar abusus:
Sed tamen ipse excors, atque scelestus eram.
O utinam, fletu, mea crimina cuncta luissem;
Sæpè gemens, me non semper amasse Deum.
Comminuisse mihi cor, membra, ac ossa dolorem,
Vellem: dispereas, ne scelus ipse patrem.
Quam mihi gauderem, si vita exculta fuisset!
Non stylus, ac calamus, sola sed acta juvant.

Ejusdem ad Deum protestatio ante obitum suum.

TE offendisse Deum doleo super omnia, promptus
Ecce mori, & pœnas ferre quot ipse jubes.
Non mereor cœlum, stygiis, sed ab ignibus uri:
Nec mea me quidquam scripta, vel acta juvant.
Tartareis flammis si vis me addicere nequam;
Justus es: haud renuo, nec tua jussa queror.
Sed si luce frui empyrea largiris; id esset
Quanta Dei pietas, quàm miserentis opus!
Attamen ut fiat, cupio, tua, Christe, voluntas;
Æternùm ut tibi sit gloria, & omnis honos.
Non peto delicias, non quæro laudis, honores,
Non epulas; sperno quidquid & Orbis habet.
Terrenis spolier: decedam nudus: amemque
Non homines, sed te supplice corde Deum.
Perpetuòque fleam, quòd te non semper amarim;
Vivensque ac moriens execrer omne malum.
Digna Dei Mater concepta, ò criminis expers,
Adsis cùm morior, tum mihi cōfer opem.
Quod verò in cœlum admittar, vel trudar in orcum;
Id volo, & amplector quod tibi, Christe, placet.

Quæ

Quæ ſcripſit doctiſſimus, atque fœcundiſſimus *Muggii* calamus ex citato Mongitore, & ex Franciſco Luccheſio *in Galateo Religioſo propè initium*, hæc ſunt, nempe:

1 *Syntagmata linguarum Orientalium, quæ in Georgiæ Regionibus audiuntur. Liber primus, complectens Georgianæ, ſeu Ibericæ vulgaris linguæ Inſtitutiones Grammaticales.* Romæ typis Sacræ Congreg. de Propaganda Fide 1643. in fol.

2 *Syntagmata linguarum Orientalium. Liber ſecundus, complectens Arabum, & Turcarum Ortographiam, & Turcicæ linguæ Inſtitutiones.* Ibidem 1643. in fol. & iterum ex eadem Typographia 1670. in fol. ut habemus ex Diario Literatorum Romæ edito anno 1670. ubi *pag.* 59. haud parum opus celebratur.

3 *De ſacris Cæremoniis circa Domum Dei decorem, Salutationem Angelicam, & Eccleſiaſticam honeſtatem, diſquiſitiones Rituales, Morales, Aſceticæ, & ut plurimum novæ.* Panormi typis Andreæ Colicchiæ 1665. in fol.

4 *De ſacris Cæremoniis obiri ſolitis in Dei Templis, ac Monaſteriis, præſertim in divino Officio, & Choro, diſquiſitiones Rituales, Aſceticæ, & ut plurimum novæ.* Ibidem typis Auguſtini Boſſii 1666. in fol.

5 *De SS. Pontificis Pauli IV. inculpata vita, diſquiſitiones Hiſtoricæ clarorum Scriptorum e Societate Jeſu teſtimoniis explicatæ. Tomus primus.* Neapoli typis Novelli de Bonis 1672. in fol.

6 *De Ritibus incolendæ ſolitudinis, ſive recollectionis in ea ad dies aliquot ſpiritualibus exercitiis obeundæ, diſquiſitiones Aſceticæ. Tomus alter.* Ibidem apud eumdem 1675. in fol.

7 *Galateus Religioſus actus dedecentes, & indecoros enumerans, ab omni ſacro Deo Homine eliminandos.* Panormi apud Coppulam 1684. in fol.

8 *De iis, quæ Religioſis Ordinibus, Eremitici, ſive arctioris Cœnobii conſtructionem ſuadent, diſquiſitiones Parenticæ. Pars prima.* Romæ typis Ignatii de Lazaris 1661. in fol. Hujus operis pars ſecunda apologetica, in qua omnia a tepidis Religioſis contra hæc Cœnobia objecta, vana eſſe demonſtrantur, ſervatur MS. cum aliis Auctoris operibus etiam MSS. Panormi apud Clericos Regulares.

9 *Roſarium B. Mariæ Virginis, juxta Sanctorum Evangeliorum Hiſtorias, & alia Sacrarum Scripturarum loca, egregiè olim concinnatum, atque diſpoſitum, nunc verò Parergis aliquot, & animadverſionibus auctum. Quibus ut plurimùm, quidquid in eo de Deipara aſtruitur, ad ejus Immaculatæ Conceptionis fidem firmandam, & ſingulare adeò privilegium extollendum, Sanctorum Patrum, graviorumque Doctorum, præſertim PP. Prædicatorum calculis, explicatur.* Panormi apud Andream Colicchiam 1665. in 4. & Neapoli apud Novellum de Bonis 1676. in 4.

10 *Præſagia, & inſigniora aliquot Geſta Pontificum Romanorum, qui XVI. & XVII. ſæculo floruerunt.* Neapoli typis Novelli de Bonis 1677. in 4.

11 *Duodecim Stellæ B. Mariæ Virginis, ſive duodecim Privilegia ejus Immaculatæ Conceptionis, Sanctorum Patrum, graviorumque Doctorum calculis, explicata.* Neapoli apud eumdem 1676. in 4.

12 *Specialis, ac propria S. Cajetani, & ab eo conditi Ordinis Clericorum Regularium laus.* Neapoli apud eumdem 1674. in 4.

13 *Corona Stellarum duodecim, ſive duodecim Prærogativæ ferè inſigniores, ac ſingulares, quæ S. Cajetani caput, ejuſque Ordinem mirificè decorant, & illuſtrant.* Neapoli apud eumdem 1674. in 4.

14 *Rituale Theatinum Sanctimonialium, ac Virginum in Eremo, & Congregatione degentium ſub titulo Immaculatæ Conceptionis.* Antuerpiæ apud Jacobum Meurſium 1650. in 4.

15 *De Cœnobio Neapolitano Monialium Sancti Andreæ a Paulinæ Domûs Clericis Regularibus condito.* Panormi typis Alphonſi & Petri de Iſola 1646. in 8.

16 *Carmelus Marianus, ſive Carmelitana & Eliana Religio, a Deipara Maria Virgine quammaximis beneficiis illuſtrata.* Neapoli apud Novellum de Bonis 1677. in 8.

17 *Societas Jesu Mariana, sive a Deipara Maria Virgine insignioribus aliquot beneficiis mirificè præstitis, illustrata.* Neapoli apud eumdem 1677. in 8.

18 *Nomina & Elogia, quibus viri clarissimi ex omni genere Societatem Jesu honorificè appellant.* Neapoli apud eumdem 1677. in 8.

19 *De Mirabilibus aliquot Gestis Aloysii de S. Severino, Bisignani Principis, Magnatis Hispaniarum, qui Theatinum in morte habitum induit.* Neapoli ex typographia Ægidii Longi 1679. in 8. sub anagrammatico nomine Joannis Francisci Amageimæ.

20 *Apparatus, & Hebdomada Beatæ Mariæ Virginis Deiparæ Sacra, sive modus, quo homo quidam Religiosus, sub B. Mariæ Virginis auspicio, & cum participatione cunctorum Ordinum, tam vivere, quàm mori desideravit.* Neapoli apud eumdem 1679. in 8.

21 *De vitæ gestis Ven. Servi Dei P. Josephi a Matre Dei Aragonensis, Mariani Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Institutoris.* Neapoli ex typographia Francisci Bensi 1680. in 8.

22 *Ad Reverendiss. P. D. Stephanum Medices Congregationis Cleric. Regularium Præpositum Generalem, de P. D. Jacobo de Stephano Cler. Reg. Relatio.* Coloniæ 1643. & Romæ apud Cavallum 1643. in 12.

23 *Recessus ad exercitia spiritualia.* Romæ apud Ignatium de Lazaris 1654. in 12.

24 *Praxis Exercitiorum Spiritualium.* Romæ apud eumdem 1656. in 12. Hæc duo opera, nempè *Recessus*, & *Praxis*, recognita, & magna accessione locupletata, recusa sunt in libro *de Ritibus incolendæ solitudinis* supra recensito.

25 *Centum Disquisitiones Asceticæ, vel Morales de Religiosorum hominum mensa.* Romæ apud eumdem 1656. in 12.

26 *Vita Ven. Matris Ursulæ Benincasa Virginis Neapolitanæ, ex Ordine B. Cajetani, clarorum virorum elogiis intexta.* Panormi apud Decium Cyrillum 1645. in 8. Romæ typis Ignatii de Lazaris 1654. in 12. & Bruxellis typis Martini de Bossua 1658. in 8.

27 *Eminentiss. Principi F. D. Gregorio Carafæ in magnum Jerosolymitani Ordinis Equitum Magistrum electo, Patrum Clericorum Regularium Gratulatio.* Neapoli typis Francisci Bensi 1680. in 12.

28 *Eminentiss. Principi Fr. Vincentio Mariæ Ursino S. R. E. Cardinali Neapolim adventanti, Patrum Cleric. Regul. Gratulatio.* Neapoli apud Ægidium Longum 1680. in 12.

29 *Oratio ad Patres in generali Capitulo congregatos.* Neapoli apud Novellum de Bonis 1677. in 12.

30 *Testamentum spirituale.* Neapoli per Jo. Franc. Paci 1678. in 16.

31 *S. Maria de Providentia multorum Scriptorum elogiis illustrata.* Romæ typis Ignazii de Lazaris 1654. in 12. & Neapoli apud Novellum de Bonis 1675. in fol.

32 *Ad quid Sacrista major Regii Sacelli Neapolitani teneatur erga Capellanum Majorem?* Neapoli typis Novelli de Bonis in 12.

33 *An Religiosorum Hominum Cæmeterium Cæmeterio Sanctimonialium possit esse contiguum, & solo muro in medio constructo divisum?* Neapoli apud eumdem in 12.

34 *Informatio de secessu Neapolitano.* Neapoli apud eumdem in 12.

35 *Forma tradendi Scapulare cæruleum.* Neapoli typis Novelli de Bonis 1671. in 12.

36 *Relatio de Monasteriis, & Regulis Virginum Theatinarum.* Messanæ apud Dominicum Costa 1682. in 12.

37 *Proposita benè moriendi juxta Dñi nostri Jesu Christi sanctissimam disciplinam, ac mortem, sacrarum Scripturarum oraculis, & piorum Doctorum monitis explicata.* Panormi typis Petri Coppula 1686. in 4.

38 *Devotus, & supplex ad Sancti Cajetani pedes.* Neapoli apud Novellum de Bonis 1672. in 4. & Romæ apud Jacobum Dragondellum 1674. in 12.

39 *De fundatione Eremi Sanctimonialium Theatinarum.* Neapoli apud Jo: Franciscum Paci 1669. in 4.

Italicè verò

40 *Vi-*

40 *Vita della Ven. Madre Orsola Benincasa Napolitana, originale da Siena, dell'Ordine del B. Gaetano, Fondatrice delle Vergini della Congregazione, e dell'Eremo dell'Immacolata Concezione.* Panormi apud Decium Cyrillum 1646. in fol. sub nomine Didaci Garzia de Trasmiera, & Romæ typis Ignatii de Lazaris 1654. in fol. Cujus vitæ partem secundam cùm Panormi typis Andreæ Colicchia anno 1666. in fol. ederet, ob ejus discessum haud absoluta remansit.

41 *Vita, e Morte del Ven. Padre F. Alipio di S. Giuseppe Scalzo di S. Agostino Palermitano della Congregazione d'Italia.* Romæ typis Ignatii de Lazaris 1657. in 4.

42 *Sermoni sopra la Vita, e Morte di S. Gaetano, recitati dall'Autore in S. Paolo Maggiore* (di Napoli) *nella Canonizazione del medesimo Santo.* Neapoli apud Novellum de Bonis 1672. in 4.

43 *Sermoni detti nella Novena di S. Gaetano, celebrata in S. Paolo Maggiore, ed in altre Chiese, e solennità della Città di Napoli.* Neapoli apud eumdem 1676. in 4.

44 *S. Gaetano a piedi dell'Immacolata Signora: overo Corona di dodeci stelle, o ragioni chiare, e risplendenti agli occhi di tutti, colle quali si dimostra, che la Religion Teatina nella Città, e Regno di Napoli ha segnalatamente in molte maniere promosso il culto dell'Immacolata Concezione.* Neapoli apud eumdem 1672. in 4.

45 *Il luogo di Ritiramento, unico mezzo per provedere la Chiesa, e tutti gli ordini d'Uomini Apostolici, e Santi, e far rifiorire in essi con facilità la primiera osservanza: overo difesa di tutti li Religiosi, che desiderano commodità di Ritiri, Eremi, Solitudini, o più stretti Conventi da viver col dovuto rigore nelle loro Provincie.* Neapoli apud eumdem 1674. in 4.

46 *Vita della Ven. Madre Suor Maria Carafa, Sorella del Ss. Pontefice Paolo IV. Fondatrice del sacro Monastero di S. Maria della Sapienza.* Neapoli apud eumdem 1670. in 4.

47 *Vita del Ven. P. D. Giuseppe Caracciolo figlio del Marchese di Casalalbero Ch. Reg.* Neapoli apud eumdem 1670. in 4.

48 *Componimenti dell'Apparato per la solenne fondazione del Monastero delle Teatine Romite.* Neapoli apud Jo: Franciscum Paci 1669. in 4.

49 *Fascetto di Fiori d'affettuose dimostrazioni a onor di Dio, del SS. Sacramento dell'Altare, e dell'Immacolata Signora.* Neapoli apud Novellum de Bonis 1673. in 4.

50 *Gaetano ristoratore della Vita Apostolica nel suo Ordine de' Chierici Regolari, celebrato con elogj da gravissimi personaggi, e scrittori degli Ordini più nobili della Chiesa.* Neapoli apud eumdem 1676. in 4.

51 *Relazione delle feste celebrate nel 1661. ad onore del B. Gaetano Tiene glorioso Patriarca de' Chierici Regolari.* Neapoli apud Josephum Bassanum, & Hieronymum Fagioli 1661. in 12.

52 *Relazione delle feste celebrate nel 1662. ad onore del detto Santo.* Neapoli apud Novellum de Bonis 1662. in 12.

53 *Il Santiss. Crocifisso del Duomo della Città di Palermo portato in processione; ed esposto per le pubbliche calamità nelle Chiese de' RR. Padri Chierici Regolari.* Panormi apud Decium Cyrillum 1648. in 4. & apud Petrum de Isola 1668. in 8.

54 *La miracolosa Madonna della Providenza, coll'acqua, che scaturisce sotto il suo Altare, e la divozione degli schiavi di Gesù, e di Maria nell'Oratorio della Sciabica dentro il Cemiterio della Chiesa di S. Giuseppe de' Padri Chierici Regolari.* Panormi apud Didacum Bua, & Petrum Camagna 1668. in 8. & apud Petrum Coppula 1685. in 8. cum aliquibus additionibus sub Joannis Franc. Amagrimæ nomine.

55 *Tre Maestri del Mondo, e Gloriosissimi Patriarchi di tre segnalate Religioni, S. Ignazio, S. Gaetano, e S. Elia, descritti con orazioni, e discorsi.* Panormi apud Petrum Coppulam 1685. in 8. sed *Concionem S. Eliæ* ediderat primùm Neapoli apud Antonium Gramignani 1680. in 12.

56 *La Colomba coll'Ulivo, overo discorsi predicabili, e accademici in lode dello*

dello Spirito Santo, di Cristo, del Ss. Sacramento, di Maria Vergine, del B. Gaetano, e di tutti l'Instituti della Compagnia del Divino Amore de' Cavalieri della Colomba. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1657. in 12.

57 *Relazione all'Illustrissimo Senato della Città di Palermo intorno ad un maraviglioso Monastero Reale di Teatine Romite dell'Immacolata Concezione*. Panormi apud Bua, & Camagna 1668. in 8. sub nomine P. Angelici Rampulla Generalis Ordinis S. Joannis de Deo.

58 *Voto, e Giuramento de' Padri Chier. Regol. della Città di Palermo, e divozione de' fedeli ad onore del Ss. Sacramento, e della Gran Madre di Gesù Maria Vergine concetta senza peccato originale*. Panormi apud Petrum de Isola 1667. in 8. sub nomine Jo. Francisci Amagrimæ.

59 *Sermone recitato nell'Oratorio della Sciabica nel Cemitero della Chiesa di S. Giuseppe della Città di Palermo, celebrandosi la festa della miracolosa Immagine della Madonna della Providenza, come piamente si crede, portata per mano di S. Giuseppe*. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1657. in 12.

60 *Sermoni di S. Maria della Sapienza*. Neapoli apud Novellum de Bonis 1675. in 4.

61 *Relazione della miracolosa Immagine della Santissima Trinità, per il cui ajuto promosse la fede nella Georgia Giacomo di Stefano*. Messanæ apud Bream 1645. in 16.

62 *Catalogo de' Scrittori, che fan menzione di Giacomo di Stefano*. Messanæ apud hæredes Petri Brea 1655. in 16.

63 *Novena da farsi ad onore del B. Gaetano Glorioso Patriarca de' Chierici Regolari, con un brieve sommario della sua vita*. Panormi apud Jo. Antonium Mandracchia 1655. in 24. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1654. in 16. Mediolani, & alibi.

64 *Rito nell'Ingresso, ed Abito delle Vergini Teatine nella Congregazione d'Orsola Benincasa*. Neapoli apud Novellum de Bonis 1662. in 8.

65 *Considerazioni sopra la vita della Ven. Madre Orsola Benincasa dell'Ordine del B. Gaetano*. Neapoli apud eumdem 1662. in 8. & Panormi typis Bua, & Camagna 1668. in 8.

66 *Brieve notizia dell' Abitino, o Scapulare dell'Immacolata Concezione benedetto da' Padri Chierici Regolari*. Neapoli apud Novellum de Bonis 1672. in fol.

67 *La Festa del sacro Monistero di S. Maria della Sapienza fondato in Napoli dalla Ven. Madre Suor Maria Carafa sorella del Ss. Pontefice Paolo IV. sotto l'abito de' Padri Predicatori*. Neapoli apud eumdem 1675. in 4.

68 *Compendioso Ragguaglio della Vita, Morte, e Monasterj della Ven. Madre D. Orsola Benincasa Napolitana, fondatrice della Congregazione Teatina di 63. Vergini, dell'Eremo Teatino di 33. Monache, e di 7. Converse, e del Ritiramento di 12. Sacerdoti de' Padri Chierici Regolari, sotto titolo dell'Immacolata Concezione*. Neapoli apud Joannem Franciscum Paci 1669. in 4.

69 *Difesa del Gloriosissimo Pontefice Paolo IV. dalle false calunnie d'un moderno Scrittore* (cioè Sforza Pallavicino) *data in luce da Francesco Velli Napolitano*. Taurini apud Franciscum Ferrofinum in fol.

70 *Difesa del Gloriosissimo Pontefice Paolo IV. dalle nuove calunnie del moderno Scrittore, overo Sommario d'una più lunga risposta all'Autore della lettera scritta al Signor Gian-Luca Durazzo, data in luce da Francesco Velli Napolitano*. Ibidem apud eumdem in fol. Larvam detraxit P. Angelicus Aprosius in libro *Visiera alzata pag. 54*.

Alia etiam scripsit, quæ vel partim edita, sed nondum absoluta, partim MSS. servantur apud Patres Clericos Regulares Panormi, nempè ex parte impressa, hæc sunt:

71 *De miris Gestis, & Institutis, disquisitiones historicæ*. Panormi typis Petri de Isola 1661. in fol. ad cujus perfectionem aliqua solummodo folia desiderantur.

72 *De Immaculatæ Virginis Conceptione, disquisitiones variæ*. Panormi apud Colicchiam 1668. in 4. Hoc opus

Nea-

Neapolim evocatus, prætermisit ex parte editum, ac multis disquisitionibus, ac tractatibus auctum recudere curabat. in fol.

73 *Disquisitiones historicę de B.M.V.* Panormi typis Petri de Isola 1668.in fol. Italicè

74 *Sermoni della Santissima Vergine*. Neapoli apud Novellum de Bonis 1677. in 4.

Opera verò omnia MSS. jam absoluta, quorum nonnulla a Superioribus approbata sunt, addo, nempè:

75 *Acta Ordinis Clericorum Regularium Conditorum, Præpositorum Generalium, & Præsidum*. Opus justum, a Patribus Damiano & Gamboa jamdiu Censoribus approbatum.

76 *Epitome Historicum, sive Elenchus clarorum Virorum omnium Ordinis Clericorum Regularium, qui aut luci dedere aliquid, aut primi omnium præclarum edidere aliquod facinus, aut novum, aut laude aliquid dignum adinvênere*.

77 *De SS. Pontificis Pauli IV. inculpata vita disquisitiones historicæ, clarorum Scriptorum e Societate Jesu testimoniis, ac elogiis explicatæ. Tomus II.*

78 *SS. Paulus IV. defensus, & illustratus ab aliis*.

79 *In Constitutiones Ordinis Cleric. Regularium notæ*.

80 *Notæ in Decreta Capitulorum Generalium Ordinis Cleric. Regularium.*

81 *Ordo Cleric. Regul. Marianus*.

82 *Congressiones SS. Pontificis Pauli IV. cum Viris illustribus ejus sæculi*.

83 *Reflexiones de Augustissimo, & Sanctissimo Nomine Mariæ*.

84 *Argumenta pro Immaculata Conceptione deducta e totius Quadragesimæ Concionibus*. Opus absolutum, & novum.

85 *Schola Turcica, qua unusquisque facilè Turcarum sermonem legere, scribere, & loqui discere possit*. Opus Hierapoli scriptum an. 1637. sed hinc inde dispersum, a nostro Illmo D. Josepho Cigala, Archiepiscopo Messanensium, collectum, & affabrè in volumen compactum, rubro corio tectum & inauratum, in Bibliotheca S. Josephi conspicitur.

86 *Vita Scipionis de Anno*: quam cùm Auctor, Neapoli degens, e superiori loco in triclinio, vescentibus Patribus, legisset; omnes affecit spirituali gaudio, & consolatione.

87 *Idea omnibus numeris absoluti Jurisperiti, sive Vita Hieronymi Iveglia*, qui maternus Avus Auctoris fuit. Quod opusculum impressum fuit a P. Petro a Panormo e Min. Reform. Guardiano S. Antonini, hoc titulo: *Unica Fenice del nostro secolo, overo Vita dell'ammirabile Servo di Dio D.Girolamo Iveglia*, &c.

88 *Marianus Ordo Minorum Sancti Francisci*.

89 *Duo volumina omnium, quæ eidem P. D. Francisco Maria Maggio in suis præsertim itineribus, & missionibus evenerunt*. Ad quod opus scribendum, ob Dei gloriam, multorum consilio adauctus fuit.

90 *Regula Venerabilis Matris Ursulæ Benincasæ pro Virginibus Theatinis ordinata, & dilucidior reddita*.

91 *Regula pro Theatinis Sanctimonialibus Eremicolis ordinata, dilucidior reddita, ac multis declarationibus aucta*.

92 *Relatio de eo, quod Clerici Regulares Panormi strenuè peregerunt in sedandis popularibus turbis anno 1647.*

93 *Duodecim mira Divinæ Providentiæ signa, quæ addictum Theatinæ Eremo Cæmeterium monstrant, Patrum olim usui destinandum, & in eo sanctum Christi Domini sepulchrum extructum iri*.

94 *De Cleric. Regularium Institutis dissertationes*.

95 *Animadversiones ad Josephi Silos Historias, quibus multa, quæ leviter ille attigit, aut omisit, ab exteris Scriptoribus enarrantur*.

96 *De sacris Cæremoniis, quæ in præparatione ad Missam, & in tremendo ipso Missæ Sacrificio obiri debeant*.

97 *Castaldina Praxis Sacrorum Rituum, mendis expurgata, & multis annotationibus aucta*.

98 *De Cleric. Regularium Conditoribus, disquisitiones historicæ, clarorum Scriptorum testimoniis explicatæ*.

99 *De S. Joanne dilecto Christi Domini Discipulo, & Evangelista, disquisitiones historicæ*.

100 *Varia Carminum genera de Sanctis Cajetano, Andrea Avellino, Ven.*

Jacobo de Stephano, *Ven. Ursula Benincasa*, *& aliis illustribus Viris*.

101 *Inscriptiones*, *& Epigrammata de S. Rosalia Virgine Panormitana* recurrente ipsius annua inventionis die ad instantiam Senatûs Panormitani ab Auctore exarata, & in Ecclesia Cathedrali anno 1683. apposita.

Italicè

102 *Vita del Santissimo Pontefice Paolo IV.*

103 *Sermoni, e Prediche per le Domeniche, e feste di tutto l'anno in tre volumi.*

104 *Prediche Quaresimali in due volumi.*

105 *Vita, e maraviglie del Ven. Servo di Dio D. Giacomo di Stefano Ch. Reg.*

106 *Vita di S. Gaetano Tiene glorioso Fondatore della prima Religione de' Preti, detta de' Padri Chierici Regolari.*

107 *Vita, e Storie della Ven. Madre Orsola Benincasa. Parte II. e III.*

108 *Vita del Ven. Servo di Dio Fra Innocenzo di Chiusa dell'Ordine de' Minori Riformati di S. Francesco.*

109 *Vita del Ven. Servo di Dio Padre D. Pietro Giardina, già Marchese di S. Ninfa, Chierico Regolare, Uomo Apostolico, e maraviglioso fondatore di molte Opere pie nella Città di Palermo.*

110 *Maravigliosa fondazione, e progressi della Casa, e Chiesa di S. Giuseppe de' Padri Chierici Regolari nella Città di Palermo, e vita di molti Uomini illustri, che han fiorito in essa per lo spazio di 60. anni.*

111 *Vita del Ven. Padre D. Carlo de' Tommasi Chierico Regolare.*

112 *Vita del P. D. Matteo Santomango Chierico Regolare.*

113 *Vita del Ven. P. D. Pietro Avitabile Chierico Regolare.*

Scripsit etiam alia multa historica, apologetica, & ascetica, quæ unà cum aliis humanis lucubrationibus, orationibus, epistolis, elogiis, epigrammatibus ibidem fasceatim collecta servantur.

Tandem addam scripsisse opus, cui titulus:

114 *Ordo Patrum Prædicatorum Marianus*. in 8. Quod cùm P. Dominico Jamæo Soc. Jesu approbandum detulisset, casu amissum, nunquam inveniri potuit, etsi diligentissimè perquisitum.

SYLLABUS

Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Præsulum, ac Principum, penes quos FRANCISCI MARIÆ MAGGII virtus & merita magna in æstimatione fuêre, & pretio.

Ex Pontificibus.

URBANUS VIII. Pontifex Maximus (cujus glorioso nomini Maggius *Syntagmata linguarum Orientalium* consecravit) postquam apostolicum ejus spiritum, propagandæque fidei ardorem maximè probasset, dilaudassetque ante expeditionem suam in Colchidem, sive Mingreliam; auditis postmodum innumeris animarum conversionibus, nec non ingentibus penè laboribus longissimorum itinerum ab eodem in proximorum utilitatem exantlatis, salutandum suo nomine misit: quem postea reducem in Urbem e præfatis regionibus, suosque ante pedes provolutum, benignissimè excepit, & amplexatus est.

Ex Cardinalibus.

SACRA CONGREGATIO Eminentiss. & Reverendiss. CARDINALIUM DE PROPAGANDA FIDE, ad quam *Maggius* crebrò scribere solebat pro urgentibus Missionis necessitatibus, lectis semel illius literis charitate in proximos æstuantibus, in quibus mirabiles fidei progressiones enarrabat; mirum sanè quot præconiis, & gratiis illius zelum, pietatemque commendarit.

ANTONIUS BARBERINUS S. R. E. Cardinalis, germanus frater Urbani VIII. ejusdem Congregationis Præfectus, datis sæpè ad *Maggium* literis, qui in Mingrelia animarum lucris addictus degebat, frequenter illum adhortabatur, ut forti animo vineam Christi Domini vepribus, ac spinis in regionibus illis refertam, ob errores nimirum Græcorum, excoleret.

PASQUALIS ANTONIUS ARAGONIUS S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus, magnus virorum literatorum Mæcenas (cui *Maggius* ob eruditionem summam, ac morum probitatem acceptissimus erat,) eumdem Romæ

mæ commorantem, frequenter adire, ejusque colloquiis, & consuetudine frui sibi magnoperè complacebat. Huic eximio Principi librum inscripsit, cui titulus: *Paulus IV. defensus, & illustratus a Patribus Societatis Jesu.*

OCTAVIUS Cardinalis AQUAVIVIUS cùm semel & iterum *Maggii* doctrinam, ingentemq. eruditionem prægnstasset, adeò illius amore captus est, ut eum penes se habere quàm frequenter in Palatio suo expostulaverit.

PETRUS ALOYSIUS CARAFA S. R. E. Cardinalis, Bononiensis Legatus, quanto in amore, & æstimatione habuerit *Maggii* virtutes, & merita, ex crebris ad illum datis literis, iisque summæ dilectionis, ac benevolentiæ significatione refertis, abundè conjici potest. Extant hujusmodi epistolæ in Archivio Bibliothecæ S.Josephi in volumine scripturarum ejusdem *Maggii*.

PAULUTIUS Cardinalis ALTERIUS S. R. E. Camerarius, Clementis X. ex fratre nepos (cui *Maggius* librum planè aureum *de Ritibus incolendæ solitudinis* dicavit) in epistola, quam ad præfatum virum rescripsit, post præmissas gratiarum actiones, ingenuè fassus est, se ex ejus libri lectione raptum esse ad solitudinis amorem.

THEODORUS Cardinalis TRIVULTIUS, dum Regni Siciliæ fasces teneret, *Maggium*, qui librum ipsi *de Origine Congregationis Servorum B. Mariæ Virginis* dicaverat, non modò humanissimè in Regio Palatio excepit, verùm etiam multis benevolentiæ, æstimationisque signis complexus est.

ALEXANDER Cardinalis CRESCENTIUS, Theatinorum Patrum amantissimus, quàm erga *Maggium* benevolentiam ob ejus eximiam vitæ sanctimoniam professus ante purpuram fuerat; eamdem postea inter Cardinales cooptatus, longè majorem, copiosioremque exhibuit, ac patefecit.

Ex Præsulibus.

MALACHIAS Gurielis Patriarcha & Princeps, *Francisci Mariæ Maggii* in Colchide strenuè laborantis in vinea Domini, demiratus flagrantissimum fidei zelum, pietatemque, summo in amore, & pretio semper habuit.

FERDINANDUS DE BAZAN Archiepiscopus Panormitanus, qui ante electionem suam probè noverat *Maggii* virtutes, & merita, ut primùm Ecclesiæ sibi commissę regimen adeptus est, *Franciscum Mariam Maggium* convenit, a quo in contestationem mutui amoris, & benevolentiæ enixè petiit, ut ipsum in suscepto munere consiliis suis adjuvaret, quod tamen pietatis officium eximius Dei famulus præ humilitate, & senectute facere detrectavit.

BLASIUS PROTHUS Messanensium Archipræsul, quo tempore *Maggius* ipsins Diœcesim lustravit, illum specialibus amoris, & benevolentiæ argumentis prosequutus est. Cui amplissimam etiam facultatem concessit, Missiones instituendi, & pœnitentiæ sacramentum administrandi per totam Archidiœcesim suam.

JOANNES ROANUS Montis-Regalis Antistes, (cujus tempore *Maggius* fundamenta novi Monasterii Sanctimonialium Theatinarum in eadem Civitate jecit,) ob magnum conceptum, quem de illius virtutibus gerebat, non solùm assensum suum pro præfata erectione libentissimè præbuit, verùm etiam omnem operam suam impertiit.

MARCUS ANTONIUS VICENTINUS Fulginatum Episcopus, & Apostolicus Nuntius in Regno Neapolis, eo apud se loco *Maggium* habuit, ut illum ceu perfectioris vitæ exemplum, & virum apostolicum ubique proclamaverit.

BERNARDUS ROCCIUS Apostolicns Nuntius in eodem Regno Neapolitano, cui *Maggius* librum *de Officio, & Choro* inscripsit, quoties illius capita, & paginas lectitando percurrebat, toties in Authoris venerationem, amoremque ferebatnr, testatusque est magnam se in illo volumine eruditionem deprehendisse.

JOANNES ANTONIUS CAPIBLANCUS Syracusanorum Antistes, zelantissimus ovium suarum Pastor, cùm ipsius consensione *Maggius* novum Equitum Ordinem de Colnmba nuncu-

patum instituisset Syracusis, adeò tam eximii instituti amore captus est, ut ejus Sodalitati adscribi statim voluerit, cujus spiritualibus exercitiis primus omnium singulis hebdomadis intererat.

DIDACUS GARZIAS DE TRASMIERA Tribunalis S. Officii Regni Siciliæ primarius Quæsitor, eo in pretio habuit *Maggii* amicitiam, ut nihil unquam facere, quod ipsi *Maggius* suggessisset, detrectaverit. Hinc ad illius suasionem, & hortatum vitam Ven. Ursulæ Benincasæ typis consignavit, ejusque cultum maximè excitavit, ac tandem Neapolim ad promovendam erectionem Eremi ejusdem Ven. Matris unà cum præfato *Maggio* contendit.

STEPHANUS BRANCACIUS utriusque Signaturæ Referendarius, inter præcipuos *Maggii* cultores adnumerandus, qui ex peculiari benevolentia, & veneratione, quibus erga illius virtutes ferebatur, conversari cum *Maggio* in deliciis habuit. Huic inclyto Viro in grati animi, & amicitiæ tesseram disquisitiones suas asceticas *de Religiosorum Hominum Mensa* Maggius nuncupavit.

Ex Dynastis, & Toparcis.

PETRUS ARAGONIUS Dux Feriæ, & Neapolitani Regni Prorex, *Franciscum Mariam Maggium* ob peculiarem conceptum, quem de ipsius probitate, doctrina, & integritate gerebat, in suum Confessarium, Theologum, & Directorem animæ suæ delegit. Quo hortatore & promotore operam suam, sumptusque omnes contulit in erectione Monasterii Eremitarum Ven. Ursulæ Benincasæ in Urbe Neapolis.

GASPAR DE BRACAMONTE Comes de Pignorada, ejusdem Neapolitani Regni Moderator, insignis pietate Princeps, qui de Theatino Ordine optimè meritus fuit, in humanissimis literis datis 31. Maji 1661. ad Revmum Patrem D. Augustinum Bozomum Cl. Reg. Generalem Præpositum, *Franciscum Mariam Maggium* quâ vitæ probitate, quâ rerum experientia, & prudentia insignem summoperè commendat.

DIDACUS ARAGONIUS Dux Terrænovæ, Eques Aurei Velleris, Magnus Comestabilis Regni Siciliæ, & extraordinarius apud S. Sedem Hispaniarum Regis Orator, tametsi variis curis distentus, singulis nihilominus hebdomadis scribere ad *Maggium* literas singularis amoris, & benevolentiæ plenas consuevit, in quibus ingenuè fassus est, se illius opera incensum vehementer in cultum, & venerationem Ven. Dei famulæ Ursulæ Benincasæ, cujus proinde Sanctimonialibus largissimas eleemosynas per eumdem *Maggium* pluries erogavit. Huic piissimo Principi adscripsit *Maggius* vitam Alipii a S. Joseph Ordinis S. Augustini.

Memoratæ superiùs epistolæ asservantur in citato scripturarum volumine.

Ex Matronis.

ANNA FERNANDEZ DE CORDUBA Segorbiæ Dux, Neapolitani Regni olim Viceregina, *Franciscum Maggium* virtutum insignibus ubique commendatissimum, magno in honore, & æstimatione habuit, e cujus manibus grato & benigno vultu Ven. Mariæ Carafæ vitam suo nomini dicatam suscepit.

CAMILLA BURGHESIA, & URSINA Sulmonæ Princeps fœmina, dum *Maggius* in Urbe versaretur, adire ipsum quàm sæpissimè consuevit, a cujus colloquiis, & salutaribus monitis excitari ad pietatem magnoperè experiebatur; ideoque in illius absentia eumdem frequenter literis suis interpellabat.

Denique FRANCISCA BEATRIX BALSAMO, & ARAGONIA, Roccæfloridæ Princeps ornatissima, devicta *Maggii* precibus, ac suasionibus, cujus pietati, ac meritis plurimùm deferebat, egregiam operam suam, sumptusque decem aureorum millium contribuit pro erectione Monialium Theatinarum Monasterii Sancti Juliani in Urbe Panormi. Huic etiam Heroinæ *Maggius* vitam Ven. Ursulæ Benincasæ, prædictarum Sanctimonialium Institutricis, nuncupavit.



SYL-

SYLLABUS
Clarorum Virorum, qui de FRANCISCO MARIA MAGGIO, ejusque operibus honorificè meminêre, alphabetico ordine digesta, a P.D. Francisco Maria Lucchesio Cl. Reg. ab eoque in fine Galatei Religiosi *ejusdem* Maggii *inserta.*

1 PAter M.ALBERTUS GUAZZI e Prædicatorum Ordine, in Panegyri dicta, *Iris sacra*, Messanæ in Templo maximo recitata, & excusa anno 1656. fol. 21. in tanta omnium Ordinum frequentia, & Urbis celebritate, non sine honore, *Franciscum Mariam Maggium* produxit.

2 P.D. ALOYSIUS NOVARINUS Cl. Reg. non unas ad eum, ut doctum & eruditum, latinè literas dedit, quas in ejus opusculis est videre; pollicitus illi, nonnulla ab eo lucubrata, se emissurum in lucem; sed priusquàm id præstare potuerit, cum magna doctrinæ & sanctitatis fama e vivis excessit.

3 P. D.ANGELUS MARIA VERRICELLUS Cl.Reg. *de Apostolicis Missionibus quæst.* 1. *num.* 19. meminit de Jacobo de Stephano, & inquit: *Ejusdem egregia facta, ac vitam eleganter conscripsit doctus, ac plurium linguarum eruditione conspicuus, Apostolicus itidem Missionarius, P. D.Franciscus Maria Maggius.*

4 P. ANTONIUS DAMIANUS e Soc.Jesu, in censura libri, *de Ritibus incolendæ solitudinis*, doctrinam ejus *omnigenæ eruditionis, ac pietatis varietate locupletem, nitidoque ornatam stylo*; ipsumque Auctorem *Franciscum Maggium piissimum, ac sapientissimum* dixit.

5 P. ANTONIUS ROSSI e Soc.Jesu, in censura *Duodecim Stellarum B.V.* nominat eumdem, *Tantum Auctorem, ob egregiam elocutionem, Theologiam singularem ac solidam, tenerrimumque pietatis sensum, quibus id operis* (quod laudat) *affabrè compactum est.*

6 D. CAROLUS DE PALMA e Clericis Regularibus, Episcopus Puteolanus, *in ep. ad lect. Grammaticæ Armenæ* P. D. Clementis Galani, Romæ impressæ, sic ait: *D. Petrus Avitabilis Missionis Præfectus, divino sanè spiritu ductus, duos elegit, ipsum D. Clementem Galanum, &* D. Franciscum Mariam Maggium, *doctos ambos, ac eruditos, & cuicunque literario labori, ex animi quadam propensione, aptissimos; quorum hunc Ibericæ linguæ ediscendæ addixit, illum verò Armenicæ: quod ita factum strenuè fuit, ut* Maggius *jam Ibericæ, & Turcicæ linguarum Syntagmata typis pariter Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, communi omnium plausu, & admiratione ediderit,*&c. Alibi Joannem Petrum Carafam e Societate Jesu defensum, ab Auctore emissum in lucem, *laboriosissimum, & ingeniosissimum opus vocat, longa temporis diuturnitate, & librorum lectione infatigabili, varietateque confectum*. Et in relatione Novendialium pro inauguratione S. Cajetani Romæ impressa fol. 47. hæc ait: *Feria IV. die duodecima mensis Augusti, cum eadem frequentia* &c. *P. D. Franciscus Maria Maggius Theatinus sua peregrina eruditione, & admirabili sacrarum Scripturarum applicatione, Cajetanum exhibuit multis modis transfiguratum.*

7 P.D.CAROLUS DE THOMASIO Cl. Reg. *in Horologio historico Dominicæ Passionis fol.* 13. *P.D.Franciscus Maria Maggius est dictus, vir pietate juxta, ac eruditione insignis, uti ejus ad Iberos Missiones, & plures editi libri, maximè testantur*. Et *in exercit. præsentiæ Divæ Virginis fol.* 22. ipsum laudat, quòd Deiparæ sacram illam effigiem, Panormitano in Cæmeterio celeberrimam, cùm Sodalitati illi præesset, cum magna Urbis celebritate, *Providentiæ Dominam*, quo nomine hodie apud omnes inclaruit, appellarit.

8 CAROLUS GIANGOLINUS *in Hendegraphia, seu Descriptione Paradisi terrestris disc.*3.*cap.*102.*n.*34.*fol.*719. Franciscum Mariam Maggium appellat, *singulari virtute, ac probitate præditum virum, Missionarium ad Iberos*, &c.

9 P. D. CLEMENS GALANUS Cl. Reg. *in Conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Romana cap.* 12. *n.* 133. *fol.* 164. cùm Jacobi de Stephano meminisset: *Ejus angelicam vitam*, inquit, *magnasque*

quæ in Catholica Fide dilatanda progressiones, *jamdiu prælo subjecit* P.D. Franciscus Maria Maggius, *qui in eadem quoque missione non parva eximiæ indolis suæ dedit experimenta*.

10 DIARIUM LITERATORUM Romæ impressum sub an. 1670. fol. 59. opus valde illud laudat, inscriptum, *Syntagmata Linguarum Orientalium*, quod a *Maggio* in lucem editum fuit; & ejus usum, ac disciplinam longa ratiocinatione commendat.

11 D. EVANDER BERTUS *in sua protestat. ad lect.* Maggium laudat, & ob voluminum ejus amœnitatem *floridum* vocat.

12 Eminentiss. EVERARDUS NIDARDUS e Soc. Jesu, S.R.E. Cardinalis, cùm *Maggii* libellulum accepisset, statim illi humanissimè rescripsit his verbis: *Admodum Reverende in Christo Pater. Reverendiss. Pater Generalis Ordinis Divi Cajetani mihi tradidit pererudìtum opusculum Duodecim Stellarum Beatæ Mariæ Virginis immaculatæ conceptæ, quod Paternitati Vestræ admodum Reverendæ, insigni sanè pietate, ac studio elaboratum, mihi dedicare, & sub meo patrocinio nuper in lucem edere placuit. Accidit profectò mihi undequaque gratissimum, tum ex materia, quam eruditè pertractat, tum ex affectu, quo illud mihi sacrat: cupioque impensè a Paternitate Vestra multum Reverenda complures mihi offerri occasiones, quibus grati animi, quo erga ipsam feror, affectum contestari possim. Interea bonum Deum precans, ut largam Paternitati vestræ impertiatur benedictionem, valetudinem, & vitam in divino ejus, & Deiparæ Virginis Matris obsequio adeò fructuosè impendendam; huic divinæ protectioni nos omnes ex asse commendo, atque committo. Romæ 1. Octobris 1677. Admodum Rev. Paternitatis Vestræ addictissimus servus, E. Cardinalis Nidardus.*

13 P. FRANCISCUS AMBROSIUS MAJA Abbas S. Pantaleonis, in suo libello *fol.* 352. ipsum appellat, *virum pietate, & doctrina præcellentem.*

14 P. FRANCISCUS HAROLDUS Chronista totius Ordinis Minorum Sancti Francisci, e Romano Collegio S. Isidori, *in Lima limata conciliis* &c. *annot. ad Synod.* 11. *fol.* 213. *de signo salutandæ Virginis Deiparæ*, hæc ait: *D. Franciscus Maria Maggius tom.* 1. *de sacris Cæremoniis, in opusculo de Campana Precaria, hujus cultûs Deiparæ Virginis, & Incarnationis Verbi Divini originem, auctores, institutionis motiva, & alia multa huc spectantia prolixè disquirit* &c. *Et quoniam existimo* Maggium *ipsum rem satis discussisse: & quia libri ejus non ubique reperiuntur; visum est, ut populus christianus, in tam frequenti, & usitato ritu, certi aliquid statutum habeat, ipsius* Maggii *verba describere*. Quamobrem, vir sanè doctissimus perplures ejus ea de re disquisitiones sedulò exscripsit.

15 P. Magister GREGORIUS DE AREYLZA Vic. Generalis Ordinis PP. Prædicatorum Neapoli, *in Stimulis ad sacram solitudinem lib.* 1. *cap.* 4. *fol.* 37. hæc ait: *Pauca libavimus, cùm* P.D. Franciscus Maria Maggius *Cl. Reg. in suo libro, de Ritibus incolendæ solitudinis, fusè hoc cum magna pietate, & eruditione demonstret, non solùm doctrinâ, sed & probè experientiâ instructus*. Tum Neapoli institutam ab eo domum Recessûs valdè commendat, omnes Religiones adhortās, ut ejus exemplum pro viribus imitentur.

16 P. GREGORIUS VALENTINUS Capucinus *in Mantissa ad sacram Hymnodiam cap.* 8. *fol.* 600. *n.* 65. Franciscum Mariam Maggium *Cl. Reg. virum pietate, & eruditione insignem, candidum veritatis professorem appellat.*

17 P. HIPPOLYTUS MARRACIUS e Clericis Regularibus Matris Dei Congregationis Lucensis, *in vita S. Catharinæ cap.* 9. *fol.* 89. eundem nuncupat *virum pietate, & doctrina præstantem*. Et *in Religiosis Marianis*, ac *in Palma Mariana*, loquens de Alipio a S. Joseph, ait: *Ejus autem vitam, magna cum fidelium utilitate, brevi evulgandam italicè scripsit* Adm. R. P. D. Franciscus Maria Maggius *Pan. Clericus Regularis, vir virtutis meritò inclytus, & a pluribus jam egregiis ingenii monumentis editis Orbi cognitus, & clarus.*

18 P.D. JOANNES BONIFACIUS BAGATTA Cl. Reg. *in vita Ursulæ Benincasæ in præf. ad Lect.* eundem *studiosissi-*

ſiſſimum, *&* *eruditiſſimum* dicit.

19 D. JOSEPH MARCHESIUS *in Memoriali Sacerdotum ſol.* 190. ejus diſquiſitiones *de ſacris Cæremoniis* producit, & *fol.* 186. in bonorum librorum indice ponit.

20 P. D. JOSEPH SILOS Cl. Reg. *in Vita Franciſci Olympii lib.* 1. *cap.* 6. *fol.* 48. cùm de Jacobo de Stephano meminiſſet, hæc addit: *Ejus oſſa* Franciſcus Maria Maggius *ex noſtris, Georgiani & ipſe novalis impiger olim cultor, per infinita propemodum locorum ſpatia, atque incommoda, Meſſanam, ubi viri virtus percelebris, aſportavit: exceperuntque pios manes Cives ſolemni parentalium pompa, gratulati ſibi ſummoperè magnum cinerem; non ſecus ac ſi is rediiſſet; qui Urbem olim ſuam egregiis curis, atque eximia laborum contentione demeruerat. Attulit &* Maggius *in Italiam, unà cum iis oſſibus, quandam Sanctiſſimæ Trinitatis effigiem, rudi quidem ſchemate, utpotè charta expreſſam, ſed cui pretium fecerat Franciſcus Olympius, qui Jacobo dono illam dedit, quo is die Religionem iniit. Hanc poſtea inſigni pietate Jacobus coluit: & compertum habemus, ejus ope tum per Ægæum mare, tum in Iberia, Perſide, Arabia, a fluctibus, a barbaris, a viarum abruptis, ingentia effugiſſe pericula. Cujus etiam præſidio* Maggius *ipſe, pleraque cùm ſibi tum aliis collata beneficia memorat: eamque ad quandam decentiam argento exornatam in honorem habet, non ſine quotidiano, præſentique mortalium fructu.* Libro item 2. cap. 9. fol. 130. narrat Olympii vaticinium hunc in modum: *Verricelli in hac ipſa ad Iberiam expeditione ſocius unà cum aliis fuit* Franciſcus Maria Maggius *Panormitanus; qui luculentam Olympii præditionem, compoſitis ad Franciſcum Bolvitum literis, teſtatur. Enim verò, antequam is Neapoli Meſſanam ſolveret, inviſere Dei ſervum voluit, a quo & precum præſidium, & monita exercendo apoſtolico muneri petiit. Et ille, cùm pleraque in rem monuiſſet, tum id juſſit, ut Meſſanæ, antequam ad orientem ſocii unà ſimul vela facerent, ſuum quiſque Apoſtolum Patronum adoptarent, eo nimirum ordine, quo in Divorum Litaniis cenſentur, ac ſervato inter ſe, uti moris noſtri eſt, profeſſionis loco. Inſtare tum Maggius: Ecquem putaret ipſe fore ſibi Apoſtolum obventurum? Tum is: O te felicem, inquit, cui dilectus Dei Diſcipulus continget! Planè non id ſcire tum potuit Olympius. Nam cùm mutari ſubindè ſocios oportuerit, incertum omninò erat quinam majores, an minores profeſſione ſufficerentur. Attamen tributo mox Apoſtolo cuique ſuo,* Maggio *Joannes Apoſtolus contigit: gratulatuſque is ſibi eſt eximium beneficium, eò vel maximè, quod divinitùs vir Dei prænuntiaverat.* Quæ verò *Maggius* eidem S. Joanni quàm maxima accepta beneficia referat, in ſuis Relationibus poſterorum memoriæ conſignavit. Cæterùm Silos *to.* 3. *hiſt. in catal. fol.* 566. de eo ſcripſit hæc verba: *Franciſcus Maria Maggius Panormitanus, adoleſcens ſæculi fugam adornavit, aggregatus ad Clericos Regulares: ſuſcepitque vota Panormi in Divi Joſephi Cænobio die* 17. *Octobris* 1632. *vel ab ipſis ætatis, ac diſciplinæ rudimentis ſpecimen dedit præclaræ mentis: confectiſque mox ſtudiis, eò ſtatim efferbuit, ut apoſtolicam ad orientalem Iberiam Miſſionem conceperit: ubi aliquandiù moratum, & facere & pati fortia oportuit. Sed tanto operi dum vacat, a cæli gravitate, ærumniſque aliis, quarum uberrima in ea regione ſeges, valetudinem contraxit longè pertinaciſſimam, ut reſtante ceu vento, redire in Italiam coactus fuerit.* (Sed hic errat eruditiſſimus Silos. Non enim ob valetudinem rediit *Maggius* in Italiam; qui mori potiùs, quàm ſuam miſſionem deſerere, vir conſtantiſſimus elegiſſet; ſed cùm a Patribus e Colchide Theodoſiam miſſus eſſet, ut in ea Urbe domicilium figeret, quo ſeſe noſtri reciperent, ſi Dadiani Principis animus non miteſceret; poſt inſpectum locum, ac templum, quod illi quidam ex Armeniis offerebant; Conſtantinopolim oportuit ſe conferre, ut ſocios, & nummos acciperet, qui pro domo ſolvi debebant. Sed hic a P. Generali, & a Sacra Congregatione de Propaganda Fide *Maggius* eſt juſſus, ut ſiſteret, & domum unà cum D. Angelo Maria Verricello pro noſtris hominibus vel ibi verſantibus, vel eò tranſeuntibus, exci-

excitaret. Interim tamen cum P. Verricello degebat apud Aloysium Cantarinum, præclarissimum ac pientissimum virum, Oratorem ad Turcarum Imperatorem pro Republica Veneta; qui illum Domi suæ & honorificè excepit, & compulit, ut quotidie in mensa primas haberet. Sed novus Orator, qui successit, (Bailum vocant) Religiosorum hominum minimè studiosus, jussit, ut Patres ex illa Domo & Urbe discederent: nec passus est, quam sacra Congregatio optabat, novam ab eis, ut dicitur, *residentiam* condi; sed expulit in Italiam, brevique ipse Deo vindice pœnas dedit.) *In Georgiana ea sede, id etiam operæ pretium fecit, quod Turcicam linguam, quæ Orientalibus Missionibus opportunissima, ita ipse didicit, ejusque articulos novit omnes, ut aliorum postea usui grammaticas ejus sermonis institutiones composuerit. Confirmatis in Italia viribus, ac salute instaurata, admotus subinde a majoribus est domorum rectionibus.* (Hic rursus lapsus est Silos. Nam præter Syracusanam Domum, quam ex jussu P. Generalis Caraccioli administravit, nullius unquam rectionem admisit, nisi Recessus, & tam Messanæ ac Neapoli, quàm Romæ ac Panormi, regendis semper novitiis, aut junioribus professis incubuit; jussus solùm a P. Generali Garimberto Visitatoris munus obire, ut in Capitulo Generali, quæ Decreta pro Recessu, & Eremo cuperet, faciliùs ederentur.) *Memoriæ Ven. Ursulæ Benincasæ, eximiæ vitæ sanctimonia Virginis Neapolitanæ, quæ Gynæceum a Conceptione Neapoli fundavit, cum paucis addictus, ejus nunc Eremi substructioni, quam ipsamet jussit, præest: urgetque opus futurum velut hortum conclusum: unde perflante cæli austro, fluent aromata, atque exempla virtutum. Porrò, qui vel inter externorum operum curas, nunquam feriari calamum passus est* Maggius, *pleraque exaugendæ communi eruditioni, ac pietati, formandæque ascetarum disciplinæ, scripsit ac typis consignavit.* Hactenus Silos.

21 D. JOSEPH SOLIMENA e Missionariis Sacerdotibus Neapoli, *in Ave Maria Mission. reflex. 3. fol. 73.* P. Maggium appellat, *admodum pium, & eruditum Scriptorem; cujus studiosis laboribus cultus Salutationis Angelicæ gloriatur, se non parùm illustratum fuisse.* Et *fol. 100.* inquit: *P. D. Franciscus Maria Maggius ex Patribus Theatinis, in opere, quod de sacris Cæremoniis scripsit, quàm multis & eruditis, & novis disquisitionibus agit ex professo de cultu Salutationis Angelicæ; ad cujus curiosam lectionem Lectorem remitto, qui notitiam uberiorem exoptet.*

22 P. MARCUS A S. ROSALIA Augustiniensis Excalceatus, *in sacrarum Cæremoniar. Breviloquio fol. 101.* Ecclesiæ Panormitanæ morem describit, deponendi prius Sanctissimum Sacramentum e tabernaculo, ubi expositum fuerit, & illud deinde thurificandi: *Sed R. P. D. Franciscus Maria Maggius*, inquit, *opusc. 3. de div. off. disq. 23. oppositum sentit: & pro sua ratione adducit doctrinam ex multis Cæremoniarum Magistris, qui dicunt, incensandum esse prius Sacramentum (in suo throno) quàm deponatur de loco suo super altare: & quia planè decet, antequam Sacerdos ad illud capiendum accedat, honorem ei thurificationis impendi.* Ad quam ipse *P. Maggii* sententiam sequendam propendit; idque hodie multis in locis cernitur emendatum.

23 P. PETRUS A S. HIPPOLYTO Carmelita Discalceatus, in censura libri *de sacris Cæremoniis*, laudat ejus *stylum jucundum, & devotum, methodo clarum, & elegantem, eruditione fœcundum & delectabilem, sententiis copiosum & amœnum, sacræ Scripturæ, ac SS. Patrum testimoniis respersum & plenum; undique spirantem & redolentem* Maggii *sapientiam, eruditionem, sanctimoniam, ingenii acumen, & erga Deum, resque sacras affectum, devotionem & pietatem, quam etiam attentè, legentibus suaviter instillat: eosque ad christianam perfectionem instruit, promovet, & perducit.*

24 P. PAULUS BELLI e Soc. Jesu, *in Gloria Messanensium*, catalogum ponit propugnatorum Epistolæ B. Virginis, & 28. loco *Franciscum Mariam Maggium* percenset.

25 PLA-

25 PLACIDUS REYNA *in notitiis historicis ad an. 1642. fol. 40.* P. Maggium dicit, *literis & probitate vitæ ornatissimum.*

26 P. PETRUS A PANORMO e Minoribus Observantibus Reformatis S. Francisci, Guardianus Cœnobii S. Antonini, *in unica Phœnice cap. 11. fol. 76.* eundem laudat, quòd *D. Petro Aragoneo Neapolitano Proregi a sacris Confessionibus esset; & quamplurima erudita opera edidisset in lucem; & quod germanum fratrem haberet, D. Hieronymum Maggium, tunc Panormitana in Domo Vicarium, & multos annos Sacræ Theologiæ Professorem; quorum virtutes,* inquit, *vitæ probitas, & doctrina cunctis innotuit.*

27 PETRUS ANTONIUS TORNAMIRA Monachus Casinensis, *in Patriarchatu S. Benedicti lib. 2. cap. 3. §. 1.* de Ordine Theatino sic ait: *Multa dicere possem de nobilibus Viris, qui in eo hodie florent; inter quos* P. D. Franciscus Maria Maggius, *vir spiritu & literis satis clarus, & A. R. P. D. Hieronymus ejus frater; qui doctrina sua in suggestis, & cathedris Hispanias ad sui admirationem convertit.*

28 THOMAS AQUINAS C. R. Episcopus Motulensis, *in Vinea Christi lib. 3. cap. 10.* Jacobum de Stephano commendat, & ait: *Mira sunt, quæ in illius vitæ relatione narrat doctus vir, Franciscus Maria Maggius.* Vide alios, præsertim Jo. Caramuelem Episc. *in Theol. rationali par. 2. art. 1. §. 2. n. 165. fol. 51.*

Hucusque præfatus Franciscus Lucchesius, cujus syllabo addendi sunt sequentes Auctores ab illo prætermissi vel ob defectum notitiæ, vel quia posteriores ejus ætate.

29 ANTONINUS MONGITORE Panormitanus, Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus, vir omni laude dignus ob præclara ipsius opera publicæ luci tradita, quibus non modò Panormitanam urbem, verùm etiam totam nationem Siculam illustravit. Is ergo præter ea, quæ in commendationem *Francisci Maggii* in sua eruditissima *Bibliotheca Sicula* loco superius relato, copiosè scripsit, plura identidem ad ejusdem Viri laudem in omnibus ferè operibus suis, prout occasio tulit, subjunxit. Unde *in Additione ad Siciliam Inventricem Vincentii Auriæ pag. 193.* Franciscum Mariam Maggium appellat *Virum æquè doctum, & pium.* Et *pag. 239.* ait: *Franciscus Maria Maggius vir ob doctrinam, virtutesque morales dignus omni laude.* Item *pag. 275.* loquens de more pulsandi campanas singulis feriis sextis cujuslibet hebdomadæ in memoriam Passionis Christi Domini, intermisso olim Panormi ob incuriam, & negligentiam Sacellanorum, subdit: *Præfatus mos anno 1668. iterum introductus est Panormum operâ & zelo* P. D. Francisci Mariæ Maggii *C. R. viri ob insignes virtutes, & omnigenam literaturam summoperè venerandi.* Rursus libro, *Panormus devota Deiparæ Virginis tom. 1. lib. 2. cap. 31. pag. 424.* vocat: *P. D. Franciscum Mariam Maggium virum satis celebrem ob edita volumina, & ob vitæ sanctimoniam.* Pariter *tom. 2. lib. 4. in Centuria Scriptorum B. Mariæ Virginis pag. 364.* inquit: *Franciscus Maria Maggius C. R. religiosus æquè celebris ob doctrinam, libros editos, ac propter vitæ sanctimoniam; quemadmodum indubiam fidem astruunt ipsius Apostolicę Missiones in Georgia, virtutes morales, & felix ex hac vita transitus,* &c. Similia habet aliis in locis ejusdem operis. Denique *in Musæo Siculo præfat. ad Lectorem*, loquens de Panormitanis civibus, qui oblatas sibi infulas acceptare renuerunt, ait: *Francesco Maria Maggio, religioso di merito singolare, non men per l'opere date alle stampe, che per le gloriose gesta, e sante virtù, delle quali visse ornato. Rifiutò il Vescovato offertogli nel Regno di Napoli per sua umiltà, onde in una sua epistola a' Padri del suo Ordine stampata in Napoli nel 1679. ebbe a dire:* Gratias ago Deo (& vos pro me omnes, Patres, agatis) quod non extra Ordinem morior infulatus; quippe qui de me verè dicere possum: Si fuissem in numero Prælatorum, essem in numero damnatorum. *Morì santamente in Palermo a 2. Giugno 1686.*

30 ANTONIUS BORROMÆUS C.R. Episcopus Justinopolitanus, *in vita Josephi Cardinalis Thomasii §. 4. pag. 15.* P. D. Franciscum Mariam Maggium appellat

pellat *Virum eximiæ pietatis, & doctrinę.*

31 ANTONIUS NATALIS Societatis Jesu Sacerdos, in libro *de Cælesti Conversatione par.3.cap.4.pag.19.n.848.* de eodem ait: *P. D. Franciscus Maria Maggius C. R. e Theatinorum familia, vir verè Deo plenus, apostolico zelo in Georgiana Missione inclytus, & nostræ Societati valdè addictus.* Et *par. 4. cap. 1. pag. 242. n. 944.* subdit: *P. D. Franciscus Maria Maggius C.R. Theatinus, vir omni pietate, & apostolico spiritu plenus.*

32 BARTHOLOMÆUS FERRUS *de Missionibus Cler. Reg. lib.5. cap.8. fol. 567.* Franciscum Mariam Maggium vocat *magnum Dei famulum, sub cujus spirituali directione in Neapolitana Eremo Ven. Antoninus Ventimiglia multùm profecit in christiana perfectione.* Et *lib. 5. cap. 2. fol. 592.* subdit: *Nel Romitaggio* (di Napoli) *lo stesso P. Ventimiglia sotto la disciplina di quel gran Maestro di spirito Ven. Servo di Dio* P. D. Francesco Maria Maggio, *nella di cui morte la terra, dando segno della sua gran virtù, orribilmente si scosse.*

33 BLASIUS A PURIFICATIONE ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum *in Vita Julii de Thomasiis lib. 1. c. 17. pag. 89.* magnoperè laudat Patrem *D. Franciscum Mariam Maggium,* quem vocat *Virum formandis Monialium moribus, iisque ad viam perfectionis dirigendis maximè idoneum: qui in oppidum Palmæ a Julio de Thomasiis loci Domino accersitus, inibi sanctimonialibus Monasterii SS. Conceptionis B. Mariæ Virginis Ordinis S. Benedicti regulas tradidit, quas postea Vener. Carolus de Thomasiis præfati Palmæ Ducis germanus frater natu major probavit.*

34 CAJETANUS MAGENIS C.R. *in Vita S. Cajetani* nuperrimè edita Venetiis 1726. typis Jacobi Thomasini, *Franciscum Mariam Maggium* pluribus in locis emeritis laudibus commendat, præsertim *par. 1. lib. 1. cap. 17. pag. 81. & lib.2.cap.9.§.3. pag.170. ac per totum.*

35 DOMINICUS BERNINUS *in Vita Josephi Cardinalis Thomasii cap. 2. pag.23.* loquens de Tyrocinio Thomasii, hæc ait: *Franciscus Maria Maggius Theatinus, Religiosus magni nominis ob susceptas ab eo Apostolicas Missiones, easque dignè ad finem deductas in Oriente, qui fuit Thomasii Magister in Tyrocinio.* Et *pag. 32.* de eodem subdit: *Franciscus Maria Maggius vir magnæ literaturæ, & vitæ bonitatis, qui inter alios egregios viros, quos sanctè instituit, meritò gloriari potest, se Theatinæ Congregationi, & mundo pia educatione peperisse Josephum Mariam Thomasium.* &c. Et paulò antea *pag.26.* inquit: *Inter alias singulares prærogativas, quibus ornatus refulsit præfutus* P. Maggius, *valdè in eo relucebat eruditio sacræ historiæ, rituum, & cæremoniarum.*

35 FRANCISCUS MARCHESIUS Panormitanus, Metropolitanæ Ecclesiæ ejusdem Urbis Canonicus, pietate, eruditione, ac doctrina conspicuus, in libro, quem inscripsit, *Sacerdos in Villa, cap. 1. sect. 3. n. 223.* Franciscum Mariam Maggium appellat *Virum sapientissimum:* & n. 310. *Virum profundæ, & reconditæ eruditionis.*

36 JACOBUS GRAVINA C. R. *in Synopsi Theologiæ Veterum Patrum, de Divinis Nominibus fol. 98. n. 198. in annotationibus marginalibus,* de eodem ait: *Clarissimus Scriptor ex nostratibus pientissimus* Franciscus Maria Maggius. *&c.* Et *fol. 227. n. 500.* subdit: *Vir eximius ex nostratibus* Franciscus Maggius: *quem nescio literis num moribus spectabiliorem dicam; verè pervulgatis doctis ac piis elucubrationibus Patriæ nostræ ac totius Congregationis splendorem, suisque etiam æmulis venerabilem.*

37 JO. BONIFACIUS BAGATTA C. R. *in vita Caroli Thomasii lib. 1. c. 20. pag. 132. & 133.* iisdem ferè titulis, & laudibus eundem commendat.

38 JOSEPH MARIA PERRIMEZZI e Minimis S. Francisci de Paula, Episcopus Oppidi, in libro, cui titulus: *Difesa della sacra Lettera scritta da Maria Vergine a' Messinesi par. 1. dissert. 8. pag. 157.* ait: *Francesco Maria Maggio, di Palermo, Chierico Regolare, detto dal Reyna,* ornatissimo di lettere, e di bontà di vita, *nella relazione, che fec' egli della vita, e morte di Jacopo di Stefano, dice, che questi fu divotissimo della sacra Lettera.* &c.

39 IN-

39 INNOCENTIUS RAPHAEL SAVONAROLA C. R. in iconibus Virorum illustrium Theatini Ordinis in ipsius *Maggii* effigie, sequentem inscriptionem subjecit, quæ sic habet.

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS
Clericus Regularis,
Apostolicis ad Pontum, & in Trinacria sollicitudinibus,
Omnigenâ Linguarum, Rituum, ac Scientiarum peritiâ,
Erectione Monasteriorum quamplurium, ac directione,
Pereximia morum usq. ad portenta pietate
Inter præcipuos Theatini nominis Heroas
Jure optimo adnumerandus.

40 PETRUS TOGNOLETTUS Strictioris Observ. S. Francisci, in Vita italica Innocentii Clusensis vulgata Panormi 1677. loquens de *Francisco Maria Maggio*, dicit: *Illum fuisse Virum ejus literaturæ, quam mundus, ipsiusque opera in lucem edita satis proclamant.*

41 VINCENTIUS AURIA *in historia Crucifixi Ecclesiæ Cathedr. Panormit. pag.* 19. Franciscum Mariam Maggium vocat *Virum doctissimum, ac piissimum.* Item *pag.* 36. *Virum æquè doctum, & insignem bonitate.* Demum *pag.* 52. illius ingenium nuncupat *florentissimum.*

42 PLACIDUS MARIA junior VANNUS C. R. *Franciscum Mariam Maggium* de seipso loquentem introducens, ita in illius laudem eleganter cecinit.

EPIGRAMMA.

Certavit pietas, venit sapientia ad arma;
Unus ego pugnæ campus utrique fui.
Hinc divinus amor, cũ Relligionis honore,
Inde sacri eloquii, quæ monumenta dedi.
Utraque, sed meritam gessi certamine palmam;
Vir pius, & sapiens notus in Orbe fui.

ELOGIUM

In laudem FRANCISCI MARIÆ MAGGII C. R. Missionarii Apostolici, congestum ex variis, honorificisque titulis ipsi datis ab inferiùs citandis Auctoribus.

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS
Clericus Regularis,
(1) *Magnus Dei famulus.*
(2) *Apostolicus apud Iberos, & Colchos Missionarius.*
(3) *Clericorum Regularium decus, & ornamentum.*
(4) *Inter præcipuos Theatini nominis Heroas Jure optimo adnumerandus.*
(5) *A doctrinæ splendore, vitę sanctimonia, & egregiis editis facinoribus Venerabilis.*
(6) *A sacrarum Historiarum, Rituum, & Cæremoniarum eruditione Spectatissimus.*
(7) *Omnigena Linguarum, Rituum, ac Scientiarum peritia Celebris.*
(8) *Plurium linguarum eruditione Conspicuus.*
(9) *Peregrinæ eruditionis, & admirabilis sacrarum literarum peritiæ Vir.*
(10) *Cujus doctrina omnigenæ eruditionis, ac pietatis varietate locuplex Extitit.*
(11) *Magni nominis,* (12) *magnæ literaturæ, & vitæ probitatis Vir.*
(13) *Florentissimi ingenii,* (14) *spiritu, & literis satis Clarus.*
(15) *Doctus,* (16) *Doctissimus,* (17) *Studiosissimus,* (18) *Eruditissimus,*
(19) *Sapientissimus, & Piissimus.*
(20) *Sapientissimus, profundæ, & reconditæ eruditionis Vir.*
(21) *Literis, ac probitate vitę ornatissimus.*
(22) *Cujus virtus, vitę probitas, & doctrina Cunctis innotuit.*
(23) *Ob doctrinam, virtutesque morales Omni laude dignus.*
(24) *Ob doctrinam, edita volumina, & vitæ sanctimoniam satis celebris,*
(25) *Ob insignes virtutes, & omnigenam literaturam Summoperè Venerandus.*
(26) *Clarissimus Scriptor,* (27) *eximiæ pietatis, ac doctrinæ.*
(28) *Pietate juxta, ac eruditione insignis.*
(29) *Pietate & doctrina præcellens.*
(30) *Pietate & doctrina præstans.*
(31) *Pietate & eruditione insignis, candidus veritatis professor.*
(32) *Singulari virtute, ac pietate præditus.*
(33) *Formandis Monialium moribus, iisq. ad viam perfectionis dirigendis Maximè idoneus.*

(34) *Pereximia morum usque ad portenta pietate.*

(35) *Omni pietate, & apostolico zelo plenus.*

(36) *Verè Deo plenus, apostolico zelo in Georgiana Missione Inclytus.*

(37) *Virtutis merito inclytus, et a pluribus jam egregiis ingenii monumentis editis Orbi cognitus, & clarus.*

---

(1) Bartholomæus Ferrus *de Missionib. Cler. Reg. tom. 1, lib. 5. c. 8. fol.* 567. (2) Idem *ibidem*, Verricellus *de Apostolicis Missionibus quæst.* 1. *n.* 19. Silos, aliique. (3) Antoninus Mongitore *tom.* 1. *Biblioth. Siculæ fol.* 219. (4) Innoc. Raphael Savonarola *in Iconib. Cler. Reg.* (5) Mongitore *loco cit.* (6) Dominicus Bernini *in Vita Card. Thomasii cap.* 2. *pag.* 26. (7) Savonarola *loco cit.* (8) Verricellus *loco cit.* (9) Carolus de Palma *in Relatione Novendial. pro inauguratione S. Cajetani fol.* 47. (10) Antonius Damianus S. Jesu *in Censura libri de Ritibus incolendæ solitudinis.* (11) Berninus *ibid. pag.* 23. (12) Idem *ibid. pag.* 32. (13) Vincentius Auria *in Hist. Crucifixi Eccl. Pan. pag.* 36. (14) Petrus Ant. Tornamira *in Patriarchatu S. Bened. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *de Ord. Theat.* (15) Thomas Aquinas *in Vinea Christi lib.* 3. *cap.* 10. Verricellus, Carolus de Palma, Auria, aliiq. (16) Vincentius Auria *in Historia Crucifixi &c. pag.* 19. (17) Joannes Bonifacius Bagatta *in præf. ad Lectorem.* (18) Idem *loco cit.* (19) Antonius Damianus *loco cit.* & Franciscus Marchesius *in libro, Sacerdos in Villa, cap.* 1. *sect.* 3. *n.* 223. (20) Vincentius Auria *loco cit.* (21) Placidus Reyna *in Notitiis Historicis ad an.* 1642. *fol.* 40. (22) Petrus a Panormo *Unica Phœnice cap.* 11. *fol.* 76. (23) Mongitore *in Addit. ad Sicil. Inventricem Vinc. Auriæ pag.* 239. (24) Idem *Panormus devota Deiparæ tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *pag.* 424. (25) Idem *in Addit. ad Sicil. &c. pag.* 275. (26) Jacobus Gravina *in Synopsi Theol. de Divinis Nominibus fol.* 89. *num.* 198. (27) Antonius Borromæus *in Vita Card. Thomasii* §. 4. *pag.* 15. (28) Carolus Thomasius *in Horologio Histor. Dominicæ Passionis fol.* 13. (29) Franciscus Ambrosius Maja *in suo libello fol.* 352. (30) Hippolytus Marracius *in Vita S. Cathar. cap.* 9. *fol.* 89. (31) Gregorius Valentinus *in Mantissa ad sacram Hymnodiam SS. Patrum cap.* 8. *fol.* 600. *n.* 65. (32) Carolus Giangolinus *in descr. Paradisi Terrestris disc.* 3. *cap.* 102. *n.* 34. *fol.* 719. (33) Blasius a Purific. *in Vita Julii Thomasii lib.* 1. *cap.* 17. *pag.* 89. (34) Savonarola *loco cit.* (35) Antonius Natalis Soc. Jesu *de Cælesti Conversat. part.* 4. *cap.* 1. *pag.* 242. (36) Idem *par.* 3. *cap.* 4. *pag.* 19. *n.* 848. (37) Marracius *in Palma Mariana.*

FRANCISCI DE MONACHO

Clerici Regularis, Rhemensis Archiepiscopi electi

ELOGIUM XX.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. *Biblioth. Siculæ fol.* 225.



RANCISCUS MARIA DE MONACHO Drepanitanus, Clericus Regularis, ex pervetusta, nobilissimaq. Monachorum familia, longa Procerum, Præsulum, Purpuratorumque Patrum serie sat celebri, natus anno 1593. Parentibus Petro de Monacho, & Catharina Simone paris nobilitatis fœmina, Panormi Clericorum Regularium Ordini nomen dedit 4. Maji 1606. ac solemnia nuncupavit vota in Ædibus Divi Josephi 8. Maji 1608. in quibus omnibus facultatibus excultus, Philosophicis, ac Theologicis disciplinis mirum in modum enituit. Eminentissimum enim ingenium, quo præditus fuit, studio, ac locupletissima eruditione illustravit. Hinc rectè ambigitur, an apud Clericos Regulares unquam fuerit, qui ingenii præstantiâ, latini idiomatis puritate, styli facultate, omnigena eruditione, doctrinaque *Franciscum* superaverit. Humaniores literas ita colere visus est, ac si a gravioribus disciplinis longè alienus distaret; has verò ita tradidit, velut ab alia quacumque facultate abhorreret. Poesi ita præstantissimus fuit, ut nullum metri genus fuerit, cui mirabili facilitate musarum studia non inflexerit: eximia eruditione tum antiqua, tum recentiori, græca, latinaque, sacra, ac profana locupletissimus claruit; nullum enim librum sedulò non percurrit. Latinam, græcam, hebraicam linguam egregiè calluit. Philosophiam Vicentiæ, Theologiam Patavii, & alibi magno cum plausu docuit, e cujus Schola viri doctrina excultissimi prodière, qui easdem disciplinas aliis cum laude explanarunt. Ad nonnullos evexêre honores virum ornatissimum sapientiæ promerita: nam Visitatoris

ris munere apud suos in Sicilia, Consultor Generalis Romæ, Consultor & Censor apud S.Officii Siciliæ Judices latè effulsit. Cùm autem Ordinis sui Præpositus Generalis institutum Clericor. Regularium in Galliam inducere cogitaret, ad nostrum *Franciscum* hæc provincia demandata est anno 1644. quem doctrinâ sanè profundissimâ, præclarissimis animi dotibus, morumque comitate instructissimum optimè noverat. Hinc noster *Franciscus* cùm ad Galliæ Regnum velificasset, magna cum nominis sui celebritate Parisiis pedem fixit; nam cùm primùm Julius Mazarinus S. R. E. Cardinalis, tunc Gallicarum rerum Administer supremus (cui Romæ familiaris fuerat) perhumaniter excepisset, ac veterem consuetudinem instaurasset; inde a suis Confessionibus delegit. Hinc ab Anna Austriaca Regina, apud quam erat rerum summa benignè complexus est; & ipsius ac Mazarini studium in Ordinis institutum *Franciscus* accendit: & aulicos omnes in sui amorem facilè traxit. Accessit maxima viri æstimatio ex eloquentiæ vi, qua e suggestu conciones habuit primùm in Adventûs Dominici festivis diebus; inde in cinerali curriculo in Reginæ Templo, magnâ populorum frequentiâ; confluentibus enim ad ipsum etiam Viris Principibus, Apostolicæ Sedis Nuntio, Veneti Senatûs & Sabaudiæ Ducis Oratoribus, ac innumera penè Nobilium multitudine, ingentem sibi famam comparavit. Interea urgere fundationem statuit, eaque dexteritate negotium pertractavit, ut Ecclesiam Divæ Annæ sacram, ac Domum pro Clericis Regularibus excitaverit: ea solemnitate institutum fundationis exordium die 26. Julii 1648. ut majori magnificentia dedicari nequierit: nam *Monachum*, ac ædis primordia regiâ munificentiâ Regina fovit: celebritati adfuit cum Nobilium comitatu. Apostolicus Nuntius Nicolaus e Comitibus Balnei, inde S. R. E. Cardinalis, solemni ritu Templum dedicavit magno cum multitudinis confluentis plausu. Cardinalis Mazarinus multis benevolentiæ, liberalitatis, ac singularis amoris argumentis novam Ecclesiam, ac Domum firmavit, munivit. Et non multò post ipsemet Rex Ludovicus XIV. cum Andegavensi Duce ejus fratre, in S. Cajetani solemniis, magna cum benevolentiæ significatione erga *Monachum*, invisit; ac virorum Principum, Matronarum, Reginæque frequentatione imposterum cohonestata sacra Ædes. Hoc totum ob industriam, doctrinam, virtutesque *Monachi* feliciter obtigisse compertum est. Ea in Urbe Philosophiam, ac Theologiam iterum cum singularis ingenii laude tradidit. Virtutibus clarus eminuit, & disciplinæ regularis tenacissimus refulsit, quibus ingentem venerationem sibi conciliavit. Tandem Archiepiscopus Rhemensis electus, ab editis rebus celeberrimus, Parisiis vitam absolvit anno 1651. ætatis suæ 58. & defuncti imaginem e marmore juxta excitatam Clericorum Regularium domum Ludovicus cum magno Viri honore posuit.

Ejus ingenii, ex laudato Mongitore, & Rocco Pirro *de Ecclesia Mazariensi fol.* 555. extant:

In universam Aristotelis Philosophiam Commentaria. Parisiis ex typographia Regia 1652. in fol.

Horæ subcesivæ, hoc est, honores publici B. Andreæ Avellino Cler. Regul. decreti. Patavii apud Impressores Camerales 1625. in 4.

In Actores, & Spectatores Comœdiarum nostri temporis Parænesis. Patavii typis Laurentii Pasquati 1621. in 4.

Quatuordecim Patrum Clericorum Regularium Elogia. Ibidem in 8. & iterum Mediolani apud Impressores Archiepiscopales 1621. in 8.

De Paupertate Evangelica. Romæ typis Mascardi 1644. in fol. sed hoc opus ob discessum in Galliam abruptum, adhuc non est absolutum.

De fidei unitate libri tres ad Carolum Britanniarum Regem. Lutetiæ Parisiorum ex typographia Regia 1648. in fol. Opus insigne ob Auctoris mortem imperfectum. Authographum servatur MS. in fol. in Biblioth. Cler. Reg. Panormi. Italitè etiam edidit

La Penna, Panegirico nella solennità della Dottrina di S. Tomaso d'Aquino fatto all'Università di Padova, nella Chie-

sa

sa di S. Agostino de' Padri Predicatori. Vicentiæ apud Franciscum Grossum 1620. in 4.

Il Sole, Panegirico nella pompa funerale dell' Illmo, e Revmo Monsignor Coriolano Gorzadoro Vescovo di Cherso, e d'Ossero, e Nunzio di Sua Santità nella Germania. Vicentiæ apud eumdem 1618. in 4. & Patavii apud Pasquatum 1618. in 4.

Prælo paraverat

In Cantica Canticorum facultatem, sive ad literam notas.

Ad Sacram Regum Historiam Commentaria Sacroprophana.

Romani Pontificii Caracteres, in quibus divinæ, humanæque literaturæ, sacrarum Scripturarum veterum Patrum, Historicorum, Poetarum, Oratorum loca penè innumera expenduntur, illustrantur. Omnium fermè artium, & scientiarum dogmata, Gentium, antiquitates, leges, ritus, symbola ad mores referuntur. MS. in fol. extant in laudata Bibliotheca.

De lusibus naturæ libros quinque.

Amœnitates Poeticas, Historicas, Ethicas, Criticas, Geographicas, Astronomicas, & Theologicas, in quibus non modò varia Carminum genera, sed quidquid cuderat eruditæ, argutæque scriptionis, reperiuntur. Authographum servatur Panormi in eadem Biblioth. MS. in fol.

De Usuris in mutuo, emptore, & venditore. Libros octo.

Paulum Consiliarium, sive de Virginitate Aulica. MS. in fol. servatur in eadem Bibliotheca.

Evangelicæ paupertatis Caracteres, sive Cajetani paupertatem evangelicam. MS. in eadem Bibliotheca.

Bencium, sive Clericum Regularem, &c. in eadem Bibliotheca.

Innocentio X. Pontifici Optimo Max. de Barbarinorum in Gallias adventu Epistolam Apologeticam.

Il Principe di Paternò, overo Saggi del Merito, e della Fortuna. Opus in duas partes distributum, quod in eadem Bibliotheca fasceatim conspicitur.



SYLLABUS

Regum, Principum, S.R.E. Cardinalium, Præsulum, aliorumque illustrium Virorum, qui FRANCISCUM MARIAM DE MONACHO summis benevolentiæ signis complexi sunt.

LUDOVICUS XIV. Galliarum Rex invictissimus, sub cujus auspiciis Theatinorum Ordo domicilium fixerat Parisiis, eo apud se loco & pretio habuit *Franciscum de Monacho* novæ Domûs Præpositum & Conditorem, virum quâ virtutum insignibus, quâ egregiis animi dotibus ad miraculum penè factum, ut non modò illi præfatæ Domûs erectionis diploma benignissimè obsignaverit, appositis hisce honorificis titulis: *Carus & magnoperè nobis commendatus Franciscus Maria de Monacho*; verùm etiam ad regiæ benevolentiæ suæ contestationem unà cum Andegavensi Duce germano fratre invisêre *Franciscum* in ædibus suis voluerit; cujus postea sequuta morte, cum magno viri honore juxta excitatam Theatinorum Domum iconem marmoream collocari jussit. Silos *in hist. Cler. Regul. part.* 3. *lib.* 8. *fol.* 296. & *fol.* 298. 299.

ANNA AUSTRIACA Galliarum Regina, Ludovici inclyta parens, adeò erga *Franciscum* extitit liberalis, ac benefica, ut præter regia donaria, ac supellectilia inæstimabilis valoris, quibus novam Ecclesiam locupletavit, illum in Parisiensibus turbis alere cum tota religiosa familia, atque speciali protectione sua fovere studuerit. Quem pariter in benevolentiæ, æstimationisque significationem invisêre in præfatis ædibus minimè dedignata est. Silos *par.* 3. *lib.* 8. *fol.* 356. & 295. 297. 298. 299.

ANDEGAVENSIS DUX germanus frater Ludovici Galliarum Regis, æmulator existens maternæ pietatis & beneficentiæ, summo etiam amore, & liberalitate præfatum *Franciscum de Monacho*, ejusque religiosos viros prosequutus est. Silos *ibidem*.

ARMANDUS BORBONIUS Princeps de Conty, ex regia Galliarum stirpe, dum universæ rei bellicæ summo jure

se præesset, rogatus per literas a *Francisco de Monacho*, ut in relatis Parisiensibus turbis adversus popularium insolentiam se, suamque familiam tueretur; æquo & libenti animo quantum ipsi licuit in ea temporum calamitate adjuvit: cui præterea ad suppetias ferendas pronum, paratumque se obtulit. Silos *par.* 3. *lib.* 8. *fol.* 357.

HENRICUS BORBONIUS ex eodem regio sanguine, Ludovici patruus, ac sacri Romani Imperii Princeps, Episcopus Metensis, & Abbas S. Germani, humillimè requisitus a *Francisco de Monacho*, ut mansionis locum pro se, suisque Religiosis alumnis in suburbio S. Germani concederet; benignissimè votis ejus annuit, literasque hac in re planè honorificas protinus obsignavit. Silos *par.* 3. *lib.* 8. *fol.* 296.

JOANNES CORNELIUS Venetiarum Dux & Princeps (cui *Franciscus* librum de publicis honoribus Divo Andreæ Avellino ab Urbano VIII. decretis consecravit) ea in æstimatione habuit *Franciscum* ob ipsius ingenii fertilitatem, ac quamdam veluti in scientiis omnibus vastitatem, ut dilaudare illum coram omnibus tanquam omnigenę eruditionis fontem nunquam cessaverit.

JULIUS MAZARINUS S. R. E. Cardinalis, Galliarum Regibus proximus publicæ rei administratione, ac Regni fascibus, incredibili studio *Franciscum*, cujus præclara in Deum merita, virtutesque omnes a multis jam annis probè noverat, complexus est. Quem proinde in sui Confessarium, & Theologum adscitum, perennibus amoris, & beneficentiæ suæ argumentis, collatis scilicet centum aureorum millibus pro templi, ædiumque extructione, sibi devinxit. Silos *ibidem fol.* 294. 299.

Eadem etiam benevolentiæ contestatione prosequutæ *Franciscum* fuêre præfati Cardinalis neptes Principes Galliarum fœminæ, quibus adnumeranda est Carignani Princeps, ornatissima Thomæ Sabaudi conjux, quæ permota *Francisci* zelo, ignitisque ejus sermonibus, sedulò ac devotè concionibus ejus intererat. Silos *fol.* 295. 300.

ANTONIUS BARBERINUS S.R.E. Cardinalis, Urbani VIII. germanus frater, tanti fecit *Francisci* doctrinam, sagacitatemque, ut ad tuendam causam profectionis suæ in Galliam adversus Innocentii X. Pont. Max. criminationes, ejus opera & scripto usus sit. Idque ex illius ad Innocentium X. Epistola Apologetica superius inter *Francisci* opera recensita, dilucidè constat.

2 FRANCISCUS BARBERINUS S. R. E. Cardinalis, Magnæ Britanniæ Protector, summo etiam studio & benevolentia prosequutus *Franciscum* est; cujus votis & jussionibus *Monachus* obtemperans, librum scripsit ad Carolum Britanniarum Regem *de Fidei Vnitate*.

3 BERNARDINUS SPADA S.R.E. Cardinalis, Fideique propagandæ Præses, ex singulari opinione, quam de doctrina *Monachi* gerebat, onus illi commisit, ut latino sermone dissidia inter Catholicos in Anglia degentes exararet. Quod *Franciscus* egregiè præstitit, conscripto hac de re parvo, elegantique volumine, quod asservatur in Archivio Bibliothecæ S. Josephi.

NICOLAUS DE BALNEIS Apostolicus Nuntius apud Galliarum Regem, qui postmodum inter S.R.E. Cardinales cooptatus inclaruit, adeò *Francisci* amore captus est, ob incomparabiles ejus animi dotes, scientiasque ferè omnes, quibus omnium admirationem ad se traxerat, ut illum ceu filium adamaverit. Quod idemet *Franciscus* in literis datis ad P. Generalem sui Ordinis testatus luculenter est, in quibus Nicolaum Congregationis suæ, suique Patrem appellat. Silos *fol.* 300. *&* 294.

JOANNES THEUPOLUS Venetiarum Patriarcha, permotus publica, quæ de *Francisci* doctrina sese ubique fama diffuderat, ipsius frui præsentia expostulavit, tantoque etiam in eum flagravit amore, ut frequenter ipsum adire, ejusque erudita opera terere & pervolutare, studia insuper juvare, ac tandem muneribus, lucubrationibusque a se in lucem emissis ditare voluerit.

AUGUSTINUS GRADONICUS Aquilejensis Patriarcha, nobilis Venetus, *Franciscum*, cujus consuetudine usus Patavii & Venetiis aliquando fuerat, sum-

summo in amore, & deliciis habuit. Ad quem proinde literas benevolentiæ plenas scribere interdum consuevit.

FRANCISCUS HARLÆUS Archiepiscopus Rothomagensis, Normanniæ Primas, ea in æstimatione ac pretio apud se habuit *Monachi* sapientiam, virtutesque morales, ut non modò illum Rothomagum adventantem excipere humanissimè voluit; verùm etiam in tesseram benevolentiæ suæ dono ei mittere per germanum fratrem Marchionem de Breval singula, doctaq. a se in lucem emissa volumina haud dedignatus sit.

ANDREAS DE BNIN OPALINCKI Episcopus Posnaniensis, Regni Poloniæ Senator amplissimus (cui *Franciscus* ob initam amicitiam, adscripsit Panegyrim, quam habuit Patavii in templo Patrum Prædicatorum *de Laudibus Divi Thomæ Aquinatis*) ita addictissimus *Francisco*, ejusque operibus extitit, ut confessus ingenuè sit, nullum planè hominem se agnovisse, in quo tot miras ingenii dotes, tot exquisitas eruditionis opes, tot denique virtutum & scientiarum ornamenta suspexerit, quemadmodum in uno *Francisco de Monacho* non sine naturæ prodigio simul unita, & conjuncta intuebatur.

ALOYSIUS LOLLINUS Bellunensis Episcopus, *Franciscum* amicitiæ vinculo sibi colligatum, singularibus amoris, æstimationisque signis jugiter prosequutus est. Cujus rei fidem faciunt crebræ ultro citroque datæ epistolæ, quæ in præfato superius Archivio asservantur.

DUX VATANDORUS, & PETRUS SEGUERIUS Magnus Parisiensis Cancellarius, nullis non officiis liberalitatis, & benevolentiæ cohonestare *Franciscum*, quem summoperè diligebant ob ipsius præclara in Deum, hominesque merita prætermisêre, quamdiù triplicem hunc nexum mors invida non separavit. Silos *fol.* 293. & 301.

ORATORES tam Veneti Senatûs, quàm etiam Sabaudiæ Ducis, qui anno 1644. Lutetiæ apud Galliarum Regem residebant, demirati non semel aureum *Francisci* eloquentiæ flumen, miramque ipsius in dicendo eruditionem, sermonisque elegantiam non modò interesse concionibus ejus libenter voluêre, verùm etiam debitis præconiorum laudibus extollere tam eximii viri promerita non cessabant. Silos *fol.* 295.

Idem etiam fecêre Dominus DE LAHAYE olim Galliarum Regis apud Turcas Orator, & FRANCISCUS SOUSA Lusitani Regis Legatus, aliique viri Principes & Dynastæ. De quibus consule Josephum Silos *in locis præcitatis*.

SYLLABUS

Auctorum, qui emeritis laudum præconiis FRANCISCI DE MONACHO doctrinam, eruditionemque summam exornatam reliquêre.

1 ALOYSIUS NOVARINUS Cler. Regul. *in Encyclopedia Epistolarum, sive Opusculorum tom.* 1. *fol.* 37. referens Epistolam *Francisci de Monacho* ad se scriptam, ita ad eumdem rescribit. *Eruditissimo P. D. Francisco Mariæ de Monacho Drepanitano Clerico Regulari, Panormum. Quid de scriptis meis censeas testari scripto voluisti; accepi Epistolam tuam, quæ tota meis laudibus est consuta, tota in meorum operum commendationem excurrit. De tuis laudibus ut te amem, non amo tamen laudes; quas nec mihi datas puto, quia non mereor. Affectum tuum, qui te huc impulit, gratum habeo; & contendam sequi quod tu me putas jam assequutum, atque adeò hoc boni ferent tuæ laudes, quod illarum, ut ita loquar, stimulo eò ferar, quo tu me credis, & asseris pervenisse. Doleo meæ imbecillitatis notitia fieri, ne mihi liceat judicii tui sententiæ subsignasse. Possem ego justiùs efferre tua, quam tu mea extuleris, sed malo tecum affectu contendere, quàm laudibus, tempus ipsum aperiet, quid mea scripta valeant, quid tua. Opusculum, quod de Spectaculis, imò in spectacula edidisti libens legi; & nollem ejus lectionem adeò multorum levitati necessariam negligi; teratur omnium manibus liber, ne tempus rerum inanium, imò & noxiarum occupatione homines terant. Sed quia habenti dabitur,* ut Salvator loquitur, *habeo hæc pauca, quæ de Spectaculis adnotabam, idque in cultum potiùs quàm in notitiam, nam ista tu fors non cares, & illum ego de-*

debeo . . . . Nolo plura adjicere , nam nec tu indiges , nec ego , ut institutum meum servem, observationes pluras addere ex lege teneor . Vale , Pater eruditissime , & illa , quæ avidè ab omnibus expectantur , emitte tandem ; moras omnes amolire , & exhibe , quæ jamdiu moliris . Vale .

2 ANTONINUS MONGITORE *in Additione ad Siciliam Inventricem Vincentii Auriæ pag.* 203. loquens de Novendialibus diebus Expectationis Partûs B.Mariæ Virginis,ait:*P.D.Franciscus de Monacho vir doctissimus , unà cum suis Religiosis anno* 1644. *introduxit Parisios morem faciendi novendiales dies pro Expectatione Partûs Beatissimæ Mariæ Virginis , qui mos primum in Siciliam introductus, postea per omnes Christiani Orbis partes propagatus est .*

3 ANTONINUS COLLURAFI *in Epistolis par.* 2. *pag.* 113. Franciscum de Monacho vocat *ornamentum Clericorum Regularium , ac Siciliæ Solem , ob eminentem ipsius doctrinam in omni scientiarum genere .*

4 CAJETANUS MAGENIS Cler. Regul. *in Vita S. Cajetani par.* 2. *cap.* 2. *pag.* 397. honorificam *Francisci* mentionem facit,eumque laudat,ex eo quod Divi Cajetani cultum scriptis suis promoverit .

5 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Cler. Regul. *in Compendio italico Vitæ Ven. Ursulæ Benincasæ pag.* 165. Franciscum de Monacho appellat *Virum magnæ sapientiæ, & virtutis .* Cujus iconi hoc Distichon apposuit :

Ore, stylo valuit: decoravit templa, lyceos:
Non unũ prosa,& carmine scripsit opus.

6 GABRIEL NAUDÆUS GALLUS *in Causæ Kempensis conjectione pro Curia Romana pag.* 113. de eodem ait : *Loquatur pro te , & de rebus Romæ ab ipsomet Cajetano maxima tua cum indignatione perpetratis . . . . ille , quem sui nuper magno Reipublicæ literariæ damno felicem composuère* Franciscus Maria de Monacho *Clericorum Regularium in hac Urbe Præfectus, &c.* Et *pag.* 145. subdit : *Qua in re cùm doctissimus Pater* D. Franciscus de Monacho *Cajetanum dolum subolfecisset , teque vindicem illius appellasset .* &c.

7 JACOBUS CHANNEVALLE Gallus Societatis Jesu *in Physica particulari tom.* 2. *part.* 8. *de Anima in communi* §. 6. *fol.* 275. *in responsione ad objectionem tertiam* , approbat Francisci de Monacho *doctrinam circa formas partiales .*

8 JO. PETRUS CRESCENTIUS *in Præsidio Romano lib.* 2. *fol.* 34. *n.* 15. Franciscum de Monacho inter Viros illustres Theatini Ordinis, qui doctrina claruère , reponit .

9 JOSEPH SILOS Cler. Regul. *in Historia Cler.Regul. par.*3.*lib.*12.*f.*568. describens *Francisci* ingenii acumen , miramque eruditionem , hoc ipsi Elogium attexuit . *Franciscus Maria de Monacho natione Siculus , patria Drepanitanus , anno volventis sæculi octavo , die octava Maji , Panormi in Divi Josephi templo solemni ritu vovit . Nescio an hunc aliquis inter nostrates ingenii præstantiâ , latini sermonis munditie , styliq. facultate , multiplici eruditione , doctrinaque superavit . Humaniores literas ita calluit , coluitque , veluti a gravioribus disciplinis abhorreret . Has verò perinde exercuit , ac si nullum sibi cum Parnassi sylvulis, ac Musarum amœnitate commercium.In Poetarum numeris,atque in omni carminum genere versatissimus. Heroica, Lyrica æquè pangere . Pindaricus, Anacreonticus ubi libuisset . In Exametris Maronem exprimere conabatur . Sed ab ardore ingenii abire in statianam granditatem videbatur : idque in eo mirum, quod extemporaneè , & quàm elegantissimè dictaret. Iidem illi in soluta oratione nervi, & cultus . Nihil ab ejus calamo , quod derasos ungues non saperet : nihil unquam excidit non cothurnatum, ac splendidum . Eruditio deinde in scriptis omnigena : ut qui antiquitatem latinam , græcam , sacram , profanam excusserat penè omnem , ac nullum non voraverit Scriptorum genus . Scholas habuit , Philosophicas quidem Vicentiæ , Theologicas verò Patavii : prodieruntque ab ejus disciplina docti viri , qui easdem subinde facultates cum laude professi alibi sunt . Affixum adeò literis , administrare etiam Ordinis munera oportuit . Nam in Sicilia Visitator , Romæ P. Generalis Consultor fuit . Cùm ve-*

rò de fundando Parisiensi Cœnobio ageretur, eò allegatus, egregiam in gravissimo negotio operam posuit, confecitque præclarè rem. Enimverò qui familiaris olim Romæ fuerat Julio Cardinali Mazarino, principi tunc regnatricis Reginæ administro, veterem consuetudinem ita instauravit, ut suæ etiam regendæ conscientiæ Cardinalis admoverit. Quo quidem facilè Monacho fuit, reliquam sibi aulam adjungere, ac perficere constituendæ Theatinæ Coloniæ consilium. Id quod faustè mox accidit. Delecto siquidem, Mazarino auspice, coemptoque ejus auro transflumen in Sancti Germani suburbio e Prætorii regione situ: exposita ad sacrorum usum ædicula, ac magnificè exornata, lectissimarum concentu vocum, solemni sacro, disertissima ad populum concione, concursu populorum incredibili, die Divæ Annæ sacra, eidem Genitricis Dei Matri dedicata Ecclesia est ab Apostolico Nuntio, eo quidem plausu, ut dicari illustriùs, ac magnificentiùs Ecclesiarum rudimenta, ac natales nequeant. Adfuit potissimùm, ac festam eam adauxit lucem sui præsentia, ac majestate Anna Austriaca Regina, a qua templum nuncupatum: & quæ Mazarini operâ Theatinæ rei mirificè favebat, adfuit prius munificentia verè regia, auro nempè, atque ad divinorum cultum, templique ornatum stragulis acu pictis, ac longè pretiosissimis. Huic postea Ædi sacræ a fundamentis ad omnem magnificentiam excitandæ is ipse Cardinalis Mazarinus centum aureorum millia nostris legavit: jactusque jam Regis nomine ab Armando Borbonio Principe de Conty primarius lapis: quod fusè in hisce historiis explicatum. Redeo ad Monachum, qui sanè nisi externis distineri se curis permisisset: aut quæ auspicatus est monumenta, continenti scriptione, ac stylo ad exitum perduxisset; neque cœpto vix opere, ad aliud ardore quodam festinasset, pleraque haberemus ab ejus calamo, digna literatorum luce, assensuque commentaria. Et in Analectis, sive Epistolarum Centuria, adferens responsoriales literas ad Francisci de Monacho epistolas sibi allatas, ita epist. 37. pag. 86. in illarum laudem excurrit. Nocte appetente successerat solutæ jam cœnæ perjucunda, ut moris est, inter commensales confabulatio; cùm allatæ mihi tuæ literæ, Francisce Maria ornatissime interceptam sermocinationem perfudere suo nectare. Legerim ipse, an voraverim, amicus scriptorum tuorum helvo incertum. Illud satis compertum mihi, libatam cursim scriptionis dulcedinem, illico regustasse. O literarum supra Lipsium elegantiam, nitorem, cultum. &c. Et epist. 40. pag. 94. enarrans studium suum circa Clericorum Regularium historiam, quam moliebatur, ita Franciscum alloquitur. Proh quantum superbiret historia, si tuo ipse auro, tua purpura convestires! qui verborum nitor, quæ gravitas, quæ gratia ditionem commendaret! &c.

10 LEO ALLATIUS *in Apibus Urbanis pag.* 108. referens unum, vel alterum ex pluribus *Francisci* operibus, illum sic laudat. *Franciscus Maria de Monacho Clericus Regularis multa scripsit etrusco, latinoq. idiomate, in utroque, ut Franciscus Bolvitus ait, admirandus ob variam eruditionem, ac nervosum eloquentiam.*

11 PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico nobilitatis Siculæ part. 2. fol.* 171. loquens de præclara Monachiorum familia, hæc verba de Francisco adjecit. *Franciscus Maria de Monacho vir doctissimus, qui æternam de suis virtutibus laudem reliquit.*

12 PHILIPPUS LABBÆUS Societatis Jesu *in sua Bibliotheca Bibliothecarum fol.* 39. Franciscum Mariam de Monacho inter ævi sui scriptores enumerat, recenſetque ex inscitia unum tantummodo ex pluribus ab eo in lucem emissis, opus.

13 RAPHAEL SAVONAROLA Cler. Regul. sub anagrammatico nomine *Alphonsi la Sor a Varea*, in erudito libro, quem inscripsit: *Universus terrarum Orbis tom. 2. fol. 236. colum. a.* Francisci meminit, citatque illius opera.

14 ROCHUS PIRRUS in libro *Notitiæ Siciliensium Ecclesiarum*, de *Ecclesia Mazariensi fol.* 555. paucis verbis multa complexus, *Franciscum* summoperè commendat, inquiens: *Franciscus Maria de Monacho Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum, D. Pe-*

D. Petri filius, & Thomæ consanguineus, post antiqui generis nobilitatem, literarum omnium peritiâ haud absimilis, Philosophiæ, ac Theologiæ olim Patavii, & alibi professor: trium linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ, & amœniorum studiorum cum paucis suo sæculo eruditissimus, Provincialis Visitator in Sicilia, post Romæ Consultor generalis, ac in Tribunali S. Officii, & in rebus fidei Censor, & Consultor, meus Collega multa ornatè, & eleganter scripsit. &c.

15 SEBASTIANUS CRAMOISY Architypographus Parisiensis *in præmonitione ad Lectorem*, quæ habetur in libro, cui titulus, *in universam Aristotelis Philosophiam Commentaria*, hocce de *Francisci* doctrina testimonium protulit. *Urgebat operis istius summam eruditissimus* P. Franciscus Maria de Monacho, *cùm ipsum e Castris Ludovisiacis, quæ tunc fortè in Ambianis consederant, febris inopina redeuntem oppressit. Quod equidem maximo omnium dolore contigit, ob incredibilem ejus Viri doctrinam, quæ pari cum modestiæ laude, & urbanioris vitæ ratione conjuncta, non minimam illi apud omnes gratiam conciliabat. Verùm luctuosus mihi in primis ejus obitus accidit, quem præclaris aliis laboribus, quos partim affectos, partim etiam absolutos in omni ferè scientiarum genere penes se habebat, excudendis unum præsertim elegerat*. &c.

16 VINCENTIUS NOBILIS *in Thesauro abscondito pag.* 785. de eodem ait: *Franciscus Maria de Monacho Drepanensis Theatinus, Professor trium idiomatum, Hebraici, Græci, & Latini, Provincialis Visitator, Consultor Romæ Sancti Officii, qui plura volumina edidit.*

CARMEN LATINUM

In ejusdem Viri laudem,

Sive ODE

Tretracolos Distrophos.

Qualis Arctoo rutilat coluro,
Gnossius, quales jaculatur ignes
Fulgor, auratos ubi nectit ardens
Juppiter orbes.
Tam renidenti paret in sereno
Luce nativa trabeata virtus,
Et tuæ Cœlum variante cultu
Mentis adornat.
Frons verecundo roseum decore
Solibus tantis posuit recessum;
Pallas illimi radio modestum
Pectus abarmat.
Atticæ noctes revehunt Eoi
Syderis vultum, via lactè pallet
Docta quam longè parat erudito
Cartha colore.
Hac præit fulvo redimita cinctu
Suada, musis, & comites citato
Gratiæ passu, titulosque stellis
Credere gaudent.
Quæ superducto viridat smaragdo;
Regia Phœbus tibi cedit aula
Exedræ mutant solium diserti
Fulgure verbi.
Obsitas Romæ veteris Cathedras
Pulvis obnubit, tua rostra tantùm
Eminent, circum numerant, & actas
Temporis horas.
Hæc tuo clamat celebrata plausu,
Hæc tua clamat bene scripta laude
Posthumis demum memori notato
Porriget annis.

CARMEN ETRUSCUM

Emmanuelis Filingerii, & Antonii Martiani Convictorum Imperialis Collegii Nobilium Urbis Panormi,

Sive ECLOGA,

In qua mors *Francisci de Monacho*, sub nomine Tirsis, ab Elpino, & Sileno Pastoribus deploratur.

Elp. *Dolce Silen, perchè sì mesto, e tacito*
Solo all'ombra ne siedi a piè d'un Acera,
Lasciando gir la gregia a suo ben placito?
Dimmi, qual aspra pena il cuor ti lacera,
E ti rende qual selce immota, e frigida?
Dolce Silen, qual duol ti strugge, e macera?
Forse la Ninfa tua severa, e rigida,
D'amor l'arco, e lo stral mirasti frágere?
Parla, che fu? qual aspro duol t'infrigida?
Sil. *Lasciami, o caro Elpin, lasciami piangere*

L'aspro di Tirsi, *doloroso interito,*
Cui m'è forza per sempre, abimè, compiangere.
Tirsi, *rossor del secolo preterito,*
Tolsero a nui l'empie, crudeli fatora;
Tirsi *gentil, che d'esser pianto à merito.*
Mira d'intorno, e valli, e mõti, e pratora
Spander solo per lui fiumi di lacrime,
E la greggia non più pasciuta, e satora.
Pastor no v'à, che il caso rio non lacrime.
Nelle pietrose tane incolta, e sucida
Fera non v'à, che meco nol collacrime.
Elp. Tirsi *morío! perciò languida, e mucida*
Vidi la rosa, i fiori, e l'erbe tenere,
Perciò Flora non è più colta, e lucida!
Dove è dunque il bel Tirsi? *abimè, che è cenere:*
Dũque tosto Sileno andiamne al tumulo,
V' co' flebili canti ognuno il venere.
Sil. *Andiamne, che ivi di viole un cumulo*
Sparger vò sopra della fredda tomba,
E mentre canti altri bei fiori accumulo.
Elp. *Or che* Tirsi *morío, ecco ribomba*
La candida Colomba
Più non s'ode cantare entro del nido,
Ma abbandonando il dolce Sposo, e fido,
Ne corre in stranio lido
Cantando solo: abimè, Tirsi *morío.*
Sil. Tirsi *il Pastor d'Oreto è morto, oh Dio,*
Dice torbido il rio,
Mentre al vasto Oceano a passo, a passo
Tra dirupi, tra sterpi, e sasso, e sasso,
Errante move il passo.
Elp. *Zefiretto non più scherza co' fiori,*
Perdono i Gelsomini i bei candori,
Narciso i suoi dolori
Si rammenta, e le pene, e il lungo pianto;
Si spoglia già del porporino ammanto
La Rosa, e l'Amaranto.
Sil. *Fosca dall'onde il Sole alza la fronte,*
E piãge il piano, il colle, il bosco, e'l mõte,
E piange il fiume, e'l fonte;
Ed i pastori in fin, le pastorelle
Piangono, e insiem con lor piangon le belle
Candide pecorelle.
Elp. *Non più miransi festosi,*
Baldanzosi,
Cinto il crin di bei fioretti
Intrecciar danze, e balletti
Bei Pastori, e belle Ninfe
Alle linfe
Di fastoso, orgogliosetto
Ruscelletto:
Ma ognun dice in viso smorto,
Tirsi *il gẽtil pastore, abimè, che è morto.*
Sil. *Ed il bianco, folto armento*
Pigro, e lento
Ora vanne al pasco usato,
E pel vago, ameno prato
Non più scherza coll'erbette
Morbidette;
Ma dolente camminando
Va belando
Pien di pena, e di sconforto:
Tirsi *il gẽtil pastore, abimè, che è morto.*
El. Tirsi *il gẽtil pastore, abimè, che è morto!*
Tirsi *il caro pastorello,*
Che qual altro Orfeo novello
Dolci carmi, e dolci versi
Pieni, e aspersi
Di soave melodia,
Dolce sì solea cantare
Colla Cetra,
Quando la bella voce alzava all'etra.
Or non più si sente, e ascolta,
Perchè sciolta
L'anima dal suo fral volonne al cielo.
(D'empia morte, ahi crudo telo.)
Su via dunque, vò laudare
L'armonioso suon della sua lira.
Ma questo non è il bel, che in lui s'ammira.
Sil. *Ma questo non è il bel, che in lui s'ammira.*
Morì in lui, ahi quel gentile
Pastorello, a cui simile
Non vivrà, nè giammai visse:
Quanti scrisse
Dolci versi, e dolci carmi
Su corteccie, e duri marmi,
Par che in mesti, amari accenti
Lo ridica
Questa antica
Selva, a lui cara, e gradita,
Che ora invita
Tutti al pianto, ed a' lamenti.
E ridicon fin le selve,
E le belve,
Ed il bosco oscuro, e incolto.
Tirsi *ne giace in freddo avel sepolto.*
Elp. Tirsi *ne giace in freddo avel sepolto.*
Tirsi *a' santi Dì divoto,*
Di pietate bello esemplo,
Che ne andava al sacro templo,
Ed offriva poma intatte,
Dolce miel, candido latte,

Bian-

Bianche agnelle, ed ivi il voto
Scioglieva a' santi Dì l'alma diletta.
Bella virtù, che i nostri cori alletta!
Sil. *Bella virtù, che i nostri cori alletta*
Non fu solo la pietate;
Quante feo quell'alma grande
Opre degne, ed ammirande,
Non lo dican solo queste
Nostre Sicule foreste,
Nè le nostre piagge amate;
Ma lo dica d'Italia il bel paese,
Dove Tirsi *immortal di già si rese.*
Elp. *Le tue bell'opre, o* Tirsi, *e le tue glorie*
Non sa ridir la rustical mia cetera,
Che solo degne son d'eterne Istorie. (ra
Si. *Nè forza à d'innalzar col suono all'ete-*
Quanto festi di bello, e d'ammirabile
Mia rozza piva polverosa, e vetera.
Elp. *Basta, non più, che il tempo è breve, e labile:*
Andiamne alla grã tomba, e il sacrificio
Facciamo a Tirsi *pastorello amabile.*
Sil. *Piacemi usar ver lui sì grato ufficio,*
Anzi sopra l'avel potremo incidere
Questo del nostro amor pietoso indicio:
Quì giace (ah che mi sento il core ancidere!)
Memoria è questa, che il tuo crudo spiculo,
E tua forza potrà, Morte, deridere:
A 2. *Quì giace* Tirsi *Pastorello Siculo.*

FRANCISCI DE NEAPOLI

Clerici Regularis, Episcopi Belcastrensis

ELOGIUM XXI.



RANCISCUS DE NEAPOLI nobilis Panormitanus, non (ut perperam scribunt Ferdinandus Ughellus *in Italia Sacra tom. 9. fol.* 698. & Nicolaus Coletus *in Additione ad eandem Italiam*, decepti fortassis ex ejus agnomine) Neapolitanus: Parentes habuit Josephum de Neapoli primum Campibelli Ducem, in supremo Italiæ Consilio Regentem, & Lauream de Septimo ornatissimam fœminam: fratrem verò Carolum de Neapoli virum græcis, latinisq. literis instructissimum, ut tradit Mongitore *in Biblioth. Sicula tom.* I. *fol.* 129. Annos natus quatuor & decem Ordinis Clericorum Regularium insignia accepit Panormi in Divi Josephi Domo 26. Aprilis 1620. ubi solemnia Religionis vota nuncupavit 20. Martii 1622. Ab ineunte ætate literarum studia summa animi contentione, ac ingenii præstantia prosequutus, adeò in Philosophicis, ac Theologicis facultatibus profecit, ut paucis elapsis annis in virum undequaque doctum evaserit. Decursis studiorum spatiis ad sacras conciones animum, viresque omnes adjecit; tantaque valuit facundia, ut inter præstantissimos sui ævi Præcones, & insignes Ecclesiastes omnium eruditorum calculo fuerit recensitus; declamavitq. in multis Italiæ, & Siciliæ civitatibus, non sine auditorum voluptate, & plausu. Panormi in Divi Josephi Templo, ubi anno 1636. quadragesimalem curriculum confecit, ob doctrinæ profunditatem, & eloquentiæ vim, maximam sibi populorum venerationem conciliavit. Ideoque ab Eminentissimo Joannettino Doria S. R. E. Cardinali, Panormitanorum Archiepiscopo in Synodalem Examinatorem adlectus, summo apud ipsum in honore, & pretio fuit. Sagacitate, ac dexteritate in rebus agendis pollens, ad pertractanda magni momenti negotia a Genitore adhibitus est, *cujus prudentiæ, & virtuti* (ut testatur Franciscus Baronius *in Amphitheatro Nobilitatis Siculæ loco inferius citando*) *innixa tunc Regni moles sic erat, ut jure Sicilia universa ab eo duntaxat uno, bonis plaudentibus gubernaretur.* Expleto trigesimotertio ætatis anno ad Belcastrensem infulam in Regno Neapolitano promotus, & Panormi in Principe Templo consecratus 1639. ita Episcopale onus subiit, ac vigilantissimi Pastoris partes explere studuit, ut vota Pauli Apostoli ad Titum expressa, in ipso adimpleta conspicerentur. Ut primum siquidem ad Ecclesiam suam pervenit, in id potissimùm incubuit, ut collapsa Ecclesiasticorum disciplina iterum reflorescerct: ad quam proinde stabilien-

liendam nonnulla statuta, sancionesque edidit saluberrimas. Pluries suæ Diœceseos visitationem obivit; quo tempore rurales Ecclesias sacris paramentis denudatas copiosis supellectilibus locupletavit. Animarum zelo æstuans, ac charitate jugiter ardens, totum se dedit ad sublevandam pauperum inopiam, gregemque suum pascendum cælestis doctrinæ pabulo. Quare singulis diebus festis sermones ad populum habuit, in quibus copiosam conversionum segetem recollegit. Verùm dum Pastor optimus hæc ageret, multaque alia bona moliretur ad Ecclesiæ suæ, & proximorum utilitatem, nescio qua de causa accersitus in patriam suam, ibidem non multò post lethali morbo correptus, spiritum posuit 1. Julii 1651. ætatis suæ 45. Episcopatûs verò 12. sepultusque est cum acerbo omnium dolore, & luctu in Divi Josephi Templo inter suos religiosos viros.

Edidit

Nonnullas Epistolas Pastorales.

Item Sanciones varias, ac Decreta Synodalia.

Inedita reliquit hæc, nempè:

Explicationes supra Genesim.

Sermones quadragesimales.

Novendium Expectationis Partûs B. Mariæ Virginis.

SYLLABUS

Auctorum, qui FRANCISCI DE NEAPOLI Belcastrensis Episcopi honorificè meminêre.

1 ANTONINUS MONGITORE pluribus in locis suorum operum *Francisci* mentionem facit, præsertim verò *in Biblioth. Sicula tom. 1. f. 395.* in Elogio Josephi ipsius parentis. *In Historia Eccles. Panor. cap. Eccl. S. Josephi Cleric. Regul.* Ast *in Musæo Siculo* inter Elogia illustrium Virorum Urbis Panormi ecclesiastica dignitate fulgentium, hocce in *Francisci* laudem *cap. 5. pag. 274.* adnexuit, quod ex italico idiomate latinè redditum sic sonat. *Nobilissimæ familiæ de Neapoli splendor non modò conservatus, verùm etiam auctus fuit a* Francisco *benemerito Josephi de Neapoli, Campibelli Ducis, & in supremo Italiæ Consilio apud Hispanam Curiam Regentis filio. Is generoso, & magnanimo spiritu sæculi pompas aspernatus, Deo se dicavit in Religione Clericorum Regularium, cujus habitum induit Panormi in Domo S. Josephi 20. Martii 1622. Ob præclaras animi sui dotes, quæ in ipso miro quodam modo resplenduerunt, omnium ad se traxit admirationem, & plausus. Gravioribus excultus scientiis, ac doctissimus reputatus, ab Eminmo Joannettino Doria S.R.E. Cardinali, quo tempore hic Panormitanam Ecclesiam Pastoris munere regebat, in Synodalem Examinatorem electus, inter insigniores illius ævi Theologos adjudicatus fuit. Sacra præditus eloquentia, pluries verbum Dei e suggestu in magni jejunii feriis disseminavit, ubiq. semper magnis laudibus celebratus. Hujus prudentiæ negotia magni ponderis Regni Siciliæ innixa fuère, cum assensione, & approbatione bonorum omnium. Hinc meritò ad Episcopale Solium Belcastrensis Ecclesiæ in Regno Neapolitano evectus, octava Augusti die anni 1639. consecratus fuit in Cathedrali Templo Urbis Panormi a Blasio Protho Messanensium Antistite, & a Petro Corsetto Cephalœdensium, & Vincentio Candido Liparensium Episcopis. Ecclesiam hanc aliquot annos emerita cum laude rexit, ab omnibus propter eximias ejus virtutes, prudentiam, zelumque veneratus, & amatus. Tandem Panormi vitæ cursum absolvit 1. Julii 1651. deposuitque mortales exuvias in Divi Josephi Templo Patrum Theatinorum, ubi regularem habitum induerat, & prima suxerat spiritualis vitæ alimenta.*

2 AUGUSTINUS INVEGES in libro, *Panormus Sacra*, Francisci meminit *fol. 72.* ubi inter Panormitanos viros ad Episcopalem Sedem evectos, eumdem recenset.

3 FERDINANDUS UGHELLUS *loco superius citato* referens singulos Episcopos Ecclesiæ Belcastrensis, inter hos *fol. 698.* Franciscum enumerat, ubi confundens illius agnomen cum Urbe Neapolis, Neapolitanum facit.

4 FRANCISCUS BARONIUS superius laudatus *in Amphitheatro Nobilitatis Siculæ fol. 14.* in Elogio Josephi de

de Neapoli supremi Italiæ Consilii Regentis, loquens de *Francisco* ipsius filio, ait: *Nihil hic de Francisco Clerico Regulari, cujus prudentiæ, ac virtuti innixa regni moles sic est, ut jure Sicilia universa ab eo duntaxat uno, bonis plaudentibus gubernetur, & regatur.*

5 JOANNES AMATUS Societatis Jesu Sacerdos, vir quâ generis nobilitate, quâ doctrinæ soliditate, quâ denique rerum Sicularum notitia, & locuplete eruditionum supellectili, nulli planè aut suppar, aut secundus, in eruditissimo libro *de Principe Templo Panormitano lib.* 13. *cap.* 4. *fol.* 465. Francisci de Neapoli Belcastrensis Antistitis meminit, cujus inaugurationem, consecrationemque factam esse sub die 8. Augusti anno 1639. asserit.

6 JO. PETRUS CRESCENTIUS *in Præsidio Romano lib.* 2. *pag.* 34. *n.* 14. Franciscum de Neapoli inter Theatini Ordinis Episcopos reponit, dilaudatque.

7 NICOLAUS COLETUS *in Additione ad Italiam Sacram Ughelli*, deceptus & ipse ex eodem agnomine, & errore, *Franciscum de Neapoli* fol. 495. n. 29. *Neapolitanum* vocat.

8 PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Nobilit. Siculæ part.* 2. *f.* 239. honorificam *Francisci* mentionem facit.

9 VINCENTIUS CORONELLUS *in Bibliotheca Universa tom.* 5. *fol.* 87. sequutus Ughellum, & Coletum, *Franciscum de Neapoli*, Neapoli natum censet, affirmatque.

10 Denique VINCENTIUS GARSIA C. R. in suis ingenii monumentis, plura paucis complexus, hocce de *Francisco* Elogium exaravit, quod sic habet.

FRANCISCUM DE NEAPOLI
Belcastrensem Antistitem,
Patre Josepho de Neapoli
Primo Campibelli Duce,
Et
In supremo Italiæ Consilio apud Hispanam Aulam Regente,
Panormi illustri exortum Prosapia,
Roma sacris literis expolivit;
Thienæus Ordo scientiis, & moribus
Exornavit:
At Hispania doctrina, eloquentia, & virtutibus ubique irradiantem
Ad Episcopalē Cathedrā in regno Neapolis
Provexit.
In qua egregius Pastor
Veluti lucerna super Ecclesiæ Candelabrum posita
Universo gregi, quâ vitæ probitate,
Quâ morum suavitate, mansuetudine,
Et insigni in pauperes charitate,
ac liberalitate
Præluxit.
Ecclesiasticam disciplinam penè collapsam
Magna ex parte
Pastorali vigilantia, & zelo
Restauravit.
Rurales Ecclesias sacris denudatas
Supellectilibus,
Detracta sibi, ac divendita re familiari
Copiosis indumentis
Locupletavit.
Templa quoque vetustate jam diruta
Collato partim piorum ære,
Partim sumptibus suis
Refecit.
At constructa meliorem in formā redigens,
Venustiori sacrorum cultu, & donariis
Nobilitavit.
Concreditas sibi oves ad æternæ vitæ
Pascua perducturus,
Quotidiano verbi divini pabulo
Per duodecim omnino annos,
Quibus illarum regimen gessit,
Enutrivit.
Denique bonus Pastor,
Assiduis consumptus laboribus, ac vigiliis
In ætate adhuc florente
Vitam pro grege suo
Posuit
I. Julii MDCLV. æt. suæ XLV.
Episcopatûs verò XII.

CARMEN LATINUM, sive ODE

DICOLOS DISTROPHOS

A Michaele Aloysio Platamoneo Belmurgi Duce, & Imperialis Collegii Convictore ad ejusdem viri laudem composita.

HUc age, Latonæ proles, quam Delphica tellus,
Quam colit alma Claros,
Vosq. cobors Phœbi, Pindi sacra juga colentes,
Castaliæque Deæ,

In-

Inclyta linquentes Heliconis tecta citatos
Huc age ferte gradus:
Vos Citharę digitis nervos pulsate solutis,
Pieriasque fides:
Carmina dulcisona vos flectere voce docete,
Fundere, & ore melos;
Ut meritas numeris Francisci *dicere laudes*
Sim potis ipse meis,
Illius & clarū nomen vaga montis imago,
Ac nemus omne canat.
Hic Atavis ducens claris, priscaq. superbū
Nobilitate genus,
Stemmatis eximiis studuit virtutibus altū
Exsuperare decus,
Nō tria lustra puer cōplerat, vixq. tegebat
Aurea barba genas;
Quum supero temnens terrestria munera fastu
Sub pedibusq. locans
Sese, quo melius posset servire Tonanti,
Mancipat ipse Deo.
Quas ibi virtutes coluit, pietatis aperta
Quæ monumenta dedit!
Tu mihi, Musarum rector, tu Delie vates,
Tu modò Phœbe refer:
Tu modò Phœbe refer; clarum qui Nestora tantùm
Vicerit eloquio,
Ut rapidos posset fluvios, ventosq. morari,
Indomitasq. feras;
Blandius ac Orpheo rupes, densumq. potēti
Ducere voce nemus.
O quoties hominum divinis ferrea fregit
Pectora carminibus!
O quoties dictis malesana bile tumentes
Leniit hic animos!
O quoties monitis, pœnisq. ad ovile fugaces
Ipse reduxit oves!
Quot numeris culpas, fœdæ quot crimina (vitæ
Sustulit iste suis!
Vos, quibus hic rectum monstravit limite callem
Viribus eloquii,
Dicite: vosq. precor, testes nunc vocibus esse
Templa superba meis.
At tu, cui Superûm nunc tangere limina Divûm,
Altaq. regna datum,
Tu nostrum precibus luctum, nostrosq. dolores,
Sæpe levato tuis;
Dum meritis humili conamur laurea cantu
Nectere serta comis.

CARMEN ETRUSCUM

Ab Ignatio Papè Jampilerii Duce ex Principibus Valdinæ, & a Joanne Tagliavia ex Marchionibus Sancti Jacobi, Imperialis Collegii Nobilium CONVICTORIBUS, compositum,

Sive ECLOGA,

In qua a Sileno, & Montano Pastoribus funus FRANCISCI DE NEAPOLI *Belcastrensis Episcopi, sub Tirsis nomine defletur.*

Sileni vices gerit Ignatius Papè, Montani verò Joannes Tagliavia.

Sil. *Montano mio, quì coi lanuti armenti*
Mesto, e piangēte vai dall'elce all'orno,
Ed hai pensieri a lamentarti intenti.
Temp'è, che meni, or che l'aurora intorno
Questi boschetti de' bei raggi indora
Il grege a pascolar de' lupi a scorno.
Ma qual doglia crudel, che sì t'accora
Ingombra del tuo volto il bel sereno:
Parla, dolce Silen, che pensi ancora?
Mont. *Lasso! il crudo dolor mi strugge il seno,*
L'onor de' boschi, e l'ornamento vero
Mort'è il gentil Pastor, mort'è, Sileno.
Sil. *Sebben t'affligge il duolo aspro, e severo,*
Narrami a parte a parte il tristo evēto
Onde t'assale duol sì crudo, e fiero.
Mont. *Mentre piena di gioja, e di contento*
Godeva l'alma mia dolce conforto,
Allo spirar di dolce auretta, e vento;
Giunse Menalca semivivo, e smorto,
E disse, che per monte, bosco, e prato
Udiasi dire: il caro TIRSI *è morto.*
Tosto a me cadde il cor pel duro fato:
Morte crudel, tu già togliesti al mondo
Quello spirto gentil, quel ben amato.
Ahi Morte! Morte coll'artiglio immondo
Feristi quel Pastor, cui già d'alloro
Cinse Apollo il bel crin gentile, e biondo.
Ahi cruda, e fiera, che il comun tesoro
D'Innocenza, e Pietà, d'Onore, e Fede
A noi involasti, onde mi struggo, e moro.
Sil. *Ben giusto è il tuo dolor, ma troppo eccede,*
Cessa di lagrimar, rasciuga alquanto
Il volto tuo, che sempre a pianger riede.

Mont.

Mont. *Resti su le mie luci amaro pianto,*
Le gioje del mio cuor le fiere doglie
Estinguan pure, e pongan fine al canto.
Sil. *Vom pur son'io, a cui nel sen s'accoglie*
Cura, affanno, pietà, tema, e dolore;
Ma se il canto talor da me si scioglie
Raffreno il mio dolor, dò triegua al core.
Datti pace, o Montan, rasciuga il ciglio,
Volonne l'Alma al suo divin Fattore
Da questo amaro, e sventurato esiglio
Giunse alla pace in fin contenta, e fuori
Della strada, del pianto, e del periglio.
Andiamne all'urna, ivi ligustri, e fiori,
E cipressi ferai pallidi, e mesti
Sovra il marmo spargiam per fargli onori.
Mont. *Se vedessi il mio duol tu ben diresti,*
Che appena il lasso piè giunger potria
Là dove sono i miei pensier funesti.
Ma pur partiamo, ivi la doglia ria
Sfoghiam laudando il Pastorello umile
D'onestade ripien, di cortesia.
Sil. *Or che a l'urna già siamo, al basso stile*
Presta, deh presta, o santo Pan cortese
Forza, e vigore, che da Battro a Tile
Porti del buon Pastor le illustri imprese.
Ogni Pastore,
Che nutre amore
Di Tirsi *i pregj*
Chiari, ed egregj
Con note chiare
Venga a laudare
Sciogliendo il canto
Misto di pianto.
Mesto, e dolente
Ogni vivente
Si strugge il seno,
E viene meno,
Perchè rapío
Il fato rio
Quel Pastorello
Leggiadro, e bello.
O gran Custode
Degno di lode,
Le pecorelle
Lanute, e belle
Non troveranno,
Nè più vedranno
Pastor gentile
A te simile.
Mont. *Ed ancor io*
Col plettro mio
Alla bell'Alma,
Che gode calma,
E gioja intera
Nell'alta sfera
In tutte l'ore
Vo fargli onore.
Afflitto, e solo
E' ognun pel duolo;
La bionda Aurora
Più non indora
Co' suoi lucenti
Raggi splendenti
Colline, e prati
Fioriti, e grati.
Piangon gli Augei
Gentili, e bei,
Perchè son gite
Con esso unite
La sofferenza,
E l'innocenza,
Ed altre chiare
Virtuti rare.
Ponghiam fine al cantar, Sileno a Dio,
Quella capra gentil da me smarrita
Temp'è, che io giunga, e meni al grege mio.
Si. *Andiamne insiem, ma pria di far partita*
Sovra l'urna feral spargiam viole,
Ove i nostri pensier pietate invita;
Sovra il marmo scriviam tali parole.
a 2. *Questi accenti con affetto*
Leggi, e attento o Pellegrino
Tirsi *offeso dal destino*
Quì riposa ora ristretto.
L'Alma è in Cielo, e quì sen giace
La gran salma estinta in pace.

FRANCISCI SETAJOLI

Clerici Regularis

ELOGIUM XXII.



RANCISCUS SETAJOLUS nobili genere Panormitanus, P. D. Philippi Setajoli Cl. Reg. Concionatoris celeberrimi, (de quo infra) nepos, Josephi Setajoli, & Aloysiæ Giglio filius, aggregatus ad Theatinos Patres in Panormitano Cœnobio Divi Josephi anno vertentis sæculi 1684. 10. Aprilis, vota ibi-

ibidem in sequenti mox anno pronunciavit 22. Julii. Expleto vix cum ingenii laude studiorum curriculo, sacris concionibus illicò operam impendit: & primò quidem festis per annum diebus e suggestu peroravit; dein post tres tantummodo annos in magni jejunii feriis declamavit; pervagatusque est verbi divini prædicatione præcipuas Italiæ Urbes cum populorum plausu, & assentione: in quo apostolico ministerio infractus, ac vegeta semper facundia annos circiter quadraginta singulari dicendi contentione insumpsit. Panormi in Principe Templo ter conciones habuit in cinerali jejunio: semel in primariis Siciliæ Civitatibus, nempè Messanæ, Catanæ, & Syracusis evangelium disseminavit. Romæ in quadragesimali curriculo singulis diebus Sabbati sermones ad Hebræos dixit summa eruditione, & sacræ Scripturæ auctoritatibus refertos. Prædicto 40. annorum intervallo innumeras Panegyres publicè recitavit, quæ si in unum collectæ forent, efficerent proculdubio copiosum admodum volumen. Præfuit semel in suæ professionis Domo quà superior, seu Præpositus. Agit nunc quà Siciliæ Visitator vir eximius sexagenario major, pergitque interdum sacra verba ab populum facere.

Mentionem illius facit Antoninus Mongitore in libro, quem inscripsit: *Panormus Pœnitens part. 1. pag.38. part.2. pag.* 88. eum verò laudat in approbatione operis inferiùs citandæ veluti doctrinâ, eloquentiâ, & eximiâ eruditione apprimè refertum. Salvator quoque Ruffus Tertii Ordinis Divi Francisci in ejusdem Operis approbatione *Franciscum* commendat, ob pietatem, eruditionem, & eloquentiam.

Edidit

Orazioni Sacre, e Discorsi agli Ebrei. Panormi ex officina typographica Antonini Gramignani 1729. in 4.

Extat in illius laudem typis Josephi Gramignani 1700. *Observatio encomiastica ad Concionem de Principis exemplo,* habitam Panormi in Templo Divi Josephi eodem anno.

CARMEN LATINUM,
SIVE EPIGRAMMA
In Francisci laudem.

Aurea Franciscum *dedit Orbi Concha Panormus,*
Quem Sophia ac virtus expoliere virũ.
Ordo Thienæus puerum complexus in ulnis
Moribus excoluit, lege vel imperio.
Eloquio hinc pollens, doctrina ornatus abundè
Siciliæ primùm maxima templa beat.
Inde Evãgelii face percurrens Latii urbes
Isacidæ gentis pectora dura quatit.
Culta dein seclis sua dat monumẽta futuris,
Quæ pergunt multis vocibus ora loqui.

CARMINA ETRUSCA
In ejusdem Viri commendationem.
Ex Jacobo Petrella.

Cedan quanti mai fur Cigni canori,
Che del Permesso su le foglie Ascree
Faticando assaggiar' linfe Pimplee
Per intessere al crin serti d'allori.
D'Orfeo, e d'Anfion gli Aonj Cori
Non rammentino più le dotte idee;
(Delirj, e fole de le penne Achee
D'Eroi non veri decantati onori.)
Sol di Francesco *i chiari pregi intanto*
Rechi l'occhiuta Dea da Battro a Tile,
E sol gli dia d'unico oggetto il vanto:
Poichè se quelli con profano stile
Piegaro l'alme; al dir suo dolce, e santo
Porta questi o quãt' Agni al sacro Ovile.

Ex Anonymo.

Questi, o Signori, a cui da l'alte soglie
Sceso Spirto divin le fiamme ispira,
Allor che i detti suoi la lingua scioglie
Vibra a l'anime ree folgori d'ira.
Giaccion del suo valor barbare spoglie
Vinte l'Idre de' sensi, onde si mira
Per lui solo depor l'indegne voglie,
E chi di sdegno, e chi d'amor delira.
Ma qual invida voce è tanto ardita,
Che col soccorso altrui da' sacri Rostri
Vanti d'aver la gloria sua rapita?
Serajoli *è l'Alcide a' tempi nostri,*
Che basta a debellar senz'altra aita
D'Africa insieme e i vincitori, e i mostri.

FRAN-

FRANCISCI SPINELLI
Clerici Regularis
ELOGIUM XXIII.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Biblioth. Siculæ fol. 226.



RANCISCUS MARIA SPINELLUS Platiensis, ut testantur Joseph Silos *in hist. Cler. Regul. par.* 3. *lib.* 12. *pag.* 569. & Leo Allatius in libro, *Apes Urbanæ pag.* 108. non Neapolitanus, ut perperam absque ullo auctoritatis fulcimento scribit Nicolaus Toppius *in Bibliotheca Neapol. pag.* 100. Natus anno 1594. Clericis Regularibus aggregatus 10. Junii 1609. solemnia emisit vota Panormi 17. Octobris 1610. Ingenio præstantissimo instructus, tum severioribus disciplinis, tum politioribus literis claruit. Philosophiam magna cum laude sodales suos docuit. Sed abrupto scholasticarum disciplinarum cursu, ad eloquentiæ studia omnes vertit ingenii vires, ad quæ virum eximium pertrahebant quædam naturæ propensio, ac dotes ad declamandum peropportunæ. Ecclesiastem ideoque egit egregiè, ac inter primarios divini verbi præcones locum sibi comparasset, nisi Ordinis præfecturæ, & immatura mors ab incœpto Oratoris munere abstulissent: dum enim domum Panormitanam D. Josephi moderabatur Præpositus, fato cessit die 26. Novembris 1633. ætatis 39. magno cum omnium dolore; in eo enim ea refulgebat animi, morumque præstantia, ut facili negotio omnium benevolentiam sibi conciliasset. Edidit italicè

La Fenice rinovata, Orazione detta in S. Paolo maggiore di Napoli il dì 7. d'Agosto 1626. nella solennità del B. Gaetano Tiene Fondatore de' Chier. Regol. Neapoli apud Lazarum Scorrigium 1626. in 4.

SYLLABUS
Auctorum, qui encomiasticè de FRANCISCO SPINELLO loquuti sunt.

ANTONINUS MONGITORE superius citatus *in Hist. Eccl. Urbis Panormi cap. Eccl. S. Joseph*, Franciscum Spinellum inter illustres Viros Panormitanę Domûs S. Josephi recenser, & laudat.

CAJETANUS MARIA C. R. *in Elogiis illustrium Virorum præfatæ Domûs S. Josephi*, complexus brevi Elogio præclaras *Francisci* dotes, ita de illo effatus est: *Franciscus Spinellus Platiensis C. R. magnæ literaturæ, & eximiæ pietatis vir, qui ingenii præstantia præditus, non modò scholasticas disciplinas egregiè calluit, docuitque sodales, verùm etiam sacram eloquentiam professus subinde est; in quo dicendi genere inerat illi verborum nitor, orationis cultus, & summa eruditionis ubertas; quorum adjumentis magnum sibi nomen apud eruditos comparasset, si diù vixisset. Obiit namque intra juventam, dum nimirum communem rem administraret Panormi in suæ Domûs professionis* 26. *Novembris* 1633. *ætatis suæ* 39.

JOANNES PETRUS CRESCENTIUS *in Præsidio Romano lib.* 2. *fol.* 34. *n.* 16. Franciscum inter insignes Panegyristas Theatinæ Congregationis reponit.

JOSEPH SILOS *in Hist. Cler. Regul. par.* 3. *lib.* 10. *fol.* 569. de eodem ait: *Franciscus Maria Spinellus, natione Siculus, patria Platiensis, Panormi nuncupatis ritè votis, Deo sese, ac religioni mancipavit die 17. Octobris 1610. Non mediocri vir ingenio, æquè studiis severioribus, ac reliquæ encyclopediæ addictus, Philosophiam cum laude docuit: abrupitque scholastica, quod genius, & quædam dicendi gratia, naturæque adjumenta non sanè pauca ad declamandum provocarent. Qua quidem in palæstra non ultimum profectò locum, ac nomen inter principes ecclesiastas sibi quæsivisset; nisi Ordinis primùm Præfectura, tum fata hunc sacræ eloquentiæ cursum præcidissent. Panormi in nostro Divi Josephi Cœnobio dum præesset, desiit vivere immaturo funere, ac peracerbo nostratium desiderio. Nam inerat viro partes animi omnes, quæ aliorum benevolentiam, amoresq. conciliabant.*

LEO ALLATIUS *in Apibus Urbanis pag.* 108. ejusdem mentionem facit, referendo nimirum ipsius elegantem Panegyrim de Divo Cajetano, quam habuit Neapoli in Templo Divi Pauli sub allegoria *Phœnicis*.

NICOLAUS TOPPIUS *in Bibliotheca Neapolitana fol.* 100. inter Neapolitanos Scriptores *Franciscum* recenset, deceptus ex illius agnomine, quod originem jactat ex præclara Spinelliorum familia, quæ Neapoli potissimùm viget, & floret.

Denique PROSPER ANTONIUS ZIZZA Neapolitanus Sacerdos, demiratus auream *Francisci* eloquentiam in superius recensita Panegyri de fastis Divi Cajetani, quam Joannæ Austriacæ dicavit, eleganti metro in utriusque laudem cecinit.

ODE
Tricolos Tretrastrophos.

Non quæ virentes Aonis incolit
Camœna colles est mihi barbito
In vota tangendo, sonora
Solvat ut ora, modis vocanda.
Nec fronde inani crinis Apollinis
Cingendus. Este, o vos, este procul sacris
Quæcunque jactabat vetustas
Dicta sacris, nimis ab profanis.
Illuxit Orbi jam jubar aureum
Lucis perennis, cujus adest brevis
Ut fonte rivus, Sol ut ipso
Enitido radiusque Sole.
Cessêre tetræ protinus e solo
Atro tenebræ. Nil nisi lucidum,
Quocunque supremi tonantis
Se pia relligio recepit.
Ergo faveto tu mihi candida
Parens Parentis Orbis, & omnium;
Ut discat Orbis quæ patrarit;
Dum reparat Cajetanus oras.
Dum rursus æquam spirat Apostolis
Ex ore flammam, dum tonat eloqui
Sermone divini, vocatque
Ætheris ad penetrale mentes.
Ille & tepentes reddidit igneos
Amore spes, o certior, in tuo,
Natique summi servitute
Ille faces tulit, ille liquit.
Queis arsit Orbis, nunc quoque & æstuat
Magis, magisque: dulcia posthumi,
Nil a Parentis distrepantes
Moribus, ut juga dant, capessunt.
Jam de reposto viderat Æthere
Frigere terras providus Arbiter,
Terrasque prospectans; sinusque,
Cærula qua patet Amphitrite.
Intaminatis sentit honoribus
Nil & relictum cultui amabili
Torpente Clero, dum ministri
Quæ sua non Domini, requirunt.
Et quæ decorum Relligio caput
Super coruscos extulerat Polos,
Pennata ceu tendit volucris
Ad superos animosa sedes.
Jam jam senectæ proxima languida
Nullis vigebat clara volatibus,
Urgebat & fatum, nigrumque
Funus, ut Assiriæ volucri,
Sexcenta quæ post secula vividum
Defatigato pallida corpore
Abire de membris decorem,
Nec speciem superesse sentit.
Quæ cum calenti sedula Cynthio
Exponit alas excutiens suas
Accendit, ut leni flabello,
An ne rogum, rear, an ne cunam?
Miracla rerum maxima proferam,
Phœnix vetustam languida concremat
Phœnica, sed mox e sepulchri
Junior exoritur, vigensque.
Talis decoris indiga cultibus
Languebat, eheu, Relligio situ,
Cum visa rursus e sepulchri
Surgere palliduli Thieni.
Dum nanque sese corpore perdomat
Flagris subacto, penèque mortuo,
Tanquam acrior Phœnix resurgit
Relligio, hoc duce, Clericorum.
Rursusque cultus induit aureos,
Rursus decoras composuit comas,
Aris suos reddens honores,
Atque piis sua jura sacris.
Nunc ergo talem laudibus evehe
SPINELLE, miranda eloquii tuba
Phœnica, quam toto nitentem
Aspicies volitare cœlo.
Si visa Phœnix imperio fuit
Vigente terris Romuleo: Austrii
Florente nunc regno Philippi
Ausoniis videatur oris.
Qui dum tuetur Catholicus fidem,
Videnda Phœnix catholicæ fuit
Jam jam novatæ jam decoras
Relligionis opes ferentis.
Joanna cujus sanguine, Cæsarum
Augusta proles, perlegat Austria
In mystica sumptos labores
Perpetua volucre erigenda.

G

GASPARIS FILINGERII
Clerici Regularis
ELOGIUM XXIV.



ASPAR FILINGERIUS Panormitanus, ex illustri prosapia Comitum Sancti Marci, Dominici Filingerii, & Eleonoræ de Neapoli conjugum filius, desiderio devovendi se Deo flagrans, Panormi in Divi Josephi Ædibus religiosæ disciplinæ tyrocinium posuit anno voluti sæculi 1693. 24. Junii, nuncupavitque vota anno 1696. 10. Novembris. Sortitus ab ipsis incunabulis præclaram animi indolem, summamq. ingenii perspicaciam, severioribus Philosophiæ, ac Theologiæ studiis animum suum applicuit: in quibus scientiis adeo profecit, ut in explanandis difficillioribus quæstionibus, quâ ingenii subtilitate, & facilitate nullus ei suppar fuerit. Qua de causa Superiorum jussu per sexdecim annos easdem facultates summa cum laude, plausuque tradidit. Nam primò per integrum triennium Panormi Philosophiam docuit suos: dein Messanæ in Seminario Archiepiscopali, ubi per tredecim annos moram protraxit, semel Philosophiam, quater Theologiam, & bis etiam sacros Canones, in quibus apprime fuit versatus, explicavit: e cujus gymnasio insignes Theologi prodiére, ac Canonistæ, qui easdem subinde facultates alibi professi sunt. E scholastica palæstra ad regimen suæ Religionis vocatus, in communi administratione suam probavit solertiam, sagacitatemque. Hinc Panormi triennio Divi Josephi domum quà Præpositus administravit. Semel Siciliæ visitationem obivit: & tandem in Comitiis generalibus anni 1728. in Consultorem totius Ordinis renunciatus est, quam dignitatem post mensem abdicavit, eo consilio, ut in privata vita melius sibi, animæque suæ consuleret. Formandis deinde mortalium moribus, eorumque potissimùm conscientiis temperandis addictus, magnam apud omnes, & præsertim apud viros doctos existimationis famam sibi promeruit, ut proinde complures nobiles fœminæ, viri proceres, & ecclesiastici magnæ notæ, sive in consiliis capiendis, sive in expiandis noxis ejus se clientelæ, fideique mancipaverint. In quibus christianæ pietatis officiis ad præsens totus incumbit, navatque insuper operam in moderandis nonnullis Monasteriis, & Oratoriis, quorum sodales, quâ privatis adhortamentis, quâ publicis sermonibus ad omnem excolit pietatem, & devotionem. Ante sex annos inter Sancti Officii Consultores in Regno Siciliæ adscriptus est ob eminentem doctrinam, vitæque suæ probitatem, propter quas virtutes veluti lucerna super candelabrum posita inter suos refulget.

Mentionem illius facit Antoninus Mongitore in libro *Panormus Pœnitens part. 2. pag.* 80. Item *de Ecclesiis Panormitanis cap. Ecclesia S. Josephi.*

Plura scripsit vir eruditus, sed ex his hæc duo in lucem prodibunt, nimirum:

Oratio de Infantibus in Christi Domini nativitate ab Herode interfectis.

Dissertatio Canonico-Moralis de quarta parte funerali.

CARMEN LATINUM
In laudem Gasparis Filingerii.

Integritas animi, pietas, sapientia, candor
Sic te ornãt Gaspar, *quo alma vireta rosę.*
Tuque Thienæi sectans vestigia patris,
Numinis obsequiis nocte, dieque vacas.
Palladiis clarus studiis, sacra dogmata miro
Ingenio juvenes arte, labore doces.
Jugiter exoptans animabus ferre medelam
Declamas, oras Numen, & ore tonas.
Quin quoque dans crebro malefacta fatentibus aures
Mortiferæ labis crimina cuncta pias.
Munera magna hæc quamvis agas cum laude Panormi,
Pondero sunt humeris sæpe minora tuis.
Quam meritò referenda forent tibi præmia digna,
At tu nil curas dona caduca soli.
Magna equidẽ virtus, sed major nescia doni,
Fit tamen ejectis maxima muneribus.

HIE-

H

HIERONYMI MAGGII
Clerici Regularis, Theologiæ, sacrorumque Canonum Doctoris eximii

ELOGIUM XXV.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Biblioth. Siculæ fol. 280.



IERONYMUS MAGGIUS Panormitanus Cler. Reg. P. D. Francisci Mariæ Maggii germanus frater, natus 13. Septembris 1625. Clericorum Regularium insignia accepit 20. Julii 1641. ætatis suæ anno 18. & solemnia emisit vota 30. Novembris 1642. Gravioribus Philosophiæ, ac Theologiæ studiis addictus ita profecit, ut doctissimus evaserit; ideoque easdem scientias Panormi in S. Josephi Cœnobio, non sine laude, ac sodalium suorum maxima utilitate docuit. Rethoricæ etiam præcepta, ac Mathematicas disciplinas diu etiam explanatas tradidit: & nedum Scholastica Theologia, verùm etiam & Morali, ac sacrorum Canonum instructissimus floruit. Sed inter literarum vigilias, virtutum studia non neglexit; regularem enim disciplinam, eaque omnia, quæ absolutissimum religiosæ vitæ sectatorem constituunt sedulò explevit, ac eximiis virtutibus comparatis mirificè refulsit. Ab omnibus honorum fastigiis abhorruit: sed tantummodo Superiorum jussu Vicarii munus Domûs Panormitanæ S. Josephi coactus accepit: ideoque tum doctrina, tum morum integritate non incelebris, etiam in exteras regiones ejus nominis fama diffusa est. Dum Panormi degebat a Petro Aragonio Feriæ Duce, Neapolitani Regni Prorege, in suum Confessarium delectus est: cùm enim P. D. Franciscum Mariam Maggium virum undique egregium, & nostri *Hieronymi* fratrem a confessionibus haberet, ne hunc solitudinis solatio privaret, ac novam Ven. Ursulæ Benincasæ Eremum Francisci auxilio orbaret, ipsi *Hieronymum* fratrem substituit. Neapolim itaque accersitus, ac magnæ æstimationis argumentis exceptus, inde secum in Hispaniam transtulit. Matritensem Urbem incoluit; ibique a Patre D. Cajetano Garimberto Præposito Generali Clericorum Regularium omnium Studiorum Hispaniæ Regens, sive Præfectus constitutus est, & hoc novo in Ordine suo titulo cohonestatus est. Ulyssiponensem Domum Generalis Ordinis jussu perlustravit. In Matritensi Aula non modò doctrinâ, verùm etiam morum sanctimoniâ claruit; ibique a confessionibus fuit Paschalis Aragonii, & Alphonsi de Corduba S. R. E. Cardinalium: & apud Hispaniarum Magnates, & Dynastas, virosque primarios, quorum conscientias moderabatur, magna valuit opinione, ac omnium venerationem promeruit. Nonnullis ibi honoribus fuit insignitus, nempè Apostolici Nuntii fuit Theologus, Toletani Archiepiscopatûs Synodalis Examinator, ac regius Caroli II. Hispaniarum Regis Concionator. Pluries ad Episcopalem Sedem promovere illum cogitaverunt, præsertim ad Episcopalem Mazariensis Ecclesiæ infulam: sed morte præventus fato cessit Matriti magna cum sanctitatis fama apud domum S. Mariæ de Fervore 12. Augusti 1691. anno ætatis suæ 68.

Edidit ex eodem Mongitore

Allegationes de Irregularitate pro D. Francisco Catalano. Matriti 1680. in fol. suppresso typographi nomine.

Reliquit doctissimas

Consultationes, aliasque *Lucubrationes Theologicas, ac Canonicas* prælo dignas.

SYLLABUS

Regum, S. R. E. Cardinalium, Præsulum, & Magnatum, apud quos HIERONYMUS MAGGIUS magna valuit existimatione, & amore.

CAROLUS II. Hispaniarum Rex publicâ *Hieronymi* virtutum famâ, &

& præsertim aurea ejus eloquentiæ vi excitatus, illum non modò singularibus beneficentiæ signis complexus est, verùm etiam inter Regios Concionatores suos adscitum, magna semper cum animi voluptate e suggestu declamantem audiebat; quem profectò ad magnos honores provexisset, si in humanis diù vixisset.

ALPHONSUS AQUILA DE CORDUBA S. R. E. Cardinalis, eo apud se loco, & amore habuit *Hieronymum* ob commendatissimos ipsius mores, pietatemque, ut illi conscientiam suam permiserit expiandam, & pro majori benevolentiæ suæ argumento, illum nonnunquam in cellam adire, ejusque consuetudine frui dignatus est.

PASCHALIS ANTONIUS ARAGONIUS S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus, *Hieronymum*, quâ scientiis, quâ virtutum insignibus ornatissimum, ita dilexit, ut illum Toletanæ Archidiœceseos Examinatorem Synodalem, conscientiæque verò suæ moderatorem, & Theologum esse voluerit.

PETRUS ARAGONIUS Feriæ Dux, Neapolitani Regni Prorex, *Hieronymum* Panormi adhuc degentem, ob singularem amorem, quo erga Franciscum Maggium germanum ipsius fratrem, & Confessarium suum ferebatur, in hujus locum suffecit, quem Neapolim accersitum, humanissimè excepit, secumque paulò post in Hispaniam detulit: ubi perennibus favoribus, ac beneficiis sibi arctissimè devinxit.

Omnes APOSTOLICI NUNTII, qui Matriti apud Catholicum Regem residebant, publica *Hieronymi* doctrinæ, sanctimoniæque famâ pertracti, illum pari æstimatione, & benevolentia prosequuti, in suum Theologum, & Confessarium elegêre. Cujus consiliis, & salutaribus monitis, in iis, quæ conscientiam concernebant, sæpissimè utebantur.

Denique nonnulli Hispaniarum MAGNATES eximiis animi, ac virtutum dotibus, quæ *Hieronymum* cunctis honorabilem, acceptabilemq. reddebant, summoperè capti, illum magno in pretio, & æstimatione apud se habebant. Ideoq. e Matritensi Urbe eum abire minimè passi sunt; quemadmodum idem *Hieronymus* rescribens ad Theatinos Patres Panormi commorantes, ipsiusque regressum enixè efflagitantes, ingenuè testatus est.

SYLLABUS

Auctorum, qui encomiasticè de HIERONYMI doctrina loquuti sunt.

ANTONINUS MONGITORE in libro: *Panormus Devota Deiparæ Virginis tom. 2. pag.* 333. in Elogio Vincentiæ Inveglia ita de *Hieronymo*, & Francisco Maggio illius filiis ait: *Vincenza Inveglia madre ben degna del Padre D. Girolamo, e Padre D. Francesco Maria Maggio Chierici Regolari, famosi per lo splendore della dottrina, e religiosa perfezione*. De quo etiam meminit *in histor. Eccl. Urbis Panormi cap. Ecclesia S. Joseph*i.

FRANCISCUS MARIA LUCCHESIUS Cler. Regul. *in Galateo Religioso Francisci Mariæ Maggii propè Operis initium*, ad patefaciendum cunctis *Hieronymi* virtutes, & singularem benevolentiam, quâ a Theatinis Patribus suæ domûs professionis diligebatur; sequentem Epistolam, quam nomine prædictorum Patrum ad illum scripsit, transmisitque Matritum, adducit, quam utpotè illius laudibus consutam, transcribere hîc placuit. *R. P. D. Hieronymo Maggio Clerico Regulari Matritum, D. Franciscus Maria Lucchesius Cler. Regul. Nostra domus hæc universa tantoperè te amat, colit, exoptat, ut ad Rev. P. D. Didaci Spataforæ sui Præpositi, tui studiosissimi nutum vocales omnes in Capitulo Congregati, communes ad te literas perscribere honorificè constituerint, quibus flagrantissimè postulant, ut demum in patriam tuam postliminiò revertaris. Memineris te Panormi, illa in domo in lucem editum esse, quæ deinde sacrum Deo Collegium, & Templum evasit, a Saladinis appellitatum. Par est igitur ut hîc diù vivere pergas, & tandem vitæ tuæ finem imponas, ubi vitæ, ac lucis usuram, tam felicibus auspiciis accepisti. Hîc Rhetoricam, Philosophiam, sacram Theologiam, & Ma-*

& Mathematicas etiam disciplinas quamplures discipulos, qui de te Præceptore gloriantur, multos annos edocuisti; cur ergo in matura ætate Domum hanc deseris, quæ te adeò penè juvenem honestavit, & ad eam doctrinæ laudem provexit, ut P. Generalis Garimbertus te istbuc omnium Studiorum Regentem, novo titulo destinarit? Quod verò præter communem ritum, ac legem, ultra tres illos jamdiù in nostro Ordine, quam dicam, dignitate donatos; ipsius Catholicæ Majestatis benignitate, ac favore, jam Regius Concionator evaseris, & Magnatibus, ac Dynastis a sacris Confessionibus sis, eorumdem benevolentiâ, ac beneficiis quammaximè obstrictus; nos magnoperè gratulamur. Sed nunc gravis ætas, & incommoda valetudinis, facilè ab iis (si tamen velis) discedendi veniam impetrabunt. Nec tua te volumina elucubrantem parum debet allicere, invitare, ac pertrahere Musæum nostrum, sive Bibliotheca, ad novum illud conclave, in superiore domûs parte situm translata: quam modò quamplurimis voluminibus auctam, & verè locupletatam, novis undique pluteis exornavimus. Magno siquidem cum labore, in suas iterum classes ritè disposita, copiosissimum indicem nominum, cognominum, & materiarum elaboravimus: cujus tu primò omnium præclarè specimen, ac initium edidisti: in eoque strenuè perficiendo mecum desudat P. D. Petrus Paternonius, vir, ut nosti, doctus & eruditus, qui sacram Theologiam Messanæ olim publicè docuit, & hic hodie Moralem explanat. Quem verò librum P. Præpositus ad nos attulit abs te emissum in lucem, nemo non laudat: placetque adeò doctrina, & ingenii acumen, ut majus illud, ac præstantius quod molitis, & te præsertim, omnes avidissimè præstolentur. &c. *Vale.*

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Cler. Regul. in libro: *Votum & Juramentum Clericorum Regularium*: inter alios Theatinos Patres, qui sese voto ruendi Beatissimæ Mariæ Virginis Conceptionem absque macula peccati originalis obstrinxêre, *Hieronymum* fratrem suum *pag.* 12. recenset: de quo etiam meminit in libro: *Madonna della Providenza cap.* 7. *pag.* 242.

PETRUS ANTONIUS TORNAMIRA Monachus Casinensis in libro: *De Patriarchatu S. Benedicti lib.* 2. *c.* 3. §. 1. loquens de Theatino Ordine, sic inquit: *Multa dicere possem de nobilibus viris, qui in eo hodie florent, inter quos P. D. Franciscus Maggius, vir spiritu, & literis satis clarus, & admodum R. P.* D. Hieronymus *ejus frater, qui doctrinâ suâ in suggestis, & cathedris Hispanias ad sui admirationem convertit.*

PETRUS A PANORMO e Minoribus Observantiæ Reformatis S. Francisci, Guardianus Cœnobii S. Antonini, in libro, quem inscripsit: *Unica Phœnix cap.* 11. *fol.* 76. laudans P. D. Franciscum Mariam Maggium, dicit, quòd germanum fratrem habuerit *P. D. Hieronymum Maggium* tunc Panormitana in Domo Vicarium, & multos annos sacræ Theologiæ Professorem, cujus virtutes, vitæ probitas, & doctrina cunctis innotuêre. Eorumdem meminit in vita Hieronymi Inveglia *cap.* 11. *pag.* 76.

CARMINA LATINA

In laudem HIERONYMI MAGGII.

I.

Regius Orator fui Iberi Regis in aula;
In qua prolusi moribus, ingenio.
Ast dum Magnates me invitum extollere curant;
Mors vitâ eripiês, lætus ad astra feror.

II.

Quis fuerit meritis, donis, quis MAGGIUS *ore?*
Hæc brevis effigies carmine picta docet.
Præclaro is crucis a cunis succensus amore
Assuescit duris, aspera & ore vorat.
Inde Thiençi magni inter claustra receptus,
Fit sociis vitæ norma, lucerna nitens.
Pieriis, studiisque sacris excultus, in æde
Lectoris munus non sine laude gerit.
Numinis hinc nutu ad gentes profectus Iberas,
Doctrinæ radios vibrat ubique suæ.
Eloquio miro præstans, ac voce sonora
E cathedris, rostris verba subinde facit.
Virtutes virtuti addês ceu stella refulget,
Præcipuo a cunctis dignus honore ratus.
Quiq. novis satagês meritis ornare senectã,
Oblatos titulos spernit, & ima petit.
Idcirco a Domino nũc donis præditus altis,
Cælesti cinctus laurea in axe micat.

HIE-

HIERONYMI MATRANGÆ
Clerici Regularis, insignis Sacræ
Theologiæ Doctoris

ELOGIUM XXVI.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Biblioth. Siculæ fol. 281.


IERONYMUS MATRANGA Panormitanus, Clericus Regularis, ex nobilissima Albanensium familia oriundus, ut testatur Mugnos *in Theatro Nobilitatis Siculæ* infra citandus. Natus anno 1605. Ordinis habitum accepit Panormi 25. Martii anno 1619. ibique solemnia emisit vota 28. Martii 1621. Vir doctrina instructissimus, nedum gravioribus disciplinis, verùm etiam amœnioribus ornatissimus. Philosophus, ac Theologus singularis scholasticas scientias diù summa cum ingenii acutissimi laude, ac plausu sodales suos docuit. In Morali Theologia nulli secundus, ipsum in difficillimis conscientiæ quæstionibus omnes passim Panormi consulebant, & ad ipsum a dissitis etiam locis confluebant viri primarii, veluti ad doctrinæ oraculum; ut consultationibus suis disceptationum ambages diluerent. Per quadraginta annos Sancti Officii Siciliæ Consultor, & Censor oculatissimus, ejus doctrinæ soliditati, veluti in sapientissimi Athlantis humeris innixa consedit Tribunalis illius moles. Apud Archiepiscopos Panormitanos fuit etiam Synodalis Examinator, & a doctrinæ splendore omnibus gratissimus. Idioma latinum, græcum, & hebraicum egregiè calluit. Eruditionis omnigenæ thesauris locupletatus effulsit. Politioribus literis instructissimus tum poesi, tum soluta oratione singularis, laudes promeruit eximias, & bonarum artium studiosos, elegantissima ingenii vi, sibi devictos reddidit. Domum Panormitanam S. Josephi rexit Præpositi munere, ac pluries Siciliæ Visitatorem egit. Hæc verò omnia virtute mirificè illustravit; pietate etenim, modestiâ, morum integritate, animique candore conspicuus claruit. Demum cùm in sui amorem, ac venerationem omnes attraxisset, undique nominis fama celebris, magno omnium dolore decessit Panormi 28. Augusti 1679. an. ætatis 74. cùm in ipso vitæ suæ agone ad pietatis argumentum canonicas persolvisset horas.

Edidit ex præfato Mongitore

De Academia Syntagmata septem. Panormi apud Antonium Martarellum 1637. in 4.

Italicè

Il Desio prigionero de' SS. Padri nel Limbo, Discorso Accademico. Panormi apud Decium Cyrillum 1636. in 4. in sequenti Opere recusus.

Iperboli proposte agl' intelletti umani, acciochè possano in qualche modo concepire l'immensa carità d' Iddio innamorato dell' Uomo: le grazie infallibili di Maria sua Madre; e gl' incomprensibili avvenimenti nell' Incarnazione del Verbo Eterno. Discorsi sacri Accademici. Panormi apud Decium Cyrillum 1645. in 4.

L'Erodiade narrazione istorica. Ibidem apud Nicolaum Buam, & Petrum Coppolam 1638. in 12.

Racconto dell' Atto pubblico di Fede celebrato in Palermo. Ibidem apud Nicolaum Buam 1658. in 4.

Le Solennità lugubri, e liete in nome della fedelissima Sicilia nella felice, e primaria Città di Palermo Capo del Regno: rapportate in tre Parti. Nella prima si riferiscono le solenni condoglienze all'avviso della tranquilla morte del Piissimo, ed Invittissimo Re Cattolico Filippo Quarto il Grande, e le festose acclamazioni dell' Augustissima pupilla Maestà di Carlo Secondo, figlio ed erede: e partitamente le pubbliche ceremonie, con che fu pianto l'uno, e salutato l'altro. Nella seconda si descrive il bruno, e splendido apparato, l'architettura del superbo Mausoleo rizzato alla gloriosa memoria del Monarca defonto, e la disposizione dell'ultime funzioni, e delle Pompe funerali sacre, e profane. Nella terza, oltre l'ordine, e l'invenzione, si spiegano le vivezze, e bizzarrie del pennello, e della penna. Ibidem apud Andream Colicchiam 1666. in fol.

Trionfi del S. Arcivescovo Mamiliano Palermitano nel ritorno alla Patria.

Hoc opus gravioribus curis distractus non absolvit.

Trionfi di S. Gaetano Tiene nella solennità della sua Canonizazione fatta in Palermo. Opus etiam partim editum, quod conclusione caruit.

Prælo parata reliquit hæc Opera, quæ in Bibliotheca S. Josephi Panormi servantur, nempe:

Fidei Areopagum, in quo propositiones innumeræ, quas ferrea nostra ætas aut temerè vomuit, aut callidè evulgandas protulit, subtilissimè examinantur, & notâ Theologicâ inuruntur: plurimæque eorum causæ ad Tribunal SS. Inquisitionis spectantes referuntur: criminum qualitas, & circumstantiæ expenduntur, deque iis judicium fertur.

In universam Doctoris Angelici Summam Acroamata Theologica in quatuor partes distributa.

I. Pars. *De Deo uno, intra se bino processu fœcundissimo.*
De Deo uno ad extra πολυμερῶς *exuberante.*
II. *De Deo homine uno, & composito.*
De Deo homine uno, & πολυτρόπως *multifariam præsente.*
III. *De Mundo corporeo.*
De Mundo incorporeo.
IV. *De Homine a natura composito, & ornato.*
De Homine supra naturam instructo.
De Homine contra, & præter naturam vitiato.

Selectarum, & variarum Consultationum libros duos.

Porticum Musarum, quæ pöematis, carminibus, anagrammatismis, elogiis, inscriptionibus; quæ emblematis, iconibus, schematismis, cæterisque poëseos coloribus quadripartitò, & variè ornatam, & depictam.

I. Pars. *Uraniæ, Deo nimirum, & Superis sacra.*
II. *Thaliæ, floridisque virtutibus.*
III. *Historicæ Clio, magnisq. nominis Heroibus.*
IV. *Polymniæ, & ingeniosæ varietati.*

Aliqua ejus ingenii monumenta leges in libro:

Lusus extemporales Poëtarum super fonte extructo in Portûs Panormitani sinu. Panormi ex typographia Decii Cyrilli 1635. in 4.

Adversaria sacro-profana. &c.

SYLLABUS

S. R. E. Cardinalium, Præsulum, aliorumque illustrium Virorum, qui HIERONYMUM MATRANGAM ob insignem doctrinam, eruditionemque non vulgarem magnis benevolentiæ signis, & æstimatione prosequuti sunt.

JOANNETTINUS DORIA S. R. E. Cardinalis, Panormitanorum Antistes, quem sanè eximiorum virorum merita minimè latebant, eo apud se loco habuit *Hieronymi* doctrinam, singulari cum prudentia, & sagacitate conjunctam, ut in rebus magni ponderis, & ad regimen suæ Archidiœceseos spectantibus illius uti suffragio, & consiliis voluerit.

JOANNES DOMINICUS SPINOLA S. R. E. Cardinalis, Episcopus Mazariensis, summo etiam studio, ob præclara nimirum virtutum merita, insignemque eruditionem, quibus omnium animos in sui admirationem traxerat, complexus *Matrangam* est. Hinc illum frequenter interpellare literis in arduis Diœceseos suæ negotiis, & potissimùm pro intelligentia Græcorum monumentorum consuevit. In cujus rei testimonium extant ad præsens nonnullæ ejusdem Cardinalis Epistolæ ad *Hieronymum* datæ, quæ asservantur in Archivio Bibliothecæ Divi Josephi Panormi.

HIERONYMUS VIDONUS S.R.E. Cardinalis pari æstimatione, & benevolentia prosequutus est *Matrangam* ob ipsius virtutum decora, & præclara in Deum merita.

PETRUS MARTINEZ RUBEUS Panormitanus Archipræsul eximius, apud quem *Matranga* Examinatorem egit Synodalem, demiratus non semel omnigenam tanti viri eruditionem, in omni ferè scientiarum genere probatam, magno illum in honore, & pretio habuit.

JOANNES CARAMUEL Episcopus Campaniensis, & postmodum Hydruntinus Archiepiscopus, magnum revera Benedictinæ Congregationis lumen,

cla-

clarissimumque in Orbe literato sydus, ac ingenii acumine nulli secundus, cùm diù Romæ frui *Hieronymi* consuetudine nequivisset, utpotè qui probè noverat ipsius sapientiam, eruditionemque summam, sæpissimè datis ad illum epistolis consulere in rebus doctrinalibus, & præcipuè circa intelligentiam Græcorum testuum, vel codicum consuevit: in quibus eumdem *Virum eximium*, *&* *omnigenâ eruditione refertum* appellat. Extat una ex his literis penes me.

ANTONIUS DE SOTOMAJOR Archiepiscopus Damascenus, Inquisitor Generalis S. Officii Hispaniarum, ob peculiarem pariter æstimationem, quam de *Matrangæ* doctrina gerebat, pluries illum suo nomine salutatum voluit, eique interdum literas omni benevolentiæ significatione plenas misit.

Denique Franciscus Antonius Diez de Cabrera, Martinus Real, Joannes de Torresilla, postmodum Archiepiscopus Montis Regalis, Didacus Garsias de Trasmiera, Joannes Lopez de Cisneros, Franciscus Joseph Crespos de Escobar, Emmanuel Monge y Amaurita, Bernardus Vigil de Quignones, aliiq. S. Officii Regni Siciliæ QUÆSITORES, sub quorum regimine *Matranga* Consultorem, Qualificatoremque egit ejusdem Tribunalis per annos ferè 40. in ea æstimatione, & pondere habuerunt illius consilia, consultationes, & suffragia, ut nihil unquam agere inconsulto *Matranga*, ejusque non audito prius oraculo consuevêre. Post cujus obitum ad perennem tanti viri memoriam, gratitudinisque monumentum, sequens Elogium ad ejus imaginem ære sculptam apponi curarunt. *Hieronymus Matranga Cler. Reg. Tribunalis S. Officii SS. Inquisitionis ad 40. propè annos, nedum Qualificator, & Consultor, sed veluti assistens intelligentia, linguarum peritia, poësis concinnitate, Philosophiæ doctrina, humanarum literarum elegantia supereminens, ut quondam ad alterum Hieronymum pro sacræ Scripturæ quæstionibus explicandis, ita ferè pro fidei, & Theologiæ tum Scholasticæ, tum Moralis difficultatibus resolvendis ad ipsum ex pluribus Orbis partibus confluxère. Naturæ dotibus modestiam, morumque probitatem junxit egregiè. Religiosissimè vixit, piissimè decessit, ipso in agone canonicis diei horis persolutis die 28. Augusti, eadem die, & ætate, quâ Ecclesiæ lumen Augustinus labente anno* 1679.

SYLLABUS

Viginti & amplius Auctorum, qui de HIERONYMO MATRANGA, ejusq. operibus honorificè meminerunt, alphabetico ordine digesta.

1 ANTONINUS MONGITORE pluries a nobis in hac Bibliotheca juremeritò laudatus, in libro: *Panormus devota Deiparæ Virginis tom.* 2. *lib.* 4. *in Centuria Scriptorum ejusdem Dei Matris pag.* 375. Matrangam commendat his verbis: *Girolamo Matranga Chierico Regolare, soggetto di vastissimo ingegno, versatissimo nelle più gravi scienze, e arricchito d'immensa erudizione.* &c.

2 ANTONIUS COLLURAFI *in suis Epistolis* Venetiis vulgatis 1628. *pag.* 79. *& pag.* 202. Hieronymum laudat tum ab ingenii perspicacia, tum etiam ab eruditione, & varietate linguarum.

3 AUGUSTINUS ARATA Clericus Regularis, in suis poëticis ingenii monumentis *Matrangam* ex eo potissimùm extollit, quod Beatissimæ Mariæ Virginis laudes eleganter dixerit, easque ingeniosis, & eruditis hyperbolibus vulgaverit typis.

4 AUGUSTINUS INVEGES *in præliminari Apparatu ad Annales Siculos pag.* 107. recenset *Matrangæ* opus, quod inscripsit: *Pompæ funebres* &c.

5 BLASIUS A PURIFICATIONE ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum, suæ Religionis Historiographus generalis, *in Vita Julii de Thomasiis Lampadusæ Principis lib.* 12. *cap.* 15. *pag.* 287. loquens de Hieronymo Matranga, illum *insignis virtutis, & omnigenæ literaturæ Virum* appellat. Similia habet *cap.* 18. *pag.* 309.

6 CAROLUS DE THOMASIIS Clericus Regularis, Vir sanctimoniæ fama celebris, & doctrina cumulatissimus,

in suis *Quodlibetis Theologicis quodlib.* 3. *schol.* 4. *fol.* 191. paucis his verbis luculentum de *Matrangæ* probitate, & eruditione testimonium protulit. *Nota nostrum Patrem* D. Hieronymum Matrangam, *virum morum suavitate, ingenii profunditate, ac variarum linguarum, & professionum scientia præclarissimum, & omnium meorum studiorum Mæcenatem*. &c.

7 FRANCISCUS INGRASSIA, de quo infra, in suis etruscis carminibus, quæ habes in *Sacris Hyperbolibus* ipsius *Matrangæ* propè initium, emeritis laudibus *Hieronymi* pietatem, doctrinamque prosequitur.

8 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. libro *de Divino Officio, & Choro opusc.* 2. *disquis.* 45. *pag.* 331. Hieronymum Matrangam *eruditissimum virum* vocat: & in *Propositis benè moriendi propos.* 93. referens eos, qui ore psallentes piè obierunt in Domino, ait: *His adjungendus est* Hieronymus Matranga *Panormitanus, qui D. Bartholomæi Apostoli festo* (dic Sancti Augustini) *postquam ejus officium absolvit, vitam finivit*.

9 FRANCISCUS PLATAMONEUS nobilis Panormita, in suis etiam etruscis carminibus, quæ habentur in præfatis *Hyperbolibus*, Matrangam cum Divo Hieronymo comparans, illum a dicendi venustate, & eloquentia commendat.

10 HIERONYMUS VERITA' Cl. Regul. Veronensis, in Elogio *Matrangæ* inferius adducendo, eumdem italicis carminibus effert, quod nimirum Deiparæ Virginis, ejusque filii laudes docto volumine complexus sit.

11 HIPPOLYTUS MARRACIUS C. R. e Congregatione Matris Dei *in Appendice ad Bibliothecam Marianam par.* 2. *verbo Hieronymus pag.* 462. recensens omnes Scriptores, qui Beatæ Mariæ Virginis laudes scripserunt, ait: *Hieronymus Matranga Clericus Regularis, natione Siculus, patria Panormitanus, probitate, & doctrina in suo Ordine clarus, posteritatis juvandæ cupidus, edidit pro Bibliotheca nostra Mariana opus prænotatum:* Sacræ Hyperboles Dei, & Mariæ, *&c.*

12 HYACINTHUS MARIA FORTUNIUS *in Plausibus Panormi pag.* 14. de eodem loquens, hæc habet: *Pater D. Hieronymus Matranga Clericus Regularis, vir ubique celebris, & notus ob præclara opera, quæ typis evulgavit.* &c.

13 JACOBUS GRAVINA C. R. *in Synopsi Theologiæ Veterum Patrum de Actionibus Dei ad extra, §. de tempore quo Angeli creati sunt fol.* 336. *n.* 665. ait: *Hieronymus Matranga, vir e nostratibus omnifariam præclarissimus, ac SS. Inquisitionis Regni Siciliæ Theologus celeberrimus, ab editis libris, a linguarum peritia, a rerum peregrinarum eruditione, atque a perfunctis muneribus commendatissimus*.

14 JO. VINCENTIUS CANDIA ex Ordine Patrum Prædicatorum Magister, & S. Officii Regni Siciliæ Censor, in approbatione libri ipsius *Matrangæ*, quem inscripsit, *Herodiadis narratio*, illum vocat *Virum summæ eruditionis, magnæ æstimationis apud omnes, tum ob ingenii acumen, tum ob profunditatem, & varietatem sermonum, verborumque*.

15 JOSEPH SILOS C. R. *in Historia Clericorum Regularium par.* 3. *lib.* 12. describens singulos Theatinos Scriptores, hocce Elogium in laudem *Hieronymi* attexuit fol. 574. *Hieronymus Matranga Panormitanus, adoptatus inter Clericos Regulares Panormi in Divi Josephi Domo, vovitque die Martii duodetrigesima* 1621. *exorto vir ingenio græca, latinæque doctus, atque a multiplici literatura instructissimus. Scientias diutiùs juventuti nostræ non vulgari docendi ratione Panormi tradidit. In delectu opinionum, atque in iis propugnandis, tuendisque peracutus. Non adeo premere superiorum Theologorum orbitam studuit, quin sua identidem promeret, niteretque, ut inquit ille, in propriis bonis. A doctrinarum laude adlectus Panormi inter SS. Inquisitionis Consultores, Spartam banc tuetur peregregiè. A severioribus disciplinis ad Musarum otia, ac literarum amœnitates ad quoddam studiorum laxamentum interdum divertit, exprimitque geminum Jani vultum; gravem alterum, ac serium; alterum a quodam ævi flore vernantem. Admotus etiam communi*

ad-

administrationi, domorum Siciliæ Inspector fuit non semel, rexitque aliquando Divi Josephi Cœnobium. &c.

16 MARIANUS PERRONE Ordinis Prædicatorum Magister, & SS. Inquisitionis Censor, in approbatione memorati superius libri, cui titulus: *Solemnitates lugubres, & lætæ*: eumdem appellat *Clarissimum lumen Cathedrarum Theologicarum, ac Philosophicarum, ærarium scientiarum, ac speculum lucidissimum religiosæ bonitatis, & virtutis.*

17 OCTAVIUS DE AUGUSTINO Abbas, & Prothonotarius Apostolicus, in Diœcesi Panormitana Judex Visitationis Curiæ Archiepiscopalis, in approbatione præfati libri: *Solemnitates lugubres*, &c. Hieronymum nuncupat *Insignem Theologum, & facultatum penè omnium peritiâ præstantissimum*. &c.

18 PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico Nobilitatis Siculæ par. 2. pag.* 203. loquens de familia *Matranga*, inquit: *Hujus familiæ superstes est* Hieronymus Matranga *Theatinus, vir doctus, virtute præditus, & versatus in multis scientiis.*

19 PHILIPPUS LABBÆUS Societatis Jesu *in Bibliotheca Bibliothecarum fol.* 61. de eodem ait: *Hieronymus Matranga Panormitanus Clericus Regularis Theatinus, de Academia Syntagmata septem edidit Panormi in Domo S. Josephi per Antonium Martarelli* 1637. *in* 4.

20 PHILIPPUS SETAJOLUS Cl. Reg. in libro prænotato: *Obsequia funebria Panormi habita a prænobili Alborum Societate in Parentalibus Philippi IV. Hispaniarum Regis*, meminit *Matrangæ*, qui de ejusdem Regis exequiis præfatum superius volumen, *Solemnitates lugubres* &c. scripsit.

21 VINCENTIUS AURIA *in Historia SS. Crucifixi, qui colitur Panormi in Principe Templo*, postquam nonnullos retulisset Auctores, qui de illius origine mentionem faciunt, subdit pag. 47. *His adjungi possunt alii Scriptores literis & eruditione omni laude digni, qui sequuti eamdem opinionem sunt, videlicet Pater* D. Hieronymus Matranga *in libro*: Solemnitates lugubræ, & lætæ, *part.* 2. *fol.* 7. &c.

CARMINA LATINA
In laudem
HIERONYMI MATRANGÆ.

Ex Francisco Maria Maggio C. R.

DISTICHON.

Calluit hic linguas, artesque Poeta disertus;
Omniscium cuncti ut ritè vocare queãt.

Ex Octavio de Augustino.

EPIGRAMMA
Anagrammaticum.

HIERONYMUS MATRANGA.
Programma.
HEROUM AGMINA TRANSI.
Anagramma.

O Qui terrarum transcendis nomine culmen!
Exerto, & sursum tolleris ingenio;
Communes metas palmata Pallade TRANSI
HEROUM *plaudunt* AGMINA *victor, abi.*

Ex Augustino Arata C. R.

EPIGRAMMA
Anagrammaticum.

DON HIERONYMUS MATRANGA.
Programma.
TU MARIAM DIGNE' HONORANS.
Anagramma.

Nullus adhuc meritos indixit Virgini honores:
Nullus adhuc dignum Virgine scripsit opus.
TU MARIAM DIGNE' *præ cunctis unus* HONORANS
Nescio quem posthac, possis habere parem.

Ex Josepho Amato C. R.

EPIGRAMMA
Anagrammaticum.

DON HIERONYMUS DE MATRANGA.
Programma.
EN HOMO MIRE' AD GRANDIA NATUS.
Anagramma.

Grandi animo fulges procero in corpore virtus,
Nec non grandis inest, grandia mente foves.
Posteritas, præsensq. tibi, quod cõcinet ætas?
Hoc tantum: EN MIRE' AD GRANDIA NATUS HOMO.

CAR-

CARMINA ETRUSCA

In ejusdem Viri commendationem.

Ex Francisco Platamoneo.

DAl saggio vecchio, che in alpestre cella
Visse, e morir gli piacque,
Là dove il suo Signor povero naeque
Apprendesti il saper, togliesti il nome,
Matranga, e la favella;
Benche canute ancor non sien le chiome:
Onde a l'alta armonia
De' tuoi sonori accenti,
Frenano il corso lor nell'aria i venti.
Ma che stupor mai fia,
Che dolce sgorghi favellando un rivo
Chi d'ogni lingua è chiaro fonte, e vivo!

Ex Francisco Maria Ingrassia.

O Da Stridonio al vecchiarel simile
E nel nome, e nell'opre, e nelle carte;
Quegli qual face illuminò ogni parte,
Tu risplendi qual Sol da Battro a Tile.
Quegli ebbe il Mondo, anzi se stesso a vile,
Che sforzò la natura, e vinse l'arte;
Tu affinando gli affetti a parte a parte
T'hai reso al Mondo, e a te stesso umile.
Quegli Eroine con pietoso zelo
Nobil manto a sprezzar spinse tal'ora;
Tu Eroine a lasciar pomposo velo.
Quegli vive in Ciel, e ne' suoi scritti ancora;
Tu ne' tuoi or vivi, e viverai nel Cielo;
Se in vita eguale, eguale in gloria ancora.

Ex Hieronymo Verità C. R.

FU per opra divina, in sen concetto
De la gran Donna, il sommo, eterno nume,
E si vide l'Immenso, oltre al costume,
In angusta prigion chiuso, e ristretto.
Tu rinuovi i stupori, o spirto eletto,
Mentre racchiudi in picciolo volume
E la madre, e il figliuol, a cui dan lume
I pensier del tuo chiaro, alto intelletto.
Lodino pur del Ciel l'eccelse menti
Il Parto di Maria, che non ha eguale,
Un vanto ancor a te debbon le genti:
Ella a morte lo diè, lo fè mortale;
Tu co' tuoi vivi inchiostri, e rari accenti
Il porti ad ogni età sempre immortale.

VENERABILIS

HIERONYMI PILI

Clerici Regularis

ELOGIUM XXVII.

Ex Josepho Silos C. R. in Historia Clericorum Regularium part. 3. lib. 5. fol. 158. & seq.



HIERONYMUS PILUS Panormitanus, ex Marinæi Marchionibus, Theatini instituti mentem vel ab ipsa infantia concepit: verùm cùm Joannes Baptista Calvellus avunculus emendati vir moris, ac perspectæ prudentiæ addubitaret, ne impetus quidam, atque immaturior adhuc indoles eò raperet, ac simul avelli a se nepotem nollet, quem suis etiam augere opibus cogitabat; consilium interturbavit, præciditque: sed is non ita post multò, cùm sua jam non caperet vota, atque acriùs religiosæ disciplinæ ardor incenderet pectus, absente fortè avunculo, qui frænum injiceret reverentiâ, sæculi fugam adornare generosiùs constituit. Itaque quod pridem Panormi sedem fixerant Clerici Regulares, atque apostolici instituti famâ omnium animos compleverant; horum potissimùm capi vitæ rationibus sensit *Hieronymus*; atque adeò ardens ejus studium, ac repetitæ sæpiùs preces non sine lacrymis valuêre, ut cùm supra id ævi sapere, atque audere incitatissimum puerum agnoverint Patres, in Ordinem adoptaverint. Avunculo nihil acerbiùs. Panormum reversus, nullum non movit lapidem, ut rediret domum nepos: adstrepere, conqueri: Proregem, qui tunc Dux Feriæ, appellare: idq. vehementer inculcabat: impar ætati jugum: atque imbecilliores longè vires, quam ut vitæ asperitati sufficerent: fore, ut innutritum deliciis puerum assidua ea lima brevi conficeret: fucum proinde illi factum: neque adeò difficile, decepisse ingenium penè lacteum. Pronuntiata hæc intimo quodam animi sensu, ut inspicere ipse rem propiùs voluerit Prorex. Adduci *Hieronymum*, jubet,

jubet, & dum consilium, mentemque accuratè explorat, agnoscit ab adulta quadam indole, a vi pectoris, a propositi constantia afflatum divinitus adolescentulum, capacemque quantæcumque disciplinæ esse: ut autem aliquid indulgeret carni, & sanguini; attineri tantisper inter consanguineos, jussit, ut diutiùs ipsimet constantiam, ac generosiores, quos ille gestabat pectore, spiritus agnoscerent. Nimiùm est, quantum ea Principis indulgentia molesta *Hieronymo* acciderit. Perspectum jam, manasse e cœlo ineundæ Religionis consilium, ac nullis posse expugnari machinis animum, cur a religiosis fratribus divellerent, ac domesticis cum hostibus rem sibi esse, permitterent? Igitur ita paruit, ut cùm opulentæ domûs commoda fastidiret, cibos nonnisi a nostratibus missos sumeret, blanditias, amorisque argumenta strenuè aversaretur, flexusq. ad omnem tristitiam vultus, quis intimè conficeret mœror, ostenderet: dedit manus avunculus, ac mater ipsa, quæ affectu, promissis, lacrymis nullas non tentaverat nocendi artes. Victor ab ea lucta, ac sibi, Religioniq. restitutus egregius adolescens, cursum in eo stadio virtutum ita instituit, ut admirationi magistro ipsi esset, sodalibus exemplo; tenuitq. contentio, atque ardor ille spiritûs, biennium; cùm destitui sua alacritate, ac peracri illo arripiendæ pietatis studio visus est, & mox ita refrixit, ut constantiam, habitumque exuerit. Non rara hæc quidem in sacris ordinibus exempla, accidit namque persæpè, ut in medio ipso cursu vis langueat, susceptumq. abjiciant institutum juvenes, dum velificare illos credimus quamsecundissimè. *Hieronymus*, qui biennium, & eo amplius omnigenam voraverat afflictionem, ac strenuam, acerrimamque virtutem adprobaverat suis; repentè alius, in cultu vestium, usuque deliciarum totus fuit. Ut patentiore in campo frænos laxaret suo genio, peregrinari per Italiam instituit: idque illi propositum, ut quidquid esset uspiam illecebrarum, sorberet; mergeretque sese, ac famam suam in aureo eo poculo, quod suis propinat, mundus. Aliquandiù vagatus, Bononiæ hæsit, hausitque hîc, dum studiis vacat, a sodalium licentia, & consuetudine non nihil etiam fœcis, quoad civili laureâ insignitus in patriam revertitur. Hîc enimverò, superiore quodam lumine dignatus, redire suæ menti *Hieronymus*; pulsari intimè sensit, ac surda quadam voce peracerbè increpari: accusare se ipse, quod fœdè exerrasset, ac mores suos ablegata sanctiore disciplina, inquinavisset. Præmaturè receptui canere, ac pristinas vitæ rationes repetere cogitavit; ne si differret, serò saperet, excitata ira Numinis. Eapropter Patres convenit: suam causam, non voce, sed lacrymis perorare. Exciperent postliminio hunc prodigum, qui substantiam dissipaverat: maturiores afferre annos, ut minus inconstantiæ obnoxius videri posset: inconsultæ, ac nimium levi parcerent adolescentiæ. Scirent mutatam, edoctamque suo naufragio juventam; ac fore, ut quidquid peccasset genius, pœnitentia mulctaret. Flagrantibus adeo postulatis pronior fuit Patrum charitas, patuitque iterum redeunti portus. Habere is primùm divino Numini grates, quod a mundi tempestatibus in religionis tranquillitatem emersisset; tum asperiore lucta in seipsum insurgere, ac frangere sensuum contumaciam cœpit. Planè, nisi accessisset a magistro afflictationibus modus, nihil propiùs fuisset, quàm exhauriri prorsus vires, ac atteri. Adstrictiorem sibi annonæ, ac somni mensuram, præscripsit, contentus brevi opsonio, quod etiam absynthio corrumpere solitus erat, nullis non rigoribus corpus divexare: flagris agere, dura, cruentaque semper manu: latera ciliciis, ac ferro adurere: nihil naturæ, nihil genio indulgere: antelucanis precibus assiduo adesse, nudis orare genibus, divinisque insistere commentationibus penè ad deliquium. Obedientiæ deinde studiosissimus, ut pareret, magistri nutus, abundè erat; sine quo vel levia aggredi, illi nefas: ut nec librum legere, nec vultum abluere, nec concinnare calamum, eo inconsulto, auderet. Præcipua illi virtus, humilitas, quidquid vilis operæ navandum, involabat ipse omnium princeps: cœterùm postremo censeri loco ge-

gestiebat: idque constanter aliquando affirmabat; nescire se, an aliquis mortalium adeò esset ignavus, ac improbus, quem non ipse æquaret, aut vinceret. In tyrocinio dum velificat, morbo æquè gravi, ac diuturno intercipitur, qui quidem uberrima illi tolerantiæ seges fuit: sed quia suscipiendi solemnia religionis vota tempus appeteret, atque a perdifficili mali genere vehementer addubitarent Patres, an ferre instituti incommoda, ac labores posset, angi supra modum visus est: planè ut nihil pulsaret acriùs pectus, quam metus: ne aut excludi ab Ordine, aut suspendi vota contigisset. Inter hos fluctus sacra illi anchora fuêre ad Deum preces; impetravitque, ut brevi adeo mitesceret morbi vis, ut spem Patres conciperent, fore, ut convalesceret, eòque profiteri solemni ritu posse. Itaque, quando seipsum dicare Deo constituerat, ut fortunas etiam suas consecraret; lautissimum patrimonium, non consanguineis, sed construendo nostro Mariani Sponsi Cœnobio addixit; quod quidem splendidè, ac supra vulgarem substructionem penè absolutum nunc cernimus. Opibus deinde, atque omni opum studio exutus, in sinum Crucis expeditè involavit; vovitque ornatissimus juvenis insigni cum Panormitanæ nobilitatis laude, exemploque Theatinam disciplinam. Illud sanè mirum: nam illigatus vix optatissimo eo nexu, pristina iterum ægritudine conflictari coepit. Idque ab ea intercapedine atque interspiratione acriùs, ad acerbiorem nempe palæstram, ad luculentius patientiæ documentum, ad virtutum autumnitatem longè copiosiorem. Quinquennium tenuit lucta, in qua instrui in omni morum, ac pietatis genere perinde contigit, ut docendis aliis par esset. Neque ita post multò regendis novitiis admotus, quid in eo fingendæ indolis studio valeret, luculenter ostendit. Non tam verbis, quàm sui exemplo monebat: ita interiori homini operam dabat, ut exteriorem ad unguem formaret, composito ad omnem modestiam, vultu, gestu, incessu, ut plerique ab ea prodierint schola, disciplina morum, & prudentiæ numeris absolutissimi. Inter domesticos verò parietes, ac veluti in umbra perinde egit, ut longè fructuosiùs, atque ardentiùs in Sole deinde, ac pulvere, hoc est in communi animorum quæstu operam impenderit. Totus in hisce vigiliis fuit vir flagrantissimus. Qui suis vitiis altè indormiebant, viri perditissimi peracri ab eo diligentia quærebantur, verbis, monitis, terroribus agere, ut sibi consulerent, ac vitam inquinatissimam eluerent lacrymis. Est in nostra Panormitana S. Josephi Domo Sodalitium, cui Junctæ nomen; cominus hîc; ac breviore ceu telo in crimina, pravosque mores certatur; tonant, fulgurant nostri homines: planè ut nunquam sine animorum motu, ac scelerum clade celebrentur hi cœtus. Inardescere hîc *Hieronymus*, flammasque ejaculari videbatur, cùm diceret: Innumeri penè ex Orci faucibus ejus dictione, ardoreque linguæ erepti. Intulisse huc pedem ejusmodi projectæ vitæ homines, commutasse vitæ rationes erat; ut abiret momentò in columbam accipiter; fieretque agnus truculentissimus leo. Quod maximè allocutiones hasce incendebat, lacrymæ erant. Dignatus quippe hac lacrymarum venâ, pectora non tam oratione, ac facundia, quàm fletu expugnabat; eâque interdum vi, oculi manabant inter dicendum, ut abrumpi sermonem, ac subsistere oporteret: cùm interim per eos imbres vehementiùs audientes inflammarentur. Familiaris item illi lacryma in cæteris vitæ actibus. Pios libros nunquam fermè legebat, quin madesceret a gemitu vultus. Conscientiam cùm expiaret, nihil ejus tum fletu uberiùs. Ad Missæ sacrum depluere mirum in modum inter divina ea mysteria oculi, atque abire etiam in lacrymas, quotquot sacrificio præsentes aderant, videbantur. In privatis verò precibus cùm excresceret internus ardor, effluere largiùs eliquatum pectus oportuit, adaucta hinc etiam orationis efficacia: planè, ut pleraque, & sibi, & aliis non exigui quidem momenti beneficia vi lacrymarum impetraverit. Jam reliquam eximii viri indolem stylo prosequi, longius profectò esset: sat fuerit libasse. Charitas in proximos, atque in curanda, uti mo-

monuimus, animorum salute mirificè eluxit; nec cætera mortalium commoda dissimulabat. Quos ærumnæ premerent, consolari, fovere; Xenodochia invisere; adesse adhortamentis, ac manu ægrotis inservire peramanter; quo quidem in ministerio nemo non ejus modestiam, animique demissionem admirabatur. Familiaris namque illi virtus, humilitas. In præclara omnium existimatione cùm esset, hoc illi molestum, hominum opinio. De se parcè loqui, & quàm demissè. In quæstionibus examinandis nihil sibi, suæque sententiæ arrogabat: statim sodalium sese judiciis submittebat: qui namque in sui contemptu multus erat, aliorum virtutem, atq. eruditionem nimiùm quantùm suspiceret. Cognata humilitati paupertas summo apud ipsum loco erat. Detrita illi vestis, & unica pretiosa cellulæ supellex, Crucifixi imago, ac pauci libelli. Silentii, regularisque disciplinæ servantissimus. A sæcularium consuetudine abhorrere, mulierum præsertim alloquutiones aversari: si dare iis interdum aures, necessitas cogeret, paucis, ac raptim agere. Recessum, quod orationi accommodatus, magnoperè adamabat: in hoc quippe precandi studio assiduus, ac plerasque traducere orando horas, solitus erat: utque alios ad hanc ipsam mentis exercitationem incenderet, perutilem de ea libellum composuit, quem evulgari pretio sanè esset. Eximia item religione divos colebat, quorum solemnia aliqua semper afflictatione corporis, atque extra ordinem precibus excipiebat. Ipsam in primis Beatissimam Dei Matrem principe cultu venerabatur, ac statis religionibus celebrabat. Diebus ejus festis, ut qua deceret animi devotione occurreret, austeriore sese abstinentia, atque omni piorum operum genere ad illos pridie comparabat, ac plerasque etiam conflabellandæ huic pietati, inflammandisque piis mentibus de Diva Virgine lucubratiunculas conscripsit, in quibus videre est flagrantissimum ejus studium, affectusque in Cœli Reginam. Inter hæc virtutum exercitamenta visæ ita absumi opes corporis, ut laborare phthisi cœperit: lentum hoc quidem, sed molestissimum, atque insanabile morbi genus, a quo annum non sine insigni pietatis proventu, divinæque charitatis incremento peracerbè conflictatus, die Januarii quartadecima anni 1637. ætatis 44. spiritum posuit, tranquillissimè quidem; nam qui vellicari acriter scrupulis, solitus erat, nulli tum pectoris aculei, ac morsus animi, orisque serenitatem delibarunt, qui, uti significatum est, addictissimus Augustæ Virgini erat, sub ipsum vitæ exitum Marianam quamdam imaginem, quæ in Sodalitio, cui a Recte nomen, omni studio colebatur, adduci ad se jussit, cujus aspectu mirificè recreatus, visus post paulo veluti in Deiparæ sinu animam efflavisse. Celebratum ingenti mortalium frequentia funus fuit, ut certatim viri nobiles ac populus, quibus comperta *Hieronymi* pietas, ac vitæ sanctimonia, manus, ac vestes exoscularentur: cum interim nemo non ejus mores effusè dilaudaret. In Patrum Cæmeterio peculiari tamen in loco consepultus, ardere proximorum studio in ipso tumulo, dixisses; nam pleraque, implorata ejus ope, collata a Deo beneficia feruntur. Sed illud admirandum, quod ad hæc usque tempora, idest post centum circiter annos, corpus ejus, quasi jam incorruptionem induerit, integrum, suavemq. fragrans odorem perseverat. De quo illud etiam admirabiliùs, quod consumpta vestis lacinia, quâ ipsius verenda tegebantur, utramque manum, quæ prius supra pectus contractæ jacuerant, mirum in modum extenderit, easque in locum vestimentorum substituerit, ut sic religiosa ejus modestia etiam post mortem illæsa maneret.

Extant hujus eximii Viri ex Silos loco superius citato, ex Antonino Mongitore infra citando, & ex Philippo Setajolo *in historia Catalauniæ parte 2. fol. 164. & 175.*

Otto giornate per le Anime divote.

Giornale delli lumi, ed inspirazioni divine comunicate al servo di Dio.

Trattato dell'Orazione mentale.

Lucubratiunculæ de Beata Virgine Maria. &c.

V SYL-

SYLLABUS
Auctorum, qui encomiasticè loquuti sunt de sanctimonia HIERONYMI PILI Cler. Reg.

ANTONINUS MONGITORE in libro: *Panormus devota Deiparæ Virginis tom. 2. c. 7. §. 30. pag. 187.* describens italico idiomate *Hieronymi* religionem, qua Dei Matrem venerabatur, hæc de illo ait: *Freggiò di gloria non men la sua nobilissima famiglia de' Marchesi di Marineo, che l'Ordine Religioso de' Chierici Regolari, il P. D. Girolamo Pilo. Visse egli, e morì con chiaro grido di santità, e segnalatissimo nell'amore verso Maria, l'ebbe sempre in conto di Madre. La venerava con ardentissima divozione, e con particolari ossequj l'onorava. Per celebrar le sue feste con maggior fervore di divozione, praticava passar le sue vigilie con stretto, e rigoroso digiuno: nè vi era opera pia, che non esercitasse. Ad accender viepiù l'ardore del suo affetto, e l'altrui cuore nell'amor della Vergine, scrisse alcune operette spirituali in onore di essa, nelle quali risplendono a maraviglia l'ardentissime fiamme della sua divozione verso una tanta Signora. Con distinta divozione affettuosamente venerava la Vergine nella sua immagine, che col titolo della Madonna delle Grazie si onora in una cappella del tempio di S. Giuseppe in Palermo, in cui trovava tutte le delizie dello spirito. Nè era minore il suo caldissimo ossequio verso la celeste immagine della Madonna della Providenza, di cui si ha scritto in suo luogo. Corrispose altresì con tenerezza d'amore la Vergine alla divozione del suo Servo, manifestandone la finezza nella sua ultima infermità, poichè con un bel corteggio di Santi, ed Angioli, gli apparve, per consolarlo con la sua vista. Fu ad un tratto ricolmato di straordinaria allegrezza il Servo di Dio al vedere la sovrana Regina, e restò estatico in contemplare la sua celeste bellezza, anzi come impaziente di più lunga dimora nel mondo, parea che volesse rompere i ritegni della carne, per volarsene seco nel Cielo. Mentre godea della beata vista di Maria, e due Fratelli, che l'assistevano in cella, si trattenevano in ragionamenti familiari, non potè ritenersi, che acceso di santo zelo, non li riprendesse con dir loro, che tacessero, e si componessero in riverenza, e silenzio, mentre stava ivi presente la gran Reina del Cielo con tanti Angioli, e Santi. Avvicinatosi al fine della vita fece portarsi l'immagine della Madonna della Providenza, e con essa avanti gli occhi soprafatto da straordinaria allegrezza spirò santamente per non perder giammai di vista quella gran Signora, cui aveva consacrato l'affetto. Morì in Palermo a 14. Gennajo del 1637.*

FRANCISCUS MAGGIUS C. R. quæ modò a Mongitore narrata sunt, variis in locis confirmat: nam primò in libro *de sacris Cæremoniis tom. 2. opusc. 3. fol. 226.* loquens de Statua S. Mariæ Gratiarum, quæ veneratur Panormi in Augusto Divi Josephi Templo, hæc de *Hieronymi* pietate, & religione in Deiparam Virginem habet: *Te cultores olim egregios habuisse, præsertim P. D. Joannem Baptistam Pilum morum suavitate, externove totius corporis habitu, religiosaque modestia celeberrimum: & P. D. Hieronymum Pilum ejus patruum, lacrymarum dono, vitæque innocentia, ac multis animi dotibus admirabilem, cui in mortis agone, nihil verenti, ac hilari, ut ipsa animos faceres, & ad cœlum veheres, adstitisti.* Secundò *in Propositis bene moriendi prop. 95. pag. 564.* de eodem subdit: *Hieronymus Pilus e nostris morti proximus S. Mariæ Providentiæ iconem in suo cubiculo optabat: quam cùm sodales festinanter afferrent; non opus amplius imagine est, inquit: Nam ipsa Sanctissima Dei Mater hic præsens adest.* Denique in libro: *Madonna della Providenza c. 1. pag. 6.* idem confirmans, ait: *Il P. D. Girolamo Pilo Religioso di santissima vita, che fu di questa gran Signora tanto divoto, che nella sua ultima infermità, consapevole d'avere a morire, pregò i suoi Padri, che gliela portassero in cella; e meritò, che insieme con l'imagine, che teneva sul letto, gli comparisse, e il confortasse personalmente la medesima gran Signora, come è solita di fare con suoi divoti.*

IGNATIUS DEL CASTILLO Societatis Jesu Sacerdos in epistola nuncu-

patoria Vitæ Stanislai Pili ejusdem Societatis, quam suppresso sui nomine Panormi evulgavit 1718. loquens incidenter de *Hieronymo Pilo*, hæc ait: *Per appalesare gli effetti di cristiana pietà, parlino per me le sontuose fabbriche della gran Casa di S.Giuseppe de' Padri Teatini erette con magnificenza reale dal divotissimo zelo del Venerabile P. D. Girolamo Pilo, e Calvello, che nella sontuosità de' loro addobbi apparenti al di fuori, fanno traspa-rire a noi quegli ornamenti reali al di dentro della sua grand'anima, la quale se seppe lasciare una copia quasi morta di se in quelle mura, ne lasciò finalmente un' altra della sua gran santità, e modestia religiosa nelle ceneri estinte, che in un continuo prodigio s'ammirano.*

JOSEPH SILOS C. R. *in Historia Clericorum Regul. par. 2. lib. 6. fol.* 269. de eodem subdit: *Hieronymus Pilus egregia virtute Sacerdos ex nostris, qui dum supremo spiritu laboraret, afferri sibi divæ Virginis effigiem voluit, expiravitque in ejus conspectu, post quam ejusdem Deiparæ præsentiâ, complexuque frui meruit.*

PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico Nobilitatis Siculæ par.* 2. *f.* 282. de Hieronymo pariter ait: *Il secondogenito del sopradetto D. Lorenzo Pilo seniore, e Francesca Calvello, rinunciando il mondo col nome di D. Girolamo Pilo, entrò nella Religione de' Padri Chierici Regolari Teatini, e diede la maggior parte della sua porzione ereditaria circa la somma di quarantacinque mila scudi per la fabbrica della Casa di detti Padri Teatini di S. Giuseppe, e visse assai virtuoso con odor di santità.*

PHILIPPUS SETAJOLUS C. R. superiùs memoratus *in Hist. Catalauniæ par.* 2. *pag.* 198. præter ea, quæ diffusè scripsit de gestis, & virtutibus *Hieronymi*, hæc de Virginis apparitione in illius agone subdit: *Chi visse con tanta candidezza, non potea morir, che da Cigno; che però Girolamo il suo fine accompagnò con quelle canzoni, che l'orecchio divino lusingano. E' fama, che nell'ultimo (di sua vita) vedesse da' Santi accompagnata la Vergine; poichè rivolto a due fratelli, che nella sua camera favellavano:* Tacete, *lor disse*, che non è dovere, che alla presenza di Maria, e di tanti beati, che son quì, lingua umana discorra.

THOMAS POTOMIA Sacerdos insignis pietatis, in Vita Petri Jardinæ, quæ MS. asservatur in Archivio Bibliothecæ Domûs S. Josephi *lib.* 5. *cap.* 1. refert: *P. D. Petrum Jardinam vidisse in spiritu animam Venerabilis P. D. Hieronymi Pili, quæ a pœnis Purgatorii soluta, ad cœlum splendoribus ornata evolabat.*

CARMEN LATINUM

In laudem HIERONYMI PILI.

PLuribus immersus vitiis HIERONYMUS *olim*
Exuerat mentem, Numinis atq. metum.
Cùm sensim ad frugem revocatus cœlitus, ambo
Induit, et rursum claustra sacrata petit.
In quibus elapsæ deflens mox crimina vitæ
Perfudit lacrymis nocte, dieque genas.
Inde sacras repetens leges, vitæq. rigorem
Jugiter in corpus sæviit ipse suum.
Quod tantis quandoque flagris mulctavit, & anxit,
Ut gracilis tegeret vix sua membra cutis.
Esurie pariter maceravit corporis artus,
Queis statuit nullū pacis habere locum.
His aliisque nitens meritis, virtutibus auctus,
Obtinuit terris præmia digna poli.
Quippe Dei Matrem, quam corde, & honore colebat,
Stramine decumbens cernit adesse sibi.
Cujus conspectu recreatus gaudia cœli
Percipit, & victo Dæmone, lætus obit.

CARMINA ETRUSCA

In ejusdem Viri commendationem
Ex
Francisco Pilo è Marchionibus Turretæ, Boni Gustûs Academico.

IL fervor, la pietà posta in obblio
Girolamo dal chiostro al mondo riede;
Qual prodigo figliuolo allor ch' uscio
Al senso lusinghier tutto si diede.
Disperso affatto il suo candor natío,
Il pensiero de' falli il cuor gli fiede:

Quindi ritorna al chiostro, e volto a Dio,
Da duol compunto alto perdon ne chiede.
Così risorto al Ciel nuova Fenice
Piangendo sempre or questa colpa, or quella,
Fa delle carne sue strazio infelice.
E più del corpo il suo bel cuor flagella
La memoria del fio: colpa felice,
Che resa foste dal dolor sì bella.

Ex Anonymo.

L'Essersi il grand' Eroe di già spogliato
Delle pompe, degl' agi, e d'ogni onore,
Non fu bastante, se con santo ardore
Vuole che 'l corpo suo gema piagato.
Di spine quindi, e d'aspro ferro armato
Dalle piaghe non sol sanguigno umore
Scorrer facea, ma dalle stesse il cuore
Volle ch' uscisse in lacrime stemprato.
Mentre afflitto languisce in letto, scende
Per bearlo Maria, al cui cospetto
Di morte vil timor più non l'offende:
Fissando in lei lo sguardo, il cuor nel petto
Sente brillarsi, e poi dalle vicende
D'amor rapito, ottien in Ciel ricetto.

Ex
Josepho Montalto Barone Miloccæ, Boni Gustûs Academico, & Imperialis Collegii Nobilium Convictore.

ALlorchè dal suo fral corporeo velo
Si dispogliò quaggiù l'Uom giusto, e pio
Drizzando ardita il vol verso del Cielo,
Sua bell' Alma volonne in seno a Dio,
Ogni Spirto celeste e il merto, e il zelo,
E sue virtù laudare allor s'udio.
Piena di duol sprezzando il crudo telo,
Dove è, Morte diceva, il poter mio?
Or tu, bella Trinacria, asciuga il ciglio,
E squarciando dal seno il nero ammanto
Cangia, qual faggia omai, cangia consiglio.
In Ciel lo mira al suo Fattore accanto;
Egli è l'illustre tuo ben degno figlio,
Rasciuga, o bella, or tu rasciuga il piãto.



HIERONYMI VENTIMIGLIA
Clerici Regularis, Episcopi Liparensis

ELOGIUM XXVIII.

Ex Antonino Mongitore in Bibliotheca Sicula tom. 1. fol. 287. & in additione ad Rochum Pirrum de Ecclesia Liparensi f. 44.



HIERONYMUS VIGINTIMILLIUS Panormitanus, ex Baronibus Gratterii, Caroli Comitis Prades, & Venerabilis Antonini Vigintimillii Bornæi Apostoli (de quo supra) germanus frater, Clericus Regularis; natus anno 1644. parentibus Laurentio Vigintimillio, & Maria Filingeri. Annum agens 13. Ordinis institutum amplexus est Panormi in Domo S. Josephi 20. Aprilis 1657. ac ibidem solemnia emisit vota 4. Julii 1660. Philosophiæ, ac Theologiæ spatia emensus sub egregio Præceptore Patre D. Alberto Fardella, doctissimus evasit Theologus, cujus doctrinam demirata est Gallia, ubi difficillimas, ac novas eximii Præceptoris sententias eo propugnavit plausu, ut doctissimos Galliæ viros summa admiratione compleverit, ac amplissimam nominis sui famam excitaverit. Moderatorum jussu in Hispaniam trajecit, & in Matritensi Domo S. Mariæ de Fervore Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam cum singulari ingenii laude, ac non vulgari discipulorum profectu per multos annos docuit. Bis eamdem Domum Præpositi munere gubernavit; ac semel Generalis Visitator electus, Hispanam Provinciam perlustravit. Eloquentia etiam claruit, inter præcipuos verbi Dei præcones meritò recensendus; dicendi elegantiâ, eruditione, aliisque naturæ, artisque dotibus abundè instructus conciones habuit magno cum plausu: ideoque a Catholico Rege Philippo IV. Regii Concionatoris munere, ac titulo insignitus, ab ipso Rege, ac regiæ Aulæ Proceribus, non sine magna animi voluptate semper auditus, ac maxima

xima veneratione prosequutus, Prudentiâ, morum gravitate, & eximia dexteritate munitus, Matriti degens in pertractandis magni momenti negotiis omnes Aulæ regiæ viros in sui admirationem traxit: ideoque permagna æstimatione valuit apud Hispaniæ Magnates, aliosque primarios illius Urbis Dynastas. A Galeatio Marescotto S. R. E. Cardinali, tunc apud Catholicum Regem Nuntio, a suis confessionibus delectus est: & pluries Episcopalem Infulam in Regno Siciliæ spontè sibi oblatam recusavit. In Italiam regressus præcipuas Urbes in cinerali jejunio concionibus illustravit, magnâ confluentium frequentiâ, ac literatorum plausu ubique semper exceptus: ideoque nominis fama ultra montes dilapsa, a Leopoldo Imperatore in suum Concionatorem electus, Viennam accersitur, ut Dominici Adventûs tempore anno 1690. ac in quadragesimali curriculo anno 1691. ibi concionaretur: eâque approbatione ab ipso Cæsare, & ab aliis confluentibus in imperiali Sacello auditus est, ut ipsemet Imperator editis poeticis ingenii monumentis, non dedignatus sit laudibus *Hieronymum* cumulare: aliosque ad ipsius laudes extimulare. Vidi ego libellum etruscis carminibus refertum, cui titulus: *Assemblea de' Cigni, per celebrare i sudori apostolici sparsi dal Rev. P. D. Girolamo Ventimiglia Palermitano, Chierico Regolare Teatino, e Predicatore ordinario del Re Cattolico nell'Augustissima Cappella della Sacra Cesarea Real Maestà dell'Imperadore Leopoldo, l'Avvento, e la Quaresima* 1690. e 1691. Viennæ Austriæ apud Joannem Van Ghelen 1691. in 4. Alium verò ita inscriptum: *Sonetto fatto sopra le Rime sforzate, date dalla Maestà Cesarea all'Autore in applauso alle bellissime prediche fatte nell' Imperial Cappella e nell'Avvento, e nella Quaresima passata dal Rev. P. D. Girolamo, de' Principi di Ventimiglia, Predicatore ordinario della Maestà Cattolica.* Viennæ Austriæ apud Susannam Christinam viduam Matthæi Cosmeronii Typographi S. M. C. in 4. Romam cùm noster *Hieronymus* remeasset, ab Ordinis sui Moderatore vocatus, Procuratoris Generalis munere cohonestatus est: ac tandem ab Innocentio XII. Pont. Maximo Episcopus Liparensis electus est 19. Julii 1694. Eo instante pensionem in Capituli Liparensis beneficium *Hieronymo* imposuit Pontifex, ut habemus ex Decreto Consistoriali, sic loquente: Providetur de persona *Hieronymi Ventimiglia* Clerici Regularis Theatini cum pensione 294. ducatorum auri de Camera, & duorum juliorum ad favorem Capituli ejusdem Ecclesiæ, eodemmet *Hieronymo* pro eo humiliter supplicante, inter Dignitates, & Canonicatus dictæ Ecclesiæ, ut de more regionis festivis diebus, feriatim verò hebdomadatim interessentes, juxta providam per dictum *Hieronymum* faciendam repartitionem dividendæ; & decreto, quòd Ecclesiæ Cathedralis reparationi pro viribus incumbat, nec non Seminarium juxta præscriptum Concilii Tridentini instituat, & Montem Pietatis erigi curet. Id totum in generosi animi sui laudem cessisse non ambigitur. Ecclesiam sibi creditam singulari prudentia, ac pastorali vigilantia moderatus est. Conciones persæpè ad suos habuit, ac verbo, & exemplo ad pietatem omnes excitare curavit. Pauperibus eleemosynam profusè distribuit. Cathedralem Ecclesiam in elegantiorem formam redegit, instauravit, picturis, auroq. exornavit. Cùm anno Jubilæi 1700. sacra limina visitaturus Romam contendisset, vacante Apostolica Sede ob Innocentii XII. mortem, ipse inter innumeros Præsules concurrentes delectus est, ut orationem ex more haberet ad S. R. E. Cardinales de eligendo Summo Pontifice: quam non sine Patrum laude dixit; ac sui æstimationem jamdiu doctrinâ, eloquentiâ, rebusq. præclarè gestis conceptam, haud parum adauxit. Ad summum Ecclesiæ fastigium evectus Clemens XI. ab ipso inter Episcopos Pontifici assistentes adscriptus est. Demum meritis plenus decessit Romę apud Theatinos suos in Domo S. Andreæ de Valle 17. Decembris 1709.

Multa scripsit; at quæ edidit, hæc sunt:

Sermo de eligendo Summo Pontifice habitus in Basilica Vaticana ad Emin. & Re-

Reverendiss. S. R. E. Cardinalei die nono Octobris anno Jubilæi MDCC. Romæ apud Petrum Oliverium 1700. in 4.

Vita della Ven. Serva di Dio Suor Giacinta Marescotti Monaca nel Monistero di S. Bernardino di Viterbo. Ibidem apud Marcum Antonium, & Horatium Campanam 1695. in 4.

SYLLABUS

Summorum Pontificum, Cæsarum, Regum, S.R.E. Cardinalium, Præsulum, Principum, aliorumque illustrium virorum, apud quos HIERONYMUS VENTIMIGLIA magna valuit æstimatione, & benevolentia.

INNOCENTIUS XII. Pontifex Maximus abundè conscius singularis *Hieronymi* doctrinæ, eloquentiæ, nec non omnigenæ eruditionis, quibus insigniter cumulatus, magnâ nominis famâ ubique per Italiam, Hispaniam, & Germaniam inclaruerat; illum in benevolentiæ, æstimationisque argumentum ad Liparensem Ecclesiam suo viduatam Pastore, eximiis ejus exigentibus promeritis anno 1694. evexit.

CLEMENS XI. cui etiam eximia *Hieronymi* virtutum exempla satis perspecta fuerant, illum Romam adventantem pro sacrorum liminum visitatione, benignissimè excepit: & cùm primùm ad summum Pontificatûs apicem sublimatus fuit, in amoris, æstimationisque significationem inter Episcopos Pontificio Solio assistentes cooptavit.

LEOPOLDUS Cæsar ob magnam pariter opinionem, æstimationemque, quam de *Hieronymi* sapientia, & facundia conceperat, non modò illum in suum Concionatorem eligere voluit, verùm cùm Viennæ Austriæ conciones haberet in Imperiali Sacello tum Dominici Adventûs festis, tum etiam in cinerali jejunio, ingenti eruditione, sanctorumque Patrum, & sententiarum copia refertas, editis poeticis ingenii sui monumentis, cumulare quæsitissimis laudibus benignissimè dignatus est.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex ob eumdem conceptum, quem semper gessit de *Hieronymi* eloquentiâ, & eruditione, quarum latices demiratus interdum fuerat Matriti, cùm nimirum in Ecclesia sui Ordinis concionaretur, illum pariter in Concionatorem suum delegit, audivitque semper magna cum approbatione, & voluptate.

CAROLUS II. Hispaniarum Rex, tametsi eo tempore, quo *Hieronymus* Matriti degerat, minorennis esset, nihilominus familiariter cum eo agere non dedignabatur, quinimò paterni amoris æmulator *Hieronymum* summa benevolentia, & veneratione complexus est.

GALEATIUS MARESCOTTUS S. R. E. Cardinalis, dum apud Catholicum Regem Apostolici Nuntii munere fungeretur, tanti fecit *Hieronymum* ob auream ipsius eloquentiam, solidamque doctrinam, ac pietatem; ut non modò a confessionibus suis esse voluerit, verùm etiam dignum Cardinalitio Galero reputaverit.

SAVUS MILLINUS alter Nuntius Apostolicus apud Hispaniarum Regem, ac postmodum S. R. E. Cardinalis, eo etiam apud se loco, & æstimatione habuit *Hieronymum*, ob ipsius egregias animi dotes, & omnigenam literaturam; ut illum ad moderandam conscientiam suam quà Confessarium, ac Theologum expostulaverit, impetraveritque.

LEONARDUS MARSILIUS Archiepiscopus Senensis, eximiæ pietatis Præsul, adeo *Hieronymi* amore, & benevolentia captus fuit, ob præclara nimirum ipsius merita; ut quoties de *Hieronymo* sermo incideret, toties illum summis laudum præconiis efferre consueverat. Idque semel me præsente præstitit.

JOANNES AUSTRIACUS Hispaniarum olim Moderator, & Regens, admirandâ *Hieronymi* prudentiâ, necnon summâ in rebus agendis dexteritate permotus, illum ad pertractanda maxima regni negotia adjutorem adhibuit, tantique fecit illius consilia; ut nihil unquam inconsulto *Hieronymo* aggredi solitus fuerit.

Denique omnes ferè Hispaniarum Magnates, & Dynastæ, penes quos Hispanicæ Monarchiæ administratio tunc erat, *Hieronymum* summo in pretio, & æstimatione, propter ipsius sagacitatem, mo-

morumque gravitatem, habuerunt. Hinc illum frequenter adire, ipsiusque oraculum explorare in rebus magni ponderis consuevêre.

SYLLABUS
Auctorum, qui de HIERONYMI doctrina, & eloquentia encomiasticè loquuti sunt.

1 ANTONINUS MONGITORE, præter ea, quæ de *Hieronymo* locis superius citatis scripsit, illum summoperè laudat in suo *Musæo Siculo c. 5. fol.* 338. Item *de Ecclesiis Panormitanis cap. Eccl. S. Josephi*, ubi inter illustres Theatinos Patres præfatæ S. Josephi Domûs recenset.

2 BARTHOLOMÆUS FERRUS Cler. Reg. *de Missionibus Cl. Reg. to. 2. lib. 4. cap. 25. fol.* 467. Hieronymum appellat *Virum magnæ virtutis, & meritorum*, quem dicit fuisse olim *Arbitrum Monarchiarum, charum Principibus, & ad præsens dignissimum Episcopum Liparitanum.*

3 FRANCISCUS MAGGIUS Cl. Reg. *in sermonibus supra vitam, & mortem S. Cajetani c. 6. pag.* 49. inter alios, qui voto tuendi Beatæ Mariæ Virginis conceptionem sese obstrinxêre, *Hieronymum* enumerat.

4 FRANCISCUS POSTERLA in libro: *Memoriæ historicæ anni Jubilæi* 1700. *par. 2. pag.* 13. loquens de eodem *Hieronymo Ventimiglia* Episcopo Liparensi, dicit ipsum fuisse *revera singularem in omnibus ferè scientiis, & præsertim in Arte Oratoria, ut notum est nedum Italiæ, verùm etiam majori parti Europæ.* Et pag. 171. laudat ipsius Panegyrim, quam idiomate hispano habuit Romæ in Templo S. Jacobi nationis hispanicæ inter Missarum solemnia pontificalibus indutus ornamentis in gratiarum actionem, pro recuperata nimirum Caroli II. sanitate.

5 JACOBUS GRAVINA C. R. *in Synopsi Theologiæ veterum Patrum de Actionibus Dei ad extra fol.* 350. *in annotationibus marginalibus* de Hieronymo ait: *Hieronymus Ventimiglia C. R. dein Episcopus Liparitanus, vir literis, & apostolicis, regiisq. muniis clarissimus.*

6 JOANNES BONIFACIUS BAGATTA *in Vita Caroli Thomasii par. 1. cap. 23. pag.* 162. eumdem vocat *dignissimum, & zelantissimum Episcopum Liparensem.*

7 JULIUS AMBROSIUS LUCENTIUS *in Additione ad Italiam Sacram Ughelli fol.* 1242. *de Episcopis Liparensibus*, Hieronymum commendans, ait: *Hieronymus Ventimiglia nobilis Panormitanus C. R. Theatinus, literis tum sacris, tum profanis eleganter instructus, qui Matriti in Hispania, & in Civitate Panormi Præpositus fuit. Visitatoris Hispaniarum, & in Urbe Procuratoris Generalis totius Ordinis sui munus præclarè gessit, formalis etiam Concionator Cæsareæ Majestatis, & Regis Catholici extitit.*

8 MARIUS RAYTANUS in libro italico, quem inscripsit: *Il Rogiero in Sicilia lib. 10. cantu 80. pag.* 282. de eodem cecinit.

Canto 8.

Geronimo è colui, che grato a i giusti
La Patria illustrerà coi fatti egregi,
Sicchè al suo senno i secoli vetusti
Invan di Fabio esalteranno i pregi.
Giacchè lo rimiro a Principi, e ad Augusti
Ire per la fede interprete di Regi,
E dal labro eloquente a i troni loro
Sciogliere la facondia in fiumi d'oro.

9 NICOLAUS COLETUS *in Addit. ad præfatum Ughellum tom. 1. fol.* 188. transcribens superius elogium, quod Hieronymo attexuit Lucentius mox citatus, subdit: *Hieronymus dignissimis his splendescens titulis Liparitana Tiara coronari promeruit 19. Julii 1694. quinquagenario major. Nec omittendum in provisione facta de præfato* Hieronymo *Liparensis Ecclesiæ Episcopo decretum Consistoriale hujusmodi intercessisse: Providetur de persona* Hieronymi Ventimiglia *Clerici Regularis Theatini cum pensione 294. ducatorum auri de Camera, & duorum juliorum ad favorem Capituli ejusdem Ecclesiæ, eodemmet* Hieronymo *pro eo humiliter supplicante* &c. *Heroicum quippe factum, instante ipso electo, de quo verè effari potest, quod non abiit post aurum, nec speravit in pecuniæ thesauris. Is post mortem Innocentii XII. mense Octobris 1700. in Basilica Divi Petri inter Missam ipsius Sancti*

a Car-

a Cardinale Bullionio Episcopo Ostiensi celebratam, concionem habuit de electione futuri Pontificis ad Eminentissimos Cardinales tunc inter Conclavis septa observandos. &c.

CARMINA LATINA

In Hieronymi *laudem*

Ex Placido juniore Vanni Cler. Reg.

Virtutum Princeps Prudentia, Forma, Magistra
Hæc mihi dux studiis, ad mea gesta comes.
Hac mieui Hesperii magni regnantis in aula,
Hac mea laude frequens insula sacra fuit.
Ast dum sancta sequor, prudens mandata Tonantis,
Et pius, & humilis sceptra superna gero.

Ex Anonymo.

Tot fulges Præsul meritis, & dotibus amplis,
Quot gemmis ornat sacra Tiara caput.
In te nanque micat Sapientia, copia fandi:
In te majores colligis ipse tuos.
Mista dein Pietas, Prudentia cernitur, atq.
Justitia, & Zelus Religionis adest.

ODE

Tretracolos Distrophos.

Qui tuum quærit celebrare nomen
Clariùs stellis, fluviosque corde,
Qui tuo sacro veniunt, canoro
Carmine tentat;
Hic prius Phœbi excipiet coruscam
Retibus flammam, tumidosque Ponti
Extrahet fluctus, fugitiva sive
Astra tenebit.
Tu tibi solus, Latia disertus
Sufficis linguâ, Pyleumque regem
Nestorem clarum eloquio, fideli
Judice, vincis.
O decus gentis Siculæ perenne!
Castalis jam non petis ore fontes,
Sed sitim sedant latices Oreti
Fluminis almi.
Horrida aut cantes, referasve mira,
Cor rapis nobis, animosque pulsas,
Incutens plures sine nube densos
Mentibus ictus.
Quin tuo fusis pluviis ab ore
Germinat tellus, vario coronas
Flore ver nectit, simul & remota
Tempora jungis.
Junge: nam lauros tibi texit Orbis,
Quas feras tecum superas ad oras:
Junge: sic terris iterum recurrent
Aurea sæcla.

CARMEN ETRUSCUM

Quod in ejusdem eximii Episcopi commendationem Antoninus Lucchesius Campifranci Princeps, & Imperialis Collegii Nobilium Convictor eleganter cecinit.

O Tu giovine Apollo,
C'ai nell'alto Parnasso imperio, e scettro,
Cui circonda d'alloro
Corona i bei erin d'oro,
Mio stile reggi, e fa sonoro il plettro
Che vecchio, e quasi infranto io porto al collo,
Fa, che del Tempo, e delle Parche a scherno
Poss'io render eterno
Quell'Eroe, che qual Pino alto frondoso,
Che su gli alberi estolle il capo annoso,
Nè di rigido verno,
Nè teme d'Aquilon gli assalti, e l'onte,
Gli altri passò con sue virtù ben conte.
E sì illustre si rese,
Che un dì la Fama quasi stanca, e mesta
Gittò la Tromba al suolo,
E con vergogna, e duolo
Ah quante son di lui le chiare gesta,
Che non posso ridirle omai distese!
Se ciò disse una Dea, come mio canto
Può mai salire a tanto,
Ch'esso raggiunga con suo basso stile
Se già volò di là da Battro, e Tile?
Ah, che non può cotanto
Nè nostra mente, nè vigor mortale
Nè a tanto arriva umana lingua, e frale.
Suo eccelso nome altero
Per la terra, e pel cielo ampio si spande,
E dove il Sole à cuna,
E dove ad una ad una
Muojon le stelle, l'opre sue ammirande
Odonsi risuonar; dice l'Ibero
Ciocchè pel ben comun fè suo consiglio;
Nè

Nè mai temè periglio.
Oh quanto volte su di picciol legno
Dovrò Anfitrite, e'l borascoso Regno!
Quante volte l'artiglio
Sprezzò di fiera morte, e sua baldanza
Infranse, e superò colla costanza.
L'opre ammirande, e chiare
Di sua eloquenza, onde l'Italia, e 'l mõdo
Stupinne, ed ammirato
Nè restò pur l'alato
Oriloquace Dio vago, e facondo.
Io vorrei pur, sì che vorrei narrare:
Ma chi darammi il plettro d'oro Acheo?
Chi 'l bel canto di Orfeo
Che trasse un dì dalle infernali porte
La leggiadra gentil bella consorte;
E che più volte feo
Fermare i fiumi, e camminar le selve,
E ben mille ammansò spietate belve?
Tu solo, o sempre invitto
Forte Leopoldo, che al tuo carro avvinti
Vedrai gli empj Ribelli
Resi già domi, e imbelli:
Tu, che festi cadere al suolo estinti
Gli alteri Traci, e festi far tragitto
All'onde Acherontee nel grembo a Dite
Alme crude infinite:
Tu, che al Trace sudar festi la fronte
Per vendicar degli avi i scorni, e l'onte;
E con le pronte, e ardite
Germane spade il suolo d'ossa empiesti,
E rosseggiar di sangue i lidi festi.
Tu sol ridir potrai
L'eccelse imprese, e 'l nome suo famoso,
Tu che l'alzasti all'etra
Colla sonora cetra,
Ch'io pastorello umil tanto non oso.
Concesso è solo a me di due bei rai
Cantare, o pur di apriche valli ombrose
U' i Gelsomini, e Rose
Sorgono più gentili, allorchè indora
Le cime a i monti la vermiglia Aurora,
Et u' fra l'erbe ascose
In riva d'un ruscel le violette
Sorgono più amorose, e pallidette.
Or tu mio canto basso,
E rozza umile boscareccia avena
Taci, che i merti suoi
Col tuo tacer solo lodar tu puoi.
Onde l'alto desio reprimi, e affrena,
Sì dissi, e a lui mi volsi unito a Dio,
E là gir volle il basso canto mio.

HIPPOLYTI FALCONE

Clerici Regularis, sui ævi Concionatoris celeberrimi

ELOGIUM XXIX.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Bibliothecæ Siculæ fol. 289.



HIPPOLYTUS FALCONE nobilis Syracusanus, Clericus Regularis, natus 22. Novembris anno 1623. ex Lucio Falcone Carrubæ Barone. Adolescens, ut ea, quæ ex peregrinatione comparantur oblectamenta in se derivaret, italicam peregrinationem aggressus, præcipuas hujus regionis urbes perlustravit: at dum in Galliam transire meditabatur, Genuæ lethali morbo correptus est: & cùm in summo vitæ discrimine versaretur, voto se adstrinxit Clericorum Regularium institutum amplexurum, si ad pristinam sanitatem restitueretur: hinc ex B. Andreæ Avellini, quem ipse enixè invocaverat, patrocinio adoptatam incolumitatem revocatur. Rejectis itaque cunctis vitæ commodis, ac omnia, quæ & sanguinis splendor, & primogeniti jus eidem facilè spondebant, in eadem Urbe Genuæ Clericorum Regularium habitum suscepit, ac Panormi solemnia emisit vota 3. Februarii 1647. Emensis Philosophiæ, ac Theologiæ spatiis, in quibus prestantissimi ingenii aciem detexit, sacris eloquentię studiis operam dedit: hinc dissertissimus Concionator evasit; ab orationis suavitate, eruditionis ubertate, eloquentiæ vi, ac aliis animi, corporisque dotibus, doctiorum omnium calculo, inter præcipuos ævi sui Concionatores recensitus est, & egregias ubiq. promeruit laudes. E suggestu magno cum plausu semper auditus, in præcipuis Italiæ civitatibus eloquentię lumine effulsit, ac duo & viginti annis, quadragesimale curriculum declamando confecit. Cultissimi ingenii vires lyricis modulis probavit. Eximiam etiam prudentiam detexit, cùm Syracusanam domum rexit Præpositus, ac Siciliæ, & Calabriæ Visitatorem egit. Morum comi-

mitate, ac animi candore venerationem, amoremq. sibi conciliavit. Demum dum, etsi ætate gravatus, indefesso labore ingenii monumenta typis tradenda parabat, decessit Panormi 30. Novembris anno 1699. in ædibus Divi Josephi non sine magno literatorum dolore.

Edidit italicè ex Mongitore

Narciso al fonte, cioè l'Uomo, che si specchia nella propria miseria. Parte prima. Panormi apud Bossium 1664. in 12. & iterum apud Colicchiam 1665. in 4.

Parte seconda. Panormi apud Colicchiam 1665. in 4. & Messanæ apud Paulum Bisagni 1671. in 4. Venetiis prima, & secunda pars apud Jo. Gabrielem Hertz 1702. in 4.

Prodiit etiam hoc opus latinitate donatum:

La Nuvola, Orazione panegirica delle lodi di S. Paolo Apostolo predicante in Messina. Messanæ apud Paulum Bonacotam 1664. in 4.

Panegirici. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1668. in 12.

Panegirici, e Declamazioni. Bononiæ apud Jacobum Montem 1672. in 12.

Vita di S. Leoluca Abbate Protettore della Città di Monteleone. Neapoli apud Antonium Bulifon in 12. sine anno.

I fasti dell'Arcangelo S. Michele Principe della Milizia celeste, cavati dal Testamento vecchio. Venetiis apud Nicolaum Pezzanam 1684. in 4. Hoc opus recusum fuit immutato titulo, nempè: *Lezioni morali sopra la sacra Scrittura.* Venetiis apud eumdem 1694. in 4.

Il Pindo Sacro, opera, in cui si descrivono i miracoli dell'Arcangelo S. Michele Principe della Milizia celeste. Panormi typis Caroli Adami 1691. in fol.

I Trionfi del Tebro superati da quelli dell'Oreto nella solennità dell'anno 1691. consecrata alle Glorie di S. Rosalia Vergine Palermitana. Ibidem apud eumdem 1691. suppresso nomine.

La Granadiglia del Calvario, cioè la Passione di Gesù Cristo. Ibidem apud eumdem 1694. in 4.

Della Resurrezione di Gesù Cristo, e di quel, che fece in terra finchè mandò lo Spirito Santo sotto l'allegoria dell'Amaranto. Opera postuma. Ibidem apud Josephum Gramignanum 1701. in 4.

Compendio della Vita del Glorioso S. Gregorio Taumaturgo, con la divozione, che si deve fare a gloria di così gran Santo. Panormi apud Joannem Adamum 1694. in 12. & iterum apud Josephum Gramignanum 1700. in 24. suppresso nomine.

Il Giglio delle Convalli, cioè la Nascita di Cristo.

Prælo parata reliquit hæc alia, quæ lucem aspicient, nempè:

La Rosa eloquente, cioè la predicazione di Cristo.

Vita di Suor Maria Carafa sorella di Paolo IV. Papa.

Sessanta Panegirici.

Quaresimale.

Il Cerbero di tre capi, overo danni del peccato.

La Filomela, overo del Purgatorio, e suffragio dell'anime.

Sermoni del SS. Sacramento.

SYLLABUS

Triginta clarissimorum virorum, qui partim soluta oratione, partim latinis, etruscisque carminibus HIPPOLYTI FALCONE eloquentiam, eruditionemque exornarunt.

JOSEPH SILOS Clericus Regularis *in Histor. Clericorum Regularium part. 3. lib. 12.* loquens de Theatinis Scriptoribus, sequens eloquium in laudem Hippolyti fol. 580. contexuit. *Hippolytus Falcone, Syracusis e Carrubæ Dominis nobili loco natus. Ubi primùm ab adolescentia enatavit, fructum, qui a peregrinatione, locorumque, ac urbium inspectione existit, decerpere & ipse, in animum induxit suum. Itaque Italiam peragravit. In Galliam verò transire dum cogitat, Genuæ lethali corripi morbo contigit. Votum hinc nostri Ordinis ineundi nuncupatum B. Andreæ Avellino, cujus ope suæ incolumitati restitutus, ac voti reus, ibidem dedit Religioni nomen; ubi tyrocinium quidem posuit, sed professus postea solemni ritu Panormi est die Februarii mensis tertia Christi anno 1647. Naturalem emensus Philosophiam, Bononiæ Sacræ Theologiæ operam dedit. Post curricula studiorum publicæ statim eloquentiæ,*

tiæ, quod eò indoles, ac pleraque instrumenta naturæ evocarent, velificavit: nec sine plausu, ac fructu versatur modò in hac palæstra dicendi: Miscet Apis hæc Sicula utile dulci; acuitque cuspidem suam, imbutam Hyblæo melle, uti pleræque jam Italiæ urbes, in quibus declamavit, testantur. Linguæ verò officium ita exercet, ut typos etiam cogitet. &c.

JOANNES EVANGELISTA A PANORMO in libro: *Anagrammata sacra fol.* 153. Hippolyti meminit, eumque vocat *Verbi Dei præconem eximium*, in cujus etiam laudem pulchrum Epigramma cecinit, ut videre est in ipsius *Hippolyti* libro, cui titulus: *Narcisso al fonte.*

JOANNES PAULUS AB EPIPHANIA in libro: *Stravaganze della natura fol.* 169. Hippolytum appellat *Virum eruditissimum.*

MARCELLUS CAVALERIUS *in Peregrino ad Garganum Dialog.pag.*380. eumdem *Hippolytum* commendat, ex eo quod S. Michaelis Fastos descripserit.

PLACIDUS REYNA *in Notitiis Historicis urbis Messanæ par.* 2. *f.* 91. laudans *Hippolyti* doctrinam, & eloquentiam, ait: *Ippolito Falcone Chierico Regolare consegnò anch'esso al torchio la Nuvola, Panegirico per S. Paolo predicante in Messina, e la recitò nel Duomo in presenza dell'Illustrissimo Senato, dove facendo pompa della sua dottrina, ed eloquenza, sotto la metafora d'una Nuvola ragionò di Paolo,* &c.

PETRUS PATERNO' Cl. Reg. in suis ingenii monumentis, multa paucis complexus, de eodem *Hippolyto* ait: *Hippolytus Falcone Syracusanus, florentissimam fœcunda concepit mente Minervam, facundo peperit eloquio, faustoque provexit calamo.*

RAPHAEL SAVONAROLA C.R. sub anagrammatico nomine Alphonsi la Sor a Varea, in libro: *Universus Terrarum Orbis tom.* 2. *fol.* 18. *colum.* 6. *& alibi*, honorificam Hippolyti mentionem facit.

Auctores verò, qui latinis, etruscisque carminibus *Hippolyti* eloquentiam, eruditionem, ipsiusque præsertim panegyres magnoperè concelebrant, sunt hi, videlicet: Bartholomæus Lucatellus, Cajetanus de Castillo, Carolus de Manso, Dominicus Bonannus Princeps Linguægrossæ, Ferdinandus Castelletti, Ferdinandus Pradus, Franciscus Biscia, Franciscus Pratus, Jacobus Lubrani, sub nomine Pauli Brinacei, in libro: *Scintille poetiche pag.* 252. Ignatius Cajetanus, Joannes Spatafora, Joannes Baptista de Judice *in Carmine part.* 1. *pag.* 93. Joannes Cajetanus, Joseph Comes Danieli, Lucius Crescimannus, Marius Buglio Marchio Bifaræ, Matthæus Baro Scammacca, Michael Angelus Filingerius, Michael Jacobus Sortini, Nicolaus Alberti, Nicolaus Morsus Baro Favarellæ, Nicolaus Termine, Petrus Paternò, Pyrrhus Schittinus *in Poesi pag.* 90. & Stephanus Montapertus Baro Salinarum, aliique.

CARMINA LATINA

In laudem HIPPOLYTI FALCONE

Ambrosii Ambrosini Clerici Regul. pro Fastis S. Michaelis.

O D E

Tricolos Tretrastophos.

Titonis croceis alba cubilibus,
Haud unquam roseis septaq. floribus
Flavi nuncia Phœbi
Surgit tam gracili comâ.
Majus tam rutilis neu nitet axibus
Lumen, cum media lampade torridum
Ignem spargere gaudet,
Totam & se gravidat diem.
FALCONE, *ut Michael orbe ab Olympico*
Fulget, cum numeris ludere musicis
Te audit pervigil, ulla
Detentus superis morâ.
Adstat; sed geminis Aliger auribus
Audit queis resonat Tibia laudibus;
Nec te credere Cycnum;
Altum, sed Genium placet.
Cantas æthereis Lucifer ædibus
Pulsus flammivora pectore purpura
Secto, luridus atri
Cum visit Barathri specum.
Cantas cum miseris nigra parentibus
Venit mors, lubrica & fraude nepotibus;
Postes clausit, & altos
Ensis cælituum Ducis;
Nec fiat. Dum Michael vindice fulmine
Ultor fuit scelerum crimina territans

Orbi mystica pandit,
Gestatque altisoni *vices.*
Quidquid legifero codice promitur,
Quidquid sub tenebris claret olympicis,
Lancem qui tenet æquam,
Insignis Michael gerit.
FALCONE *ad superos scandere carmine*
Dū scis, non volucer; tu Angelus Angeli
Celso diceris æstro,
Ac tam dulcisona Cheli.

Ignatii Cajetani, Hippolyti consobrini,

EPIGRAMMA,

In quo alluditur ad ejus nomen.

DAt tibi sylvarum castus prædator honorem
Nominis HIPPOLYTUS, *nomen & exuperas:*
Gestiit, ut volucrum prædo tibi fingere nomen,
FALCONI *nomen nunc terit invidiam;*
Quippe animos rapis eloquio, trahis aureus orbem,
Pendet ab ingenio præda beata tuo.

Placidi junioris Vanni Clerici Regularis

DISTICHON.

CHristigenum corda hic rapuit FALCONIS *ad instar,*
Sive orans rostris, sive poeta canens.

CARMEN ETRUSCUM,

SIVE ODE,

Quam in ejusdem Hippolyti laudem Cajetanus de Alexandris Clericus Regularis pro Fastis S. Michaelis cecinit.

CHi nel sen di Boote
Spinse, ma invan, le temerarie piume,
Superbe fantasie di spirto altiero,
Dalle stellate rote
Cadde, a seguar con ecclissato lume
De' precipizj orrendi alto sentiero.
Il sospirato impero
Divise sì con il Motor superno;
Ma a questi toccò il ciel, e a lui l'inferno.
Allora in tu le stelle
Entro quel mar, ne' cui cristalli eterni
Specchian le glorie lor l'alme beate,
Si svegliar le procelle,
Si destar le tempeste, e a gl'ozj interni
Si turbaro nel sen le calme amate.
Ma poi l'ire sprezzate
Di tumido desir, d'ebro furore,
Chi Lucifero nacque, Espero more.
Non più dal crin disciolto
Versa in fila dorate Augel rubelle
Nembo di luce, a seminar splendori:
Non più scendon sul volto
A fregiar due pupille auree fiammelle,
Tede infelici a ripudiati amori.
In divise d'orrori
Di sotto al vel di serpentine spoglie
Del primiero sembiante i pregj accoglie.
Vibra dal ciglio orrendo,
Gravido di velen, di tosco indegno,
Al saettar de' sguardi, arme omicide.
Col sibilar tremendo,
Orribil tuon d'inviperito sdegno,
Sveglia il furor a temerarie isfide.
Ma un generoso Alcide
Prova in Michel, ch'oppone al serpe audace
Nel'ira, nel poter, e ferro, e face.
Spiega l'aureo stendardo
Della Divinità l'Eroe del cielo
Contro l'ardir del ribellato orgoglio,
Che al lampeggiar del guardo,
Al tuon di voce, al fulminar del telo
Cade a la fin da l'ingemmato soglio;
E qual mobile scoglio
Ne' precipizj suoi rapido piomba
Ne' cupi abissi a misurar la tromba.
Tacquer su plettri d'oro
Sospese allor le melodie primiere,
Nè più lingua animò note fugaci.
Tacque il celeste Coro,
Tacquero ancor l'immobilite sfere,
Nè più s'udiro in ciel gl'orbi loquaci.
FALCON *tu sol non taci:*
E mentre di Michel l'opre descrivi,
Con le sue glorie anco il tuo nome avvivi.
Sù ne l'Empirea sede
Armò questi la man d'arco guerriero,
E saettar quell'empio, ebbe la sorte.
Tu di tal gloria erede,
Sai d'invidia atterrar il mostro altero
Vincer il tempo, e soggiogar la morte.
Ne le tartaree porte
Chiuse questi l'orgoglio, e tu nel rio
Di stigio amor fai tramontar l'obblio.
Io già ti vidi un giorno

Col

Col tuo narcifo al mormorio del fonte
Lufingare del dì gl'ozj eruditi.
Ti fcherzavano intorno
Zefiri lufinghier, l'aura del monte
A fufurrar de le tue glorie uniti :
E su gli erbofi liti
Scorreva il fiume, a tributar intento
Al tuo mar d'eloquenza onde d'argento.
Ora tenendo a vile
Di tua penna immortal l'eccelfo volo
Di più fegnar queft'infeconde arene,
Con elevato ftile
Voli, i bei lampi a mendicar dal polo,
Tutto intento a vergar celefti fcene.
Ed imiti il bene
Il ciel ne l'opre tue ftupende, e belle,
Che quanto fcrivi, o fono lumi, o ftelle.
Or tu degl'anni noftri
Luce, e fplendor, che con Dedalee piume
Corri a trovar più gloriofe mete.
Con eruditi inchioftri,
Compartendo al tuo nome eterno lume,
Impari a rintuzzar l'onde di Lete.
La fama in voci liete,
Dando a le trombe d'or aura feftiva,
Canta de le tue glorie eterno il viva.

I

JACOBI GRAVINÆ
Clerici Regularis
ELOGIUM XXX.



JACOBUS GRAVINA Panormitanus, e Principibus Paliconiæ, Jofephi Gravinæ Comitis, & Lauriæ Joppolo e Ducibus Sinagræ, filius, adfcitus in Clericorum Regularium familiam die vigefima Septembris anno ab orbe redempto 1709. Panormi in ædibus Divi Jofephi folemni ritu Deo fe dicavit 25. Januarii 1712. Expleto laudabiliter, ac fumma cum ingenii perfpicacitate Philofophiæ, & Theologiæ curriculo, amplificandæ ortodoxæ fidei ftudio fuccenfus, vellicari animum fuum ad animarum lucra captanda apud infideles vehementer fenfit, concepitque mox vota, expeditionemque ad Indos; fed non poft multò interpofitis confanguineorum precibus, fupplicationibufq. apud facram Congregationem de Propaganda Fide, impedita ei velificatio eft; oportuitque aliò divertere flagrantiffimi fpiritûs incitamenta. Hinc Venetias amandatus, inibi prædicationis munus per annum obivit. Expoftulatus inde a Jofepho Migliaccio Meffanenfium Archipræfule, Meffanam fe contulit, ubi in Mamertino Lyceo per octo & amplius annos Philofophiam, Theologiam, ac facros Canones magna cum laude, plaufuque docuit: primufq. fuit ex Seminarii Lectoribus, qui palam fuftinuerit fententiam fubtiliffimi P. D. Alberti Fardellæ Clerici Regul. *de Cruciatibus Dæmonum*, quam ille olim Parifiis adverfus Doctores Sorbonæ, defendente P. D. Hieronymo de Vigintimilliis tunc facræ Theologiæ Candidato, fed poftea Epifcopo Liparitano, propugnaverat. Advocatus Catanam pro fundatione novi Cœnobii Clericorum Regularium, inibi manum operi egregiè admovit, fuitque unus de tribus conditoribus. Severioribus ftudiis amœniores interdum literas copulavit, Mufafq. coluit, ac cecinit non fine lepore, & audientium voluptate. Eloquentiâ pariter inclaruit, declamavitque nonnunquam e fuggeftu, qua Orator difertus. Ob eximiam doctrinam vitæ probitati adjunctam nuper inter SS. Inquifitionis Cenfores cooptatus eft. Ad præfens dum hæc fcribimus facram Theologiam Panormi apud fuos explanat: cujus ingenii præftantia majora pollicetur virtutum incrementa, fibique longè majores ominatur honorum gradus, fi nimirùm vires ipfi Deus, & annos concefferit diuturniores.

Edidit latino idiomate

Synopfim Theologiæ veterum Patrum ad mentem Venerabilis Jofeph Cardinalis Thomafii e Presbyteris Theatinis Panormitani, quæ Tractatus Scholafticos faniores,

res, fidei Dogmata, sacramque Historiam criticam complectitur, &c. Panormi typis Angeli Felicellæ 1732. in fol.

JACOBUM GRAVINAM laudat in sua latina Oratione *de Optima Philosophandi Ratione* Joannes Baptista Nævius Cl. Reg. fol. 19. in margine, ubi loquens *de Indiculo Institutionum Theologicarum* Josephi Cardinalis Thomasii, inquit: *Iterum Panormi appositus est libro, cui titulus: Synopsis Theologiæ veterum Patrum, quem librum recens absolvit, ac publici juris fecit eximius Theologus Jacobus Gravina C. R. anno 1732. &c.* Item Antoninus Mongitore *in Additione ad Bibliothecam Siculam*, verbo *Jacobus Gravina*; nuper verò in libro, cui titulus: *Discorso Apologetico di Filalete Oreteo pag.* 29. & 74. Deniq. Laurentius Migliaccius *in approbatione* laudatæ *Synopsis*, ubi ipsius ingenii acumen, eruditionem, ac miram docendi methodum extollit.

CARMEN LATINUM
In JACOBI laudem.

Vir sapiens veterum sapientûm dicta revolvit
Laudibus, & priscos tollit ad astra Patres.
Et nova dũ satagit scriptis ornare vetustis
Ipse suum duplici nomine firmat opus.
Tu quoque si merito fulges sapientis honore
Te geminis celebrat fama canora tubis.
Quæ tibi promerenti veterum sacra dogmata plaudit,
Et nova parta tuo lumine ad astra vehit.
Sic Jacobe tibi cunctũ famulabitur ævum,
Qui facis ut vivant sæcula prisca novis.

CARMEN ETRUSCUM
Quod in ejusdem viri commendationem Hieronymus Savasta Academicus Ergorum eleganter cecinit.

Musa, o innalza lo stile,
O scingi il lauro onde t'adorni, e fregi,
Che di Giacomo mio a dirne i pregi
Non val tuo canto umíle.
Estro, che basti a celebrar gli Eroi,
Chiedi ad Apollo, e poi
Dirai sue lodi in colte rime, e nuove;
Ma già di quel, ch'ora in te spira, e muove
Sacro furore il luminoso Dio,
Sento colmarmi anch'io:
Già udì miei voti il chiaro Nume, e santo,
Prendi, o Musa coraggio: al canto, al cãto.
Canta, ch'ei di TIENE
Fra la sacra famiglia al par del Sole
Splende in virtù, splẽde in sapere, e vuole,
Ch'altri la lingua affrene
A dir sue lodi: e come in rostro ei siede
Maestro a darci fede
De' portenti del cielo, e di natura;
Canta come di Dio parlare ha cura;
Come di nostra fè spiega i sovrani
Più reconditi arcani:
Canta sì, canta questo, e sappi poi,
Che assai più resta de' gran pregi suoi.
Canta, o Musa, che al mondo
Di sua gran mente alto volume espose,
In cui le sacre, e le divine cose
Spiega con stil facondo;
Volume, in cui l'invidia appena torse
I lumi, che si morse
Per insano furor l'enfiate labbia,
Che non trovò dove sfogar la rabbia.
Indi, qual util noi, qual gloria ha Iddio,
Qual danno ha il serpe rio,
E quale onor egli ha da sì bell'opra;
Non può dirlo la Musa, il ciel lo scopra.
Ma se cantar vorrai
Delle bell'arti del vivace ingegno,
Qual canto, o Musa, sarà a lui cõdegno?
Dimmi, che mai dirai,
S'ei più di te del rio castalio bebbe,
S'egli fra lauri crebbe?
Musa, ah! già tu vacilli, e qual nocchiero,
Che mentre ride il mar va lieto, e altero,
E qualor muggbia fassi in viso smorto,
Benchè vicino al porto,
Tu così ardita fusti, or sì confusa
In questo mar di tante lodi, o Musa.
Or tu saggia, che sei
Lascia il vano rossor, ch'è a lui concesso,
E alla sua Musa sol lodar sestesso:
Questo è il voler de' Dei,
Nè t'inoltrare a dir della grand'alma,
Che d'ogni vizio ha palma
Le interne doti, e di virtù le vere
Norme, ch'entro al grã core, ci cõ severe
Leggi d'alta umiltade a noi ricopre;
Che per lui parlan l'opre,
In tuo luogo la fama, il mondo, il cielo,
E parlan troppo, e la pietade, e il zelo.

Par-

Parlin dunque costoro,
E tu il plettro abbãdona, e lascia il cãto;
E se mai conseguir brami alcun vanto,
Ti basti il sacro alloro;
Poichè, se grande impresa (ancorchè invano)
Tenta un ardita mano,
Gloria ugual di chi vince acquista allora.
Va torna in Pindo, e de la tua dimora
Se chiede Apollo; allor dirai: Signore,
Il tuo divin furore
Non mi soccorse, e non mi diè consiglio
Per celebrar di Gaetano un Figlio.

JOANNIS LA ROSA

Clerici Regularis, Juris utriusque Doctoris eximii

ELOGIVM XXXI.



IOANNES LA ROSA nobilis Panormitanus, lucis usuram accepit anno Domini 1623. cujus genitores fuerunt Hieronymus la Rosa, & Catharina Spatafora ambo nedum generis nobilitate, verùm etiam christiana pietate, & virtutibus conspicui. A teneris annis literarum studia amplexus, & emenso Philosophiæ curriculo, se totum Jurisprudentiæ tradidit. Doctoris laureâ insignitus, ac doctrinâ egregiè instructus primò causarum patrocinium non sine integritatis laude feliciter egit. Dein arctioris vitæ desiderio flagrans, completo jam vigesimo septimo ætatis suæ anno, Theatinæ Religioni nomen dedit in Domo Divi Josephi, die vigesima nona Augusti 1650. Emissa ibidem regulari professione in sequenti anno, scilicet 1651. die verò 28. Decembris, præstantissimi ingenii dotes gravioribus Theologiæ disciplinis, necnon sacris Canonibus admovit, in quibus facultatibus tales progressus habuit, ut ad alios mox erudiendos delectus sit unus præ multis. Amœnioribus etiam literis, ac Mathematicis præceptionibus animum expolivit, Musasque interdum cecinit. Hinc omnigenæ eruditionis copiâ refertus, mirum in modum locuples refulsit. Admirabili prudentia, & sapientia in discernendis spiritibus, dirigendisque ad viam salutis animabus præditus, magnum virorum, fœminarumque concursum cujuscumque ordinis, & conditionis, sed potissimùm nobilium Matronarum, ad se evocavit. Tanta etiam valuit apud eruditos æstimatione, ut illum in difficillimis jurium, & moralis Theologiæ quæstionibus passim convenirent Jurisconsulti, & viri proceres, a quo veluti a doctrinæ oraculo consilium, votumque exquirebant. Hujus porrò eximii viri sapientiæ haud ignara Venerabilis Dei famula Soror Maria Crucifixa a Conceptione sanctimonialis Monasterii Palmensis, duas ad Joannem scripsit epistolas, ut videre est in illius Epistolario Venetiis & Agrigenti edito 1711. 1704. in quibus se, suasque Consorores ejus orationi commendat. Virtutes pariter coluit egregias, fovitque toto vitæ tempore, præsertim humilitatem, paupertatem, mansuetudinem, & abstinentiam. Regulari disciplinæ addictus singulis noctibus, diurnisque horis aderat in odeo. In rerum cælestium commentatione multus erat, affixumque cælo animum vultus ipse ad omnem pietatem compositus luculenter commonstrabat. Insignem erga Deum, Deiparamque Virginem religionem præseferebat, eàque charitatis flamma succensus erat, ut quoties de Deo, divinisque ejus mysteriis loqueretur, toties in extasim rapi videretur. In laboribus patienter perferendis infractus, virtutibusque ferè omnibus ornatus, sanctè, uti vixit, vitam finivit Panormi 19. Februarii 1674. ætatis suæ 51. Ad inclyti viri cadaver magna confluit hominum caterva, qui discissis ejus vestibus, asservare illas penes se veluti inæstimabiles margaritas voluêre.

Emeritis laudibus Joannem exornant Antoninus Mongitore *in Historia Eccles. Vrbis Panormi cap. Eccl. S. Joseph.* Joannes Bonifacius Bagatta Clericus Reg. *in Vita Caroli de Thomasiis lib.* 1. *cap.* 17. *pag.* 110. & Franciscus Maria Maggius Cler. Reg. *de Ritibus incolendæ solitudinis lib.* 3. *disq.* 3. *fol.* 719. Item libro *Votum, & Juramentum Clericorum Regularium pag.* 12. *& alibi.*

Præ-

Prælo paravit

Consultationes varias Canonico-morales, quæ MSS. asservantur in Archivio Domûs S. Iosephi.

CARMINA LATINA
In Joannis laudem.

I.

Juncta tibi hærent Cæsarea, & sacra jura Joannes,
Ac veluti firmo fœdere nexa simul.
Nil planè Augustus sanxit, nil summus & ipse
Præsul, quod non mens calleat una tua.
Quippe Theoresis fuerat tibi debita legum,
Cum teneas praxim moribus ipse tuis:
Delphicus atque ideo est forsan tibi carus Apollo,
Namque oracula dat doctus uterq. sua.

II.

Haud equidem celare valet natura Joannem,
Quod plerumq. aliis occulit illa Sophis;
Talis enim ingenii est acies, quâ arcana profundè
Rimatur scrutans orbe in utroq. Rosa;
De illo ut jure queat potiori denique dici
Quod de Lynceo lumine vulgus ait:
Hic abstrusa introspicit, atraque, lustrat abyssum,
In cœlo, in terris, cuncta utrobiq. videns;
Qui, nisi nosceretur adhuc solû esse viator,
Utpotè mortalis, forte putandus erat.

CARMEN ETRUSCUM
In ejusdem viri laudem

Ex Hieronymo Filingerio e Comitibus S. Marci, Imperialis Collegii Nobilium Convictore.

Vengo Signore a dimandar vendetta,
Mesta Trinacria al Nume un dì dicea,
Che regge il tutto (e seco erane Astrea)
Da te, da cui giustizia il mondo aspetta.
Morte, quell'empia di crudel saetta
Ferìo Giovanni, *per cui pur dovea*
Risparmiare al gran colpo, e pur la rea
Ardìo involarmi la bell'alma eletta.
Sorrise Giove, e disse: il reo son io,
Che non sarebbe dal mortal suo velo
Sciolto Giovanni *senza il cenno mio:*
E tu Trinacria, che d'amore, e zelo
Accesa parli, mira, e sì scoprìo
Ad essa Giove, quant'è bello in cielo.

JOANNIS SACCARELLI
Ex Clericis Regularibus

ELOGIUM XXXII.

Ex Josepho Silos in Histor. Cler. Regul. par. 3. lib. 12. fol. 584.



JOANNES SACCARELLUS Savonensis, Panormi admissus inter laici Ordinis fratres, solemnia concepit vota in D. Josephi Domo die Decembris mensis quinta & vigesima anno 1624. In viro hoc, infimæ licèt sortis, etsi ingenii cultum spectes, literarum omnino rudi habuêre, quod discerent, ac mirarentur homines eruditi, & qui in rerum divinarum usu versantur: usque adeò verum est, a voluntate interdum, quam divinus amor inflammat, illustrari mirificè intellectum, ac pietati morum respondere suam divinitùs eruditionem. Planè quod ad vitæ rationes attinet, fuit Saccarellus disciplinæ servantissimus: labores, & quid erat vilioris domi operis non modò non detrectare, sed ultrò arripere, ac summa alacritate persequi. In suo munere studiosissimus. Ianitoris officio dum fungeretur, excipere ea quidem fronte advenientes, ut nihil humaniùs, ac religiosiùs: respondere perquàm demissè: ire, redire alacri semper vultu: cùm vacaret, ad Marianam Imaginem procumbere, orare; aut monitis agere cum iis, qui Patres expectabant: ferebatque plena pietatis verba, nunquam sine animorum fructu. In corpore atterendo multus erat; abstinentia potissimùm mulctabat, ac breviore somno, quem non in culcitra de more carperet, sed in cruce, quæ illi pro lecto erat, decussato, nudoque asseri indormiens: nihilque viro dulciùs, quàm in cruciformi cubili quies, ac veluti accubare Christo dormienti. Charitas deinde in fratres plane actuosior: adesse omni officiorum genere, præsertim decumbentibus; nullis laboribus, ac vigiliis parcere. Quo tempore grassari Panormi luem contigit, arripuit hanc sibi spar-

ſpartam vir egregius, adiuitque generoſiore charitatis ſtudio iis, quos ex noſtratibus peſtilentia percuſſerat. Eximia præterea illi in Divos pietas: ut ſemper aliquid illorum præſidio conciliando recitaret. In Beatiſſimam præſertim Dei Matrem inſigni quodam ardore animi ferebatur. Tutelarem Angelum ceu vitæ ducem, comitem, monitorem colebat precibus. Pleraque ſibi a Cuſtode Angelo collata terra, marique beneficia affirmat ipſemet in eo libello, quem lucubraſſe modò referam. Tria præſertim narrat. Semel Genuam velificabat, cùm ecce tibi a dira ventorum rabie impreſſio. Duo, quæ ſimul adnavigabant navigia, ita ab ea tempeſtate huc illuc jactatá, ut tandem in ſcopulos impegeriut. Implorare interim *Joannes* Divæ Virginis, ac Tutelaris Angeli opem, cùm inops prorſus conſilii Navarchus, ac deſperabundus orantem interpellat: Perimus; cedò, quorſum proram dirigimus? Qui quidem intimè afflatus, ac dictante, ut putavit, Angelo: Siniſtrorſum, inquit, curſum intende: erimus procul dubio incolumes: ſed tu crede Servatori Chriſto, & arripe in Cuſtodem Angelum fiduciam. Batavus nempe is erat, & Calvino imbutus. Nec multis: ubi ſiniſtram tenuit, eripuit ſe periculo navis, & quod ſanè majus revocatus ad frugem Rector, nomen Catholicæ religioni dare pollicitus eſt. Iterum cùm iter per Galliam Ciſalpinam faceret, equus, quo vehebatur, prægrande in ſaxum impegit, ſtatimque in foſſam, quæ propè aberat, prolapſus eſt, ſaxo inſequente. Qui nihil non ſibi metuere a præcipiti equo, ac ſaxo, videri poterat Joannes citra omnem corporis labem, eidem ſe inſidêre ſaxo, miratus eſt, Angeli utique ope, cui ſe commendaverat. Tertiò, Syracuſas petebat provecta jam nocte. Ad portam verò Urbis cùm perveniſſet, quòd putaret patere aditum, nec adverteret per eas tenebras ſublatum pontem, urgere ſtrenuè reſtitantem equum cœpit, ut gradum promoveret: hærere ille pertinaciùs, ſtimulis fruſtra incitantibus: quoad aguoverit Joannes, in ipſo jam foſſæ margine ſe eſſe, ac nihil propriùs fuiſſe, quàm ut præceps una cum equo rueret. Id quod Angelo ſuo tribuit, qui adductis occultè habenis, equum detinuerat. Eſſent & alia piiſſimi fratris ornamenta virtutum recenſenda; ſed abundè fuerit orandi ſtudium poſtremò delibaſſe. Quamquam in domeſticis verſari curis, ac externa procurare oporteret; ſuffurari ſeſe nihilominus ſolutus erat, ut Deo, & contemplationi vacaret. Ire per Chriſti Domini vitam ab incunabulis ad ultimum uſque ſpiritum: tùm Deiparæ Virginis privilegia, aliaq. divinarum rerum myſteria mente aſſiduò percurrere; hæ viri deliciæ, ac laborum ſpiramenta, hæc otia. Illuſtrationes, afflatus, documenta, quibus dignari cœlitùs inter commentandum adverteret, in codicillo adnotabat, ut memoriæ conſuleret, ac per ea iterum veſtigia reguſtare divina poſſet, ac vitæ mores ad perfectionis amuſſim exigere. Hinc commentariolum perutile ſanè compoſuit, qui quòd neq. a ſtylo rudis, ac ſupra fratris laici dicendi infantiam videbatur, facilè ſibi perſuaſêre, quibus contingit legere, quàdam illum cæleſti facundiâ reſperſum, ac dignum, qui pietati exaugendæ typis conſignaretur. Et verò quædam in eo ſunt non prudentibus, non ſapientibus, ſed parvulis revelari ſolita; quibus Id datum interdum ſcire, ad quæ doctiſſimi quiq. viri mentis acie minimè pertingunt.

Libellum hunc porrò non ita multò antequam excederet, e vivis ſuppreſſo auctoris nomine luci dedit, cui titulus:

Devota Exercitia, cuidam Dei ſervo inter orandum impertita; impreſſa opera Joannis Saccarelli. Panormi apud Nicolaum Buam 1657. in 8.

SYLLABUS

Auctorum, qui honorificè de pietate, & virtutibus JOANNIS SACCARELLI Laici Ordinis Fratris locuti ſunt.

AUGUSTINUS OLDOINUS Societatis Jeſu *in Athenæo Liguſtico pag.* 290. loquens de ſcriptoribus Liguris, hæc de Joanne inquit: *Joannes Saccarellus Savonenſis inter Laicos Clericorum Regularium Panormi admiſſus anno* Y *vol-*

volventis sæculi 24. *literarum omnium rudis, in rerum divinarum usu versatissimus, divino amore inflammatus contemplationi vacans, illustrationes, afflatus, documenta, quibus dignari cælitus inter commentandum adverterat, in codicillo adnotabat, ut memoriæ consuleret, ac per ea iterum vestigia regustare divina, vitæque mores ad perfectionis amussim exigere ad libitum posset; hinc commentariolum perutile sanè composuit, quod italica lingua Panormi anno septimo supra quinquagesimum ejusdem sæculi non multò antequam e vita excederet, suppresso nomine luci dedit sub titulo*: Devota Exercitia servo Dei inter orandum imperrita.

FRANCISCUS M. MAGGIUS Clericus Regularis *in Galateo Religioso disquisit.* 101. *pag.* 408. loquens de eodem Saccarello, hæc habet: *Sed quibus te verbis*, Joanne Saccarella, *hic te commendare, & efferre possem virtutes tuas? Multos annos in hac S. Josephi domo Janitorem egisti: eaq. cum modestia continuò versabaris, vultuque semper hilari, ac pio, pressa voce semper, & placida respondebas, ut te omnes tamquam omnium virtutum exemplar admirarentur. Nimirum aderat tibi Deus, qui non modò regebat corporis, & animi motus, sed & quandoque etiam lumen impertiebat, ut corda hominum penetrares. Orabas assiduè, filebasque, & ante Virginis Deiparæ effigiem, quæ ad januam hæret, flexis genibus assistere solitus, tam benignè pulsantibus occurrebas, ea mellita verba pronunciabas, ea opportunè salutis monita suggerebas hominibus, ut quotquot os tuum audiebant, & vultus tui serenitatem intuebantur, te supra hominum veluti Angelum æstimarent. Dignusque fuisti, qui & librum ederes, qui a multis hodie manu teritur, & a Josepho Silos inter nostri Ordinis Scriptores, magna cum laude recenfereris.* Et *disquisit.* 95. *pag.* 396. loquens de piis colloquiis, subdit: *In hoc autem familiari colloquio cum nostris, & sæcularibus, noster Joannes Saccarella laici Ordinis Frater Panormi diu Janitor, admirabilis fuit.* &c.

INNOCENTIUS RAPHAEL SAVONAROLA Clericus Regularis *in Iconibus Virorum illustrium Theatini Ordinis* Joannis effigiem adnexuit adjecta hac inscriptione:

JOANNES SACCARELLUS
Clericis Regul. Laicali nomine adscriptus
Speciali Tutelaris Angeli benevolentia,
Ac supernarum rerum affluente dulcedine
Ultra mortalium fines,
Tali austerioris vitæ ratione;
Ut nonnisi nuda in cruce
Rapi se pateretur a somno.

CARMEN LATINUM

In JOANNIS *laudem*,

In quo idem de seipso loquens, inducitur.

Jugis amor Crucis, & Christi meditatio mortis,
Hæc fuerant studium, deliciæque meæ.
Quippe flagrans nimium patiendi ardore superno
In cruce sternebam mēbra subinde mea.
Esurie, flagris mulcabam corpus & artus,
In pœnis quærens velle placere Deo.
Tandem exoptans cunctorū prodesse saluti;
Quæ didici a Domino cusa relinquo typis.

CARMEN ETRUSCUM

Quod in ejusdem laudem Franciscus Pilus e Marchionibus Turrettæ Bonigustiûs Academicus devotionis ergo cecinir.

Qualor GIOVANNI *meditar solía*
Su dura croce il Redentor confitto,
Signor diceva, de l'acerba, e ria
Tua morte, fu cagion il mio delitto.
Quindi il tenero cuor volto a Maria
Dolente, e smorta a piè del figlio afflitto
Assorto in contemplar l'aspra agonia,
Esser bramava dal dolor trafitto.
In sì dolce martirio immerso in Dio
Vinto già dall'amore intenso, e forte
Negl'anni più cadenti egli morío.
O bel morire! o fortunata sorte!
In questo sì amoroso, alto desío,
Che tor poteo le sue ragioni a morte.



JOAN-

JOANNIS BAPTISTÆ ARATÆ

Clerici Regularis, Episcopi Liparensis electi, & Concionatoris celeberrimi

ELOGIUM XXXIII.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Bibliothecæ Siculæ fol. 323.



JOANNES BAPTISTA ARATA Panormitanus Cleric. Regul. ex Rapallo in ora orientali Ligustici maris oriundus, lucis usuram accepit Panormi vigesimosecundo Februarii 1621. Parentibus Joanne Augustino Arata, & Virginia Segni: Augustini Aratæ, de quo supra, Francisci Liparensis Episcopi, & Joannis Vincentii Canonici Basilicæ Vaticanæ germanus frater. Clericorum Regularium institutum amplexus est 24. Julii anno 1636. & solemni votorum professione se obstrinxit Panormi in Divi Josephi Templo vigesimoquinto Novembris 1637. Studiis addictus ob ingenii præstantiam Theologus evasit egregius, ac verbi Dei Concionator eximius. Hinc evangelicâ eloquentiâ, & animorum zelo primarias Italiæ Urbes illustravit: Neapoli enim, Bononiæ, Mediolani, Perusiæ, Romæ, & alibi non sine laude conciones habuit. Romæ Sacræ Congregationis Indicis librorum prohibitorum, & Sacrorum Rituum Consultor, diù non sine laude enituit. Ad multa etiam Ordinis munia admotus est; fuit etiam Generalis Ordinis sui Consultor, & Procurator generalis, ac domum Romanam Sancti Andreæ de Valle Præpositus rexit: quibus in muneribus singularis prudentiæ, ac doctrinæ lumina patefecit. Anno 1690. cùm fato cessisset Franciscus Arata Episcopus Liparitanus ejus frater, ejusdem Ecclesiæ infulam, ipsi spontè oblatam ab Alexandro VIII. Pontifice Maximo, constanter recusavit: ab onoribus enim alienus vixit. Tandem per anni curriculum ejus virtus ægritudinum molestiis probata; præsertim stomachi doloribus cruciatus, totus in Dei voluntate conformis, obiit Romæ die 5. Septembris anno 1696. in Domo S. Sylvestri anno ætatis suæ 75. magnumq. sui desiderium omnibus reliquit.

Edidit italicè ex Mongitore

Orazioni sacre. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1659. in 4.

La Bocca della Verità all'orecchie, ed a' cuori de' Principi. Discorsi Cristiani-Politici. Romę apud eumdem 1669. in 4.

SYLLABUS

Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Principum, aliorumque, apud quos JO. BAPTISTA ARATA magno fuit in pretio, & æstimatione.

CLEMENS IX. Pontifex Maximus, (cujus glorioso nomini *Arata* librum *de Clementia ad Principes* consecravit,) postquam Joannis eruditionem, doctrinæq. præstantiam cognovisset, illum magnis benevolentiæ signis complexus, sæpe ad osculum pedum admittere nequaquam renuit. Cujus quoq. intuitu germanum fratrem Joannem Vincentium Aratam inter Prælatos domesticos, & Aulicos suos adscivit, ac postmodum Canonicatu Basilicæ Vaticanæ insignivit: Franciscum verò alterum fratrem natu majorem Liparitanæ Ecclesiæ præfecit.

ALEXANDER VIII. Romanus Pontifex ea in existimatione habuit *Aratam*, ob inculpatos ipsius mores, vitæ integritatem, insignemque doctrinam, quâ prædictus refulserat, ut mortuo jam Francisco Liparensi Episcopo, *Joannis Baptistæ* germano fratre, subrogare illum in defuncti locum in animum induxerat suum, eidemq. significaverat; quod ægrè ferens *Arata*, indignumque se reputans tanto honore, & dignitate, paratam sibi infulam recusavit.

JACOBUS ROSPIGLIOSUS S.R.E. Cardinalis, nepos Clementis IX. hæreditario quodam veluti amore, & benevolentia erga *Aratam* ferebatur, cujus præsentia, & consuetudine frui in deliciis habuit. Hinc adire illum in cellam suam non modò in minori ætate, verùm etiam inter Purpuratos recensitus solebat.

ULDERICUS CARPINEUS S.R.E. Cardinalis, Episcopus Albanensis, in-

credibili studio *Aratam* prosequebatur, captusque melliflua ejus dicendi eloquentia, repetitis encomiis, acumen ingenii, styli felicitatem, perspicacitatem in explicando, in concionando ubertatem, in omnibus præinsignem ejus pietatem dilaudare non cessabat.

JOANNES BAPTISTA SPADA S.R.E. Cardinalis, *Aratæ* (cujus studiosissimus extitit) conciones, precipuè verò sermones quadragesimales, ea assiduitate, & voluptate audiebat; ut licèt tanta negotiorum mole oppressus quanta Cardinalatûs est, nunquam tamen ab illorum auscultatione voluntariè se subtrahebat.

ALDERANUS CYBUS S. R. E. Cardinalis, eo apud se loco habuit *Aratam*, ob ipsius commendatissimos mores, & raram sanè eruditionem; ut pluries literaria cum eo colloquia instituerit; quem etiam invisere frequenter ad amoris sui, æstimationisque tesseram solebat.

SYLLABUS

Auctorum, qui emeritis laudibus JOANNIS BAPTISTÆ ARATÆ merita prosequuti sunt.

AUGUSTINUS OLDOINUS Societatis Jesu Sacerdos, *in Athenæo Ligustico* recensens singulos Ligures, qui rempublicam literariam operibus suis illustrarunt, hocce Elogium *pag.* 310. in laudem Aratæ texuit: *Joannes Baptista Arata natione Ligur, patria Panormitanus, Joannis Augustini filius, Augustini de quo superius, ac Francisci Episcopi Liparitani, necnon Joannis Vincentii Canonici Basilicæ Vaticanæ germanus frater, admissus ad Ordinem Clericorum Regularium Panormi, vota ibidem pronunciavit in Divi Josephi Cœnobio die Novembris vigesimoquinto anno* 1637. *Ab ingenio, studiisque commendatus, Romæ inter Sacræ Congregationis librorum prohibitorum Consultores adscitus, nec non inter Patres Congregationis Sacrorum Rituum admissus, Censorem prudentem juxta ac doctum, dum hæc de illo narramus, agit: cum jam formis mandaverit orationum sacrarum volumen, & opus prænotatum: Os veritatis, quo Principibus clementiam suadet.*

ANTONINUS MONGITORE in libro: *Panormus devota Deiparæ Virginis tom.* 2. *lib.* 4. *pag.* 370. de eodem ait: *Giovan Battista Arata Chierico Regolare, Predicatore famoso, Consultore, e Procuratore Generale del suo Ordine, e Consultore di più Congregazioni in Roma. Dopo aversi guadagnato somma stima, morì in Roma a* 5. *di Settembre del* 1696. *&c.* Et *in Additione ad Siciliam Sacram Rochi Pirri, not.* 8. *Liparensis Ecclesiæ fol.* 967. de illo ait: *Defuncto Francisco Liparensis infula Joanni Baptistæ Aratæ Panormitano ex Cler. Regul. demortui fratri, oblata est: at ipse dignitatem respuit.* Denique *in Musæo Siculo* loquens *præfat. ad Lectorem* de Panormitanis civibus, qui oblatas sibi infulas acceptare noluerunt, idem confirmat his verbis: *Giovan Battista Arata pur Chierico Regolare, fratello di Francesco Arata Vescovo di Lipari, e famoso Predicatore, fu eletto a succeder nel Vescovato al fratello nel* 1690. *ma egli non volle abbandonare il chiostro religioso, rifiutando ogni onore.* &c.

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS *in vita Caroli de Thomasiis n.* 12. honorificam ejusdem mentionem facit.

JOANNES AMBROSIUS LUCENTIUS *in Italia sacra tom.* 1. *fol.* 2242. in Elogio Francisci Aratæ Episcopi Liparensis, hæc de Joanne Baptista adjecit: *Joannes Baptista Arata Clericorum Regularium Theatinorum fulgidissimum sydus, quale se præbuit in domesticis suæ Congregationis præfecturis, & inter Romanæ Sedis servitia Congregationum Indicis, & Rituum Consultor, divinique verbi præco præstantissimus, ubi palmam præ omnibus tulit e Vaticano, præcipuisque Italiæ suggestibus.*

JOANNES FRANCHINUS *in Bibliosophia Scriptorum Ordinis Conventualium Sancti Francisci pag.* 66. Aratæ meminit, eumque dilaudat.

JOSEPH SILOS Clericus Regularis *in Historia suæ Religionis part.* 3. *lib.* 12. *fol.* 587. de eodem scribens, hæc verba facit. *Joannes Baptista Arata Panormitanus, admissus in Ordinem Panormi, vota ibidem pronunciavit in Divi Josephi Cœnobio die Novembris vigesi-*

gesimaquinta 1637. *Ab ingenio, ac studiis commendatus: sacris concionibus dat operam in hac dicendi facultate non medio crem sanè laudem promeritus. Est suus dictioni nervus, & cultus, ut auditorum simul animos informet, simul aures oblectet. Romæ inter sacræ Congregationis librorum prohibitorum Consultores adscitus, Censorem prudentem juxta, ac doctum agit.*

MICHAEL JUSTINIANUS *de Scriptoribus Liguris*, verbo *Joannes Baptista*, *pag.* 315. de eodem ait: *Joannes Baptista Arata ex Rapallo oriundus, Panormi natus* 1621. *die vigesimasecunda Februarii, filius Augustini Aratæ & Virginiæ Segni, germanus frater Francisci Episcopi Liparensis, & Joannis Vincentii olim Senatoris Panormitani, ut asserit D. Joseph Vincentius Marascia, qui ad præsens est Camerarius secretus unus ex duobus assistentibus Clementis Noni: factus est Theatinus anno* 1637. *inde Theologus, Concionator, & Consultor sacræ Congregationis Indicis. Patefecit ingenii vires, & zelum in prædicatione evangelica in pluribus Italiæ Urbibus, præsertim Neapoli, Bononiæ, Mediolani, Perusiæ, Romæ, in pluribus Basilicis.* &c.

NICOLAUS COLETUS *in Additione ad Italiam sacram Ughelli tom.* 1. *fol.* 788. loquens de Episcopis Liparitanis, nempè de Francisco Arata, *Joannis Baptistæ* germano fratre, hæc de isto subdit: *Joannes Baptista Arata Clericus Regularis, Theatinorum fulgidissimum sydus, quale se prabuit in domesticis suæ Congregationis præfecturis, & inter Romanæ sedis servitia.* &c. ubi repetit, quod de illo scripserat Lucentius supracitatus.

PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico Nobilitatis Siculæ part.* 2. *fol.* 269. de eodem ait: *Da Agostino Arata, e Virginia Segni ne sono nati i Padri D. Agostino, e D. Giovan Battista Arata de' Chierici Regolari, l'un, e l'altro noti per le loro virtuose qualità, e dottrina.*

VINCENTIUS CORONELLUS *in Bibliotheca univers. tom.* 4. verbo *Arata, fol.* 286. loquens de familia Arata, ait: *Ex ea natus est P. D. Joannes Baptista Arata Panormitanus C. R. vir ob eloquentiam celebris, qui concionatus est cum plausu in præcipuis Italiæ civitatibus. Fuit Romæ Consultor Congregationis Indicis, & anno* 1690. *electus Episcopus Liparensis, onus illud renunciavit.* &c.

CARMINA LATINA

In JOANNIS BAPTISTÆ laudem.

Eloquiis dum mira sacris effundis ab ore,
Plausus Roma dicat, plaudit, et Ausonia.
Ast quæ misisti præclara volumina luci,
Cunctus fausta vovens orbis ad astra vehit.

Præco evangelicus facundæ munere linguæ
Præditus, Italiæ maxima templa beat.
Eloquioque suo limatas vellicat aures,
Et simul interto fulmine corda quatit:
Quique volens populis prodesse volumina cudit,
Queis licet extinctus promere verba queat.

Magnum si cupis Oratorem cernere, perge huc:
Hujusnam specimen solus ARATA *refert.*
Facundus, lepidus, justus, capit, allicit, urget,
Mentes, corda, malos, arte, lepore, metu:
En juvat, ecce docet, retinet, monet, atque suadet:
Orbem virtutum, (crede mihi) iste tenet.

CARMEN ETRUSCUM

In ejusdem viri laudem

Ex Ignatio Papè Duce Jampilerii e Principibus Valdinæ, Imperialis Collegii Nobilium Convictore.

Lasso giacendo in riva al maro un giorno,
Quando l'aurora i suoi benigni amori
Spargea sopra le rose, e sopra i fiori
Al respirar di dolce auretta intorno.
Sognai veder d'illustri pregi adorno,
Cinto di rose il crin, di verdi allori
ARATA *in ver degno di lode, e onori,*
In cui virtù solea far soggiorno.
Svegliati omai (d'udir mi parve allora)
Questi tra chiari ingegni ebbe sua sede,
Quel che fea, quel ch'oprò palesa al mondo.
Mi desto, e dissi: e come mai te onora
Mio basso canto, te ricco di fede,
D'innocenza, e pietà, di dir facondo?

JOAN-

JOANNIS BAPTISTÆ PILI
Clerici Regularis
ELOGIUM XXXIV.

Ex Antonino Mongitore tom. I. Biblioth. Siculæ fol. 334.



JOANNES BAPTISTA PILUS Panormitanus, Clericus Regularis, nobilissimo ortus genere, patre D. Vincentio Pilo Marchione Marinei, & Capacii Comite, ac Julia Bononia matre, lucis usuram accepit anno 1611. A teneris annis non obscura præbuit futuræ sanctitatis indicia. Ad pietatis enim studia pronus erumpentes vividissimæ naturæ motus ciliciis, ac pœnitentiis cohibuit; & inter corpusculi cruciatus innocentiæ candorem intemeratum servavit. Duodecimum ætatis annum agens Regulari Ordini nomen dedit; cumque a proposita vitæ ratione haud dimovere potuerunt, nec ægritudo, qua in tyrocinio fuit aggressus, nec matris preces, & oblectamenta: ideoque solemnia emisit vota vigesimoquarto Februarii anno 1627. Etsi nimia corporis imbecillitate donatus, attamen nervosa animi firmitate, regularis observantiæ labores ferventissimè amplexus est, & ad eminentissimum vitæ fastigium animi vires admovit. Hinc egregiis ditatus virtutibus mirum in modum, omnibus venerabilis refulsit. Nil illi suavius, quàm humilitatis abjectiones, ac corporis divexationes. Orationis studio addictus, sæpius magna lacrymarum profusione Christi Domini cruciatus meditabatur; eoque sensu, ut ad solum passionis Dominicæ verbum, cor mirabiliter confossum in lacrymas erumperet. In regulari disciplina excolenda exactissimus: in observandis paupertatis legibus insignis; solitudinis, & cubiculi amantissimus, ac patientiâ clarus fuit. Virginalem puritatem usque ad supremam vitæ lineam intemeratam servavit, cujus candor eximius vel etiam in vultu elucebat. Dei, ac proximorum amore mirum in modum æstuavit: ideoque anno 1630. in Longobardia Provincia grassante pestilentiâ, ut aliorum obsequio vitam dicaret enixè efflagitavit, ut ea in regione delatus, morbo affectis ministraret; & ut facilius facultatem obtineret ad hoc voto se adstrinxit: sed denegata ab Ordinis Generali facultate, eximio viro non defuêre fervidæ voluntatis promerita. In recolenda Deipara singularis, ad cujus amoris officia incendenda mirificè profuit consuetudo cum P. D. Francisco Olympio Clerico Regulari, ejusdem Virginis studiosissimo. Obedientia admirabilis; ideoque scrupulorum angustiis excruciatus, ad solius Superioris nutum conquiescebat. Et ut omnia verbo absolvam, sanctos Patres, qui Eremum admirandis vitæ gestis illustrarunt, laudabiliter æmulatus est. Hinc nondum trigesimum ætatis annum attigerat, cùm satis idoneum, ut alios sanctis moribus informaret, arbitrati Patres domus Panormitanæ S. Josephi, anno 1638. communi omnium calculo Tyronum Magistrum elegerunt, ac ætatis dispensationem a Sacra Cardinalium Congregatione negotiis Regularium præposita impetrarunt; nondum enim annos ad munus necessarios juxta Clementis VIII. constitutionem expleverat. Munus, etsi cunctis humilitatis nervis obsisteret, ex obedientia suscepit: & mira prudentiâ, sanctisque documentis sibi commendatos ad eximiam vitæ sanctimoniam direxit, summo cum Ordinis commodo. Demum numeris omnibus absolutus annum agens 33. decessit Panormi in Domo S. Josephi decimotertio Februarii 1642. magno cum omnium dolore.

Edidit italicè

L'Eremo Sacro, overo Vite de' Santi, e Beati Eremiti, col modo d'allontanarsi l'anima dal mondo, e viver romita al suo Dio tra le piaghe del Crocifisso. Panormi apud Didacum Buam 1661. in 4. Hoc opus iterum recusum fuit Venetiis anno 1732.



SYL-

SYLLABUS
Clarissimorum virorum, qui summis laudibus JOANNIS BAPTISTÆ PILI sanctimoniam commendavêre.

EMinentissimi S. R. E. Cardinales Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, in decreto habito die vigesimosecundo Novembris 1636. in quo *Joannem Baptistam Pilum* ante annum trigesimumquintum ætatis suæ ex speciali dispensatione declaravêre sui Ordinis Novitiorum Magistrum; illum appellant *Virum meritorum vitæ, morumque probitate commendabilem*. Consule ejus vitæ epitomen, quod habes in libro, cui titulus, *Eremus sacra*, in initio post Epistolam nuncupatoriam.

ANTONINUS MONGITORE in libro: *Panormus Devota Deiparæ Virginis tom. 2. lib. 3. pag.* 153. enarrans *Joannis Baptistæ* devotionem erga cœlorum Dominam, ita italicè de eodem scripsit. *Il P. D. Giovan Battista Pilo Chierico Regolare, de' Marchesi di Marineo, fin dalle fascie portò impressa nel cuore la divozione di Maria, e diede manifesti presaggi del grado, a cui dovea con gli anni avanzarsi; poichè mentre era in culla bambino, facilmente chiudea gli occhi al sonno quando la nudrice recitava il Rosario; ma dava in sentimenti di dolore quando cantava ninne profane. Fanciullo salutava più volte il giorno la Vergine, a cui presentava il cuore. Ergea a suo onore altarini, e l'ornava con lumi; pregandola ad illustrarlo, acciochè non si lasciasse ingannare dalle lusinghe del mondo: e digiunava in sua venerazione il Mercoledì, e Sabbato. Entrato nell'Ordine de' Chierici Regolari in età d'anni dodici, ebbe la fortuna di conoscere in Napoli il Venerabile Padre D. Francesco Olimpio, con la cui familiarità s'infervorò tanto nella divozione di Maria, che infiammato a maraviglia nel suo amore, anche dormendo l'invocava. Ottenute da quel Servo di Dio due corone, una di esse tenea pendente innanzi il cuore, l'altra conservava attaccata al braccio. Costumava dire in isfogo d'affetto: Amo Maria, e per lei propongo operare ogni cosa. In una cappella del magnifico Tempio di S. Giuseppe de' Chierici Regolari collocò un simulacro di Maria Vergine, a somiglianza di quello, che famoso da per tutto si venera in Trapani: e mostrava il suo incomparabile affetto verso Maria, con ornarlo di fiori, di drappi preziosi, ed altri arredi d'argento. Pregò i Padri della Casa di S. Giuseppe affinchè le litanie, che costumavan recitare dopo l'orazione innanzi l'altare maggiore in ossequio di Maria, le cantassero nella sua cappella: in essa eran le sue delizie: in essa aveva depositati tutti gli affetti più ferventi del suo cuore: e Maria Vergine in gradimento degli ossequj fattile dal suo Servo nella casa del suo santo sposo Giuseppe, mostrossi sempre in varie guise protettrice amorevole di questa Casa, conservandola sotto il suo patrocinio. Riguardando Gesù nelle braccia di Maria, concepiva ferma speranza d'ottener da Maria un giorno Gesù in unione d'amore. Quindi allo spesso erando fissava in questa considerazione, e come già l'avesse nel seno, godendo prorompea nel dire:* Dilectus meus mihi, & ego illi. *Eletto Maestro di Novizj, prima che n'avesse l'età sufficiente, supplendo alla mancanza degli anni la maturità delle virtù avanzate a somma perfezione, s'ingegnava stampare nel cuore de' suoi allievi la divozion di Maria, e solea lor dire allo spesso: Oh quanto dobbiamo a Maria! non solo per noi intercede, ma pare pronta a dare per noi il suo figlio alla morte: e pur è vero, che lo diede quando* stabat juxta crucem: *se le mostriamo le nostre necessità, lo venderà alla croce per ricomprarci dall'Inferno: e più se contriti chiederemo in nostro soccorso la di lei alta pietà. Così egli, e con questa fiducia abbandonato nella sua materna amorevolezza, finì santamente in Palermo la vita a 13. d'Aprile del 1642.*

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Clericus Regularis, libro *de sacris Ceremoniis tom. 2. opusc. 3. fol.* 226. loquens de Statua Sanctæ Mariæ Gratiarum, quæ veneratur Panormi in Templo Divi Josephi Clericorum Regularium, hæc de Joannis Baptistæ devotione erga eamdem Dei parentem subdit:

dit: *Te Cultores olim egregios habuisse: præsertim* P. D. Joannem Baptistam Pilum *morum suavitate, externove totius corporis habitu, religiosaque modestia celeberrimum.*

JOSEPH SILOS Cl. Reg. *in Historia Clericorum Regular. par.3. lib.12.* inter Theatinos scriptores *Joannem Baptistam fol.* 594. reponit, ac de eo inquit: *Joannes Baptista Pilus Panormitanus, ex Marchionibus Marinei, eximii vir spiritûs, Deo vivere citò cœpit, & esse in humanis citò desiit: nam qui duodennis religioso se instituto mancipavit, anno ætatis tertio & trigesimo exuit mortalitatem; decurritque breve quidem spatium, si annos numeres; longum verò si disciplinæ studium spectes, si virtutum laudem, si morum senium. Indoles puero perquam vivida; sed fregêre statim corporis afflictationes, jejunia, cilicia, in quæ præmaturè involavit; complexus hæc aspera vel a primo ipso flore ævi. Vota Ordinis mira alacritate, ardoreque spiritus concepit, eorum deinde servantissimus. Præcipuum illi castimoniæ studium; elucebatque vultu candor virgineus, quem servasse ad extremum vitæ spiritum peculiari Dei munere illibatum, testati ii sunt, quibus patuit arcanum pectus. Paupertati perinde addictus, ut ipsos etiam pauperes adamaret: quibus adfuit penè ab infantia, adultaque postea pietate, mirificè fovit. Obedientiæ studiosissimus, visus se ipsum penitùs abdicasse: jussisse majores, hoc illi abundè erat: vel cùm peracres occuparent scrupuli mentem, ad moderatorum imperium componi statim videbatur. Inerat & cætera virtus, tranquillitas animi incredibilis, sui demissio, charitas, in morbis tolerantia, orandi studium: quo quidem in mentis otio totus erat; meditari præsertim solitus Christi Domini cruciatus, quos ab oculos semper habebat: & cùm maximè quieti se daret, id in primis curabat, ut adrepens somnus in ea Crucifixi Redemptoris commentatione ipsum reperiret. Divos omnes intimè colebat, præcipuè Divam Virginem, cujus studium visus magnoperè inflammasse Franciscus Olimpius, vir ille absolutissimus, & in ipsam Dei Matrem longè incitatissimus. Ejus namque usus Neapoli consuetudine, cùm satis hauserit a Dei servo pietatis, tum hunc potissimum in tantam cœli Reginam cultum adauxit. Has animi partes cumulabat vis judicii, ac prudentia; ut agnoverint Patres, ætate licèt imparem, formandæ Tyronum disciplinæ peridoneum fore. Itaque in ipsum suffragia Domûs incumbunt, regendoque Tyrocinio ita admovent, ut petenda a sacra Congregatione facultas fuerit, quæ præscriptos muneri annos suppleret. Molestissimum hoc illi, qui sibi non modo ævum, sed facultatem etiam, officio parem, deesse persuasum habebat: obluctatusque strenuè, tandem dedit manus; ac per difficiles eas curas tanto cum spiritus incremento, ac Tyronum fructu administravit, perinde quasi longo jam usu valeret ornatissimus juvenis. At enim dum in palæstra virtutum strenuè desudat, ac nullis laboribus, ac vigiliis parcit, cui opes corporis, viresque pertenues, ita elanguit, ut gravi subinde morbo interceptus, intra juventam desierit vivere, desiderio omnium peracerbo: veluti erepta ab oculis esset imago quædam religiosæ probitatis, atque idea morum. A virium imbecillitate prosequutus studia minimè fuerat; attamen non ita a legendo, ac lucubrando abstinuit, quin fructuosiores ejus literæ aliis non mediocriter prodessent. Enimverò cùm in pervolutandis sacrarum historiarum monumentis multus esset, ac vitas præsertim Sanctorum Patrum, atque Eremitarum ad virtutum imitamentum assiduus tereret, commentarium ex iis italicè, atq. accuratè adornavit, qui posthumam lucem aspexit.*&c. Et *par.3. lib.3. fol.73.* loquens de Theatinis Patribus, qui addici ministerio peste laborantium in Gallia Cysalpina postularunt, subdit: *Joannes Baptista Pilus Panormitanus, ut genere ita & virtute, ac religiosa disciplina nobilis. Incitatius is planè visus provinciam deposcere. Enim verò, ut momentum postulationi adderet, obligare prius Deo, suscepto voti sacramento, fidem suam voluit. Erectusque hac religione in spem, fore, ut impetraret; Patrem Generalem, datis Panormo literis, adiit: Precare enixè, inculcare votum, ac constans animi propositum. Hoc sibi optatissimum, quidquid esset virium, ac spiritûs in ægrotos conferre.*

re.

re. Si media in arena concidisset, quid pulchriùs, quàm edito eximiæ fortitudinis exemplo, atq. e sinu charitatis, astris inferri? Hujus etiam postulatis hic exitus fuit. Gratulatus namq. Pater Generalis parem publicæ calamitati indolem, quando non id necessitas posceret, simul probare, simul temperare eos impetus studuit. Noverat quippe desudare in iis vigiliis certatim nostros, quos non labor, non alienæ mortis horror, non suæ metus frangeret.

IGNATIUS DEL CASTILLO Societatis Jesu *in vita Stanislai Pili*, quam suppresso sui nomine Panormi edidit 1718. in Epistola nuncupatoria recensens eximios pietate viros ex familia Comitum Capacii, qui Theatinum Ordinem illustrarunt, hæc verba in laudem Joannis Baptistæ exaravit. *Resta ancor sempre viva nella memoria de' nostri tempi la santa vita del Padre D. Giovan Battista Pilo, dopo la di cui tranquilla morte non mancarono persone, ch'ebber notizia de' suoi felici soggiorni, vedendo l'Eremo suo trasformato in Empireo.*

PHILIPPUS SETAJOLUS Clericus Regularis *in Historia Catalauniæ part. 2. lib. 2. pag.* 193. de eodem inquit: *Il Padre D. Gio. Battista Pilo, prima di nascere fu dedicato alla Religione; e fanciullo fu sempre vecchio nelle virtù. Egli di dodici anni pose mano all' aratro del Vangelo; e benchè di complessione delicatissima, mai non la ritolse, anzi da lunga etisia attenuati gli spiriti, sempre spiritoso solcò la terra del giardino celeste. Umile fino all'eccesso, povero fino ad esser mendico, ubbidiente fino a non aver volontà, casto fino a conversar con gli Angioli, orante fino a vivere del continuo estatico, rigoroso fino ad esser con sestesso tiranno, si fe conoscere un mostro del nostro secolo. Fatto Maestro di spirito pur volea vivere da discepolo; e se non l'avesse forzato la Sacra Congregazione con un Decreto, mai non l'averebbe accettato l'insegnare ad altri, chi desiava apprendere le lezioni da ognuno. Morì qual visse, e vive, benchè morto, fra noi la ricordanza d'uno, che fu la norma della disciplina regolare, che fu lo specchio della purità, che fu il modello de' Santi più gloriosi del Paradiso.*

PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geonol. Nobilit. Siculæ part.* 2. *fol.* 282. Joannem Baptistam, ejusque germanos fratres Josephum, & Joannem vocat, *Viros virtute præditos*. &c.

CARMEN LATINUM
In laudem
JOANNIS BAPTISTÆ PILI.

Quam fluxa omnia sint teneris edoctus ab annis,
Mundi contemnit præmia, PILUS, *opes.*
Inde Thienæi pergens ad claustra parentis
Se totum sacrat supplice corde Deo.
Cujus jussa sequens, curas rerum abdicat omnes,
Ut Domini obsequiis ritè vacare queat.
Virginis intactæ quoque laudi deditus hærens,
Jugiter ante aram fundit ab ore preces.
Immunem a maculis satagens servare juventam
Parvula vel vitia, & crimina cuncta fugit.
Quinimò fugiens hominum consortia, nidū
Construit ut passer, seque recondit, avis.
Hinc magnis auctus meritis, virtutibus atque,
Emicat, ac veluti sydus ubique nitet.

CARMEN ETRUSCUM
In ejusdem viri laudem

Ex Joanne Platamoneo e Ducibus Belmurgi, Imperialis Collegii Nobilium Convictore.

Quale mesto augellino, a cui rapita
Fu la dolce compagna e fida, e bella,
Corre veloce ove il pensier gli addita,
E ratto vanne in questa parte, e in quella:
Tale l'alma di PILO *alla gradita*
Patria del ciel volonne, e le quadrella
D'ingiusta morte non temendo, ardita
Passò tosto ad ornar di se una stella.
Spirto gentil, che del corporeo frale
Già ti spogliasti, e al santo fianco assiso
Di Dio ne stai, deh se tant' alto sale
Mia voce ascolta: fa che in Paradiso
Possa vederti un dì santo, immortale;
E teco del gran Dio godere il viso.

Z ALIUD

ALIUD CARMEN ETRUSCUM

Quod in ejusdem viri laudem sub nomine Daphnis Petrus la Grua ex Principibus Hyccarensibus, Imperialis Collegii Nobilium Convictor, cecinit.

Mira, dissi ad Elpin, quest'ampie mura
Dove zelo risiede, e santitate,
E quegl'altari, e quelle statue aurate
Mira il bel, che diè l'arte, e la natura:
Sappi, che solo in cuor così alta cura
Esser potea di Dafni, a cui fur date
Dal ciel tutte le doti di onestate
Onor di sua bell'alma eccelsa, e pura.
Dunque se tanto oprò, merta in suo onore
Vaste più di tal mole, e più eminenti
Memorie in bronzo, o in pietra eccelse, e belle.
Ma Elpino disse: o semplice pastore,
Onori questi sono frali, e cadenti,
Cui sprezza chi ave seggio in sulle stelle.

JOANNIS HIERONYMI GRAVINÆ

Clerici Regularis

ELOGIUM XXXV.



OANNES HIERONYMUS GRAVINA Panormitanus, cui in sæculo Berengarii nomen, Joannis Gravinæ, & Hieronymæ Xirottæ, Sancti Michaëlis Ducum, filius, Hieronymi item Gravinæ Montis Vagi Principis germanus frater, tredecennis puer exceptus Panormi a Theatinis Patribus in Domo Divi Josephi anno ineuntis sæculi 1703. secunda Aprilis, ibidem septima Augusti die Divo Cajetano sacra 1707. solemnia religionis vota coram Excellentissimo Carolo Philippo Antonio Spinola Marchione de los Balbases Siciliæ Prorege nuncupavit. Humanioribus, & severioribus studiis ab ipso florenti ævo, Panormi, Genuæ, & Bononiæ dicatus, eos progressus habuit, ut brevi in virum doctum evaserit. Ideoque perspecta a moderatoribus ejus ingenii præstantia, doctrinæque soliditate ad erudiendos, docendosque alios, quà Lector, & Magister destinatus est. Quod munus per aliquos annos laudabiliter exercuit in Italia, & Trinacria; nam primò Philosophiam tradidit Brixiæ Alumnis Episcopalis Seminarii. Inde Messanam amandatus, ibidem Theologiam docuit in Archiepiscopali Lyceo. Postremò Placentiam missus, inibi Philosophicas præceptiones sodalibus suis iterum explanavit. In historiis sacris, & profanis versatus eximiam eruditionem pluries patefecit. Matriti aliquo tempore commoratus, ibidem tum Regis, tum Magnatum gratiam, benevolentiamque sibi promeruit. Hinc a Philippo V. Hispaniarum Monarcha ob Parentum suorum promerita centum aureorum nummorum assignationem singulis annis accepit. Admotus anno Domini 1726. suæ Congregationis regimini, triennio Præpositi munere, Marianam Domum a Catena nuncupatam cum omnium approbatione rexit. Nunc superstes vir eximius doctrinâ & virtute ornatus refulget.

Prælo paravit

Orationem Latinam de laudibus Siculorum, sive de antiquo literarum, scientiarumque cultu in Sicilia. Quam recitavit elapso anno 1728. in aperitione novi Collegii Imperialis Nobilium coram Excellentiss. Christophoro Fernandez de Corduba Comite de Saftago Siciliæ Prorege.

CARMEN LATINUM
In ejusdem laudem.

Abdita naturæ nuper portenta, Deique
Arcana externis te explicuisse viris;
Fama loquebatur, pleno ac lætabilis ore
Spargebat laudes garrula ubique tuas:
Cùm tamen ad patrias rediens postli minio oras
Sensimus famam te superare tuam.
Scilicet humana majorem credere mentem
Cogimur te in tanti viribus ingenii.
Nec nos decipimur, nam cùm sectator Aquini
Sis, certò illius dogmata cuncta tenes.

JOAN-

JOANNIS MARIÆ GISULFI

Clerici Regularis, Mazarienſis Eccleſiæ Epiſcopi electi

ELOGIUM XXXVI.



JOANNES MARIA GISULFUS Panormitanus, Franciſci Giſulfi Cephalœdenſium, & Agrigentinorum Antiſtitis, Regnique Siciliæ Præſidis germanus frater, lucem aſpexit anno 1611. parentibus Paulo Giſulfo Oſſadæ Duce, & Eleonora Oſorio. Exacto 18. ætatis anno Panormi in Divi Joſephi Domo regularis diſciplinæ rudimentum poſuit 11. Junii 1626. vovitque ſequenti anno 17. Octobris. Decurſis cum ingenii laude Philoſophicis, ac Theologicis ſpatiis, ad ſacras conciones, inſigni facundia, & eruditione refertus, animum appulit: in quibus progreſſiones habuit admirabiles, magnamque animarum prædam e faucibus Satanæ eripuit. Idq. potiſſimùm contigit, cùm vir inflammatiſſimus ſodalitia SS. Sacramenti, ac Deiparæ Virginis temperaret, tunc enim ignitis ſermonibus ſuis, nec non aſſiduis adhortamentis perditiſſimos homines ad viam ſalutis revocavit. In Templo S. Joſephi ſingulis diebus feſtis conciones dixit magna cum populi frequentia, & plauſu. Dono lacrymarum præditus, dum concionaretur, auditorum oculos ad planctum provocabat. Moralibus virtutibus ornatus, ſed præcipuè ſagacitate, dexteritateque in rebus agendis pollens ad nonnullos honorum gradus promotus effulſit. Nam primò Magiſter Novitiorum renunciatus, ſingulos Tyrones ſanctiſſimis legibus, ac pietatis ſtudio ad perfectionis iter direxit, & ad virtutes adipiſcendas, non tam verbis, quàm exemplo ſui inflammavit, inter quos duo illa ſplendentiſſima Eccleſiæ lumina recenſentur, Ven. ſcilicet Joſeph Cardinalis de Thomaſiis (de quo infra) ſacræ Purpuræ ſingulare decus, & Bartholomæus Caſtellus Mazarienſium Præſul, ſanctimoniæ famâ nuper e vivis ereptus, (cujus ſuperiùs geſta deſcripſimus ex Mongitore) Exinde ob regularis diſciplinæ zelum, quo æſtuabat, ad præfecturas S. Andreæ Syracuſarum, S. Laurentii Platiæ, ac demum ſuæ profeſſionis Domûs aſſumptus fuit: quæ quidem munera communi omnium ſodalium plauſu adminiſtravit. In Panormitanis turbis voluti ſæculi 1647. non exiguum charitatis ſpecimen præbuit, cùm pluries vitæ ſuæ diſcrimini pro civium incolumitate ultrò ſe expoſuit. Solertiâ, vi prudentiæ, ac rerum uſu præditus, apud Proceres, & Magnates ab hac judicii, conſiliorum maturitate ſummo in pretio fuit. Electus ab Hiſpaniarum Rege in Mazarienſium Epiſcopum, onus illud alioquin perhonorificum ſubire ex humilitate detrectavit. Denique laboribus conſumptus, meritiſque abundè cumulatus, ad cœleſtem infulam tranſiit anno 1676. Cujus virtutum fama ſuperſtes Panormi fuit, ac plerique ad monumentum pietatis, quidquid olim illi uſui eſſet, ceu chara ſibi pignora reſervarunt.

Prælo paravit

Novendium Expectationis Partûs Beatæ Mariæ Virginis.

Sermones de Chriſti cruciatibus.

Conciones, lectioneſque varias ſupra ſacram Scripturam.

SYLLABUS

Auctorum, qui JOANNIS MARIÆ GISULFI potiſſimùm meminère ob rejectionem ab eo factam Mazarienſis Infulæ.

ANTONINUS MONGITORE pluribus in locis Epiſcopatûs Mazarienſis rejectionem *a Joanne Giſulfo* factam recenſet; at potiſſimùm eam refert *in Additione ad Siciliam ſacram Rochi Pirri notitia 6. Mazarienſis Eccleſiæ fol.* 862. ubi ſic ait: *Joannes Giſulfus Panormitanus Ordinis Clericorum Regularium, doctrinæ ſplendore, ac virtutibus clarus, Eccleſiæ Mazarienſis Epiſcopus deſignatus eſt; qui de ſe humillimè ſentiens, Epiſcopalis oneris munus conſtantiſſimè ſubire noluit*. Idem habet *in Muſæo Siculo præfatione ad lectorem*, ubi pariter de eodem italicè ait: *Gio-*

vanni Gisulfo Chierico Regolare per l'integrità della vita, per la dottrina, e religiosa virtù riguardevole, fu nel 1668. *eletto Vescovo di Mazzara; ma per sua umiltà stimandosi insufficiente a reggere la mitra, non volle accettarla.*

DIARIUM LITERATORUM ITALIÆ *tom.* 18. *pag.* 13. *in Elogio Josephi Cardinalis Thomasii*, loquens incidenter *de Joanne Gisulfo* illius olim in tyrocinio Magistro, eumdem ex humilitate rejecisse Mazariensem infulam asserit.

FRANCISCUS MAGGIUS C. R. pluribus etiam in operibus suis *Joannis Gisulfi* meminit: & Primò quidem *de sacris Carem. opusc.*4. *disquis.*17. *pag.*394. ubi de eodem ait: *Unde munus illud, quod alicubi a septem viris hodie geritur, super urbis vectigalia constitutis, quos inter Religiosus adscribi solet; a nostro olim* P. D. Joanne Gisulfo *viro gravi, & inclyto, cum laude rejectum fuit.* Secundò *in propositis bene moriendi propos.*51.*pag.*285. Tertiò *in relatione Sanctissimi Crucifixi Metropolitanæ Ecclesiæ Urbis Panormi cap.* 11. *pag.* 63. Quartò in libro: *Votum, & juramentum Cler. Regul. pag.*10. Quintò denique *de origine Congregationis Servorum B. Mariæ c.* 4.

HIERONYMUS MATRANGA Cl. Reg. de eodem mentionem facit in libro, quem inscripsit italicè: *Pompe funebri, e liete*: ubi *part.* 2. *fol.* 4. illum laudat.

JOANNES BONIFACIUS BAGATTA Cl. R. *in vita Caroli de Thomasiis lib.*1. *cap.* 9. *pag.*56. vocat Joannem Gisulfum *virum singularis virtutis, & admirabilis prudentiæ in regimine tyronum*: subditque illum *magna cum humilitate, & spiritu, Episcopatum, ad quem ab Hispaniarum Rege nominatus fuerat, renunciasse.*

PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Nobilitatis Siculæ part.* 1. loquens *fol.* 391. de familia Gisulfiorum, Joannem appellat, *virum magna virtute præditum.*

CARMEN LATINUM

In JOANNIS GISULFI laudem.

Juppiter ut quondam vibravit fulmen ab axe,
Sic GISULFE *loquens fulmen ab ore jacis.*
Lingua etiam penetras munitas pectoris arces
Aurea, ut obstantes in tua vota trahas.
Si quando ore tonas, si quando fulmine linguam
Armas, in lingua fulmen amoris habes.
Fulmen amoris habes, nam corda potentius ictu
Eloquio rumpis saxea fulmineo.

CARMEN ETRUSCUM,

Quod in ejusdem viri commendationem Cajetanus Cottonus e Principibus Castrinovi, Imperialis Collegii Nobilium Convictor, & Boni Gustûs Academicus, alludens ad illius honorum contemptum, eleganter cecinit.

Seguiva Onor l'adorna anima eletta
Preso da mille, e mille fregi sui,
E quanto più seguiala, essa da lui
Ratta fuggiane a lunghi passi, e in fretta.
Ferma gridava il gonfio Onore, e aspetta
Un cuore acceso de' bei pregi tui.
Di questi doni luminosi in Nui
Su dì qual più ti piace, e più t'alletta.
Sorrise l'alma grande; e sì rispose
Per lei quella Virtù, c'ha tanto a vile
Il falso lume dell'umane cose,
Vanne, ch'ella il più bel de i doni miei
Cerca nel basso portamento umile,
E questo don tu non puoi dare a lei.



JOSE-

JOSEPHI ANTONII AMATI
Clerici Regularis
ELOGIUM XXXVII.



OSEPH ANTONIUS AMATUS, Clericus Regularis, Antonii Amati Galatis Principis,& Franciscæ Alliatæ conjugum filius, spretis paternis opibus, rejectoque terreno Principatu, a quo non multùm distabat, ad Capucinos Patres clàm se contulit; eo quidem consilio, ut sub illa religiosa lacerna lateret securiùs, viamque præcluderet honoribus, ac dignitatibus. Sed mox compertâ a Genitoribus illius fugâ, sequenti die in domum paternam revocatus, attemperare conceptum spiritûs sui fervorem oportuit. Hic tamen diù colluctatum cum carne & sanguine, ideft cum parentum blanditiis, ac suasionibus, ut Religionis propositum ab animo suo removeret: verùm ubi frustra id fieri animadvertunt, impertita illi facultas est ad aliam mitiorem Religionem immigrandi. Quare solutus ab omnibus sæculi impedimentis, Theatinæ disciplinæ mentem concepit 29. Augusti 1675.obstrinxitque sese solemnibus votis Panormi die 1. Novembris 1676. in ædibus Divi Josephi, in quibus confecto eum ingenii laude Philosophico, ac Theologico curriculo, ad sacræ eloquentiæ studium vires suas, animumque adjecit; & eo quidem felici successu, ut brevi in egregium ecclesiastem evaserit: excurritque Verbi Dei prædicatione nonnullas Italiæ Urbes,in quibus tam festis anni,quàm Dominicis Adventûs diebus conciones cum plausu dixit. Messanæ verò, ubi diù moram suam protraxit,diuturniores labores, frequentioresque sermones habuit, qui cùm de Christi Domini cruciatibus in hebdomada sancta concionaretur, ab auditorum oculis uberes lacrymarum fontes eliciebat.Ibidem formandis Tyronum moribus admotus, sanctissimis illos legibus, ac pietatis studio ad perfectionis apicem, & ad virtutes adipiscendas inflammabat, quemadmodum iidem postea retulêre. Eximiam quoque in persolvendis divinis laudibus, in divorum cultu, in sacrorum tractatione, in precum studio Religionem præseferebat. Regularis disciplinæ fuit studiosissimus, a cujus veteri observantia ne latum unguem discedebat. Divinæ psalmodiæ in Choro ad extremam usque senectutem die, noctuque omnium primus intererat. Christi Domini passioni addictissimus, ipsam frequenter recolebat, in cujus obsequium sextis hebdomadæ feriis jejunare solebat pane, & aqua tantummodo contentus. In Deiparam Virginem pietatis studium mirificè fovit, & animi sui ardorem persæpè detexit, cùm in ejus laudem aut sermones dixit, aut sodalitium rexit. In excipiendis mortalium confessionibus sedulam impendit operam; ast in dirigendis Monialibus Theatinis ad christianæ, & regularis perfectionis normam tribus annis Monteregali hæsit; ad quarum etiam sublevandam inopiam cum Superiorum permissu largas quandoq. eleemosynas impertiit. Ab omni prorsus jactantia, ac dignitate in suo Ordine abhorruit, nec ulla unquam honorum appellatio animum ipsius perstrinxit. Virtutes egregiè coluit, præsertim humilitatem, contemptum sui, ac paupertatem. Mortificationibus, & pœnitentiis summoperè addictus, per triginta ferè annos nunquam usus est lintheis, sed supra nudum stramen jacuit. Corpus suum ciliciis, flagris, ac ferreis catenis ad usque vitæ finem mulctavit, quem tamen rigorem octo ante obitum dies confessarii nutu temperavit. Diutinis oppressus morbis, plagisque supra modum cruciatus, maximè in extrema ægritudine, magnam exhibuit patientiam. Denique senio jam confectus, & septuagenario major, Panormi obdormivit in Domino 26. Februarii 1729.

Mentionem illius faciunt Maggius in libro, *Madonna della Providenza*, & Mongitore *In Hist. Eccles. Urbis Pan. cap. de Ecclesia S. Josephi Cler. Regul.*

Multa eruditè, doctèque scripsit, quæ asservantur in Archivio Sancti Josephi, nempe:

Conciones quadragesimales.

Ser-

Sermones de Adventu.
Novendium expectationis partûs Beatæ Mariæ Virginis.
Novendium Sancti Cajetani.
Sermones, ac Panegyres de SS. Eucharistiæ Sacramento.
Sermones de Defunctis.
Sermones de tempore.
Doctrina Christiana variis sermonibus explicata.

Typis paraverat

Le vie del Cielo spianate da S. Gaetano alli suoi Divoti. Opus valdè eruditum variis figuris, & imaginibus illustratum.

CARMEN LATINUM

In JOSEPHI AMATI laudem.

Qui cupit excelsas virtutes noscere JOSEPH,
Illius evolvat gesta decora nimis.
Is namque illustri, & claro de sanguine natus;
Contemnit lautæ munera cuncta domûs.
Stat celer obsequiis, haud impar subditur omni;
Præclaros titulos spernit, & ima petit.
Non quærit mundi illecebras, nec commoda vitæ,
Sed parat immensis terga ferire flagris.
Quin in præduro strato dat mẽbra sopori,
Quod potis est validos exagitare sinus.
Scissa ejus titubat caro, cernuntur laceri artus,
Vix retinet tenuem, quæ tegat ossa, cutem.
Ferrea curvatis adhibet quoque spicula lumbis
Noverat hæc nullus tã bene cælat opus.
At licèt ille suæ virtutis signa recondat,
Concinet æternis omnia fama tubis.

CARMEN ETRUSCUM

Quod in ejusdem viri commendationem Emmanuel Filingerius e Comitibus S. Marci, ipsius pronepos, Boni Gustûs Academicus, & Imperialis Collegii Nobilium Convictor, cecinit,

SIVE PÆAN

Continens Prosodion, Hymnum, & Ephimnium.

Prosodion.

Or che già la rugiadosa
Bella Diva matutina
Dal mar sorge luminosa
Cinta in gonna porporina;
O vezzoso drappelletto
Di pastori, e pastorelle
Raccogliam bel mirto eletto
Nuove frutta, e pianticelle:
E con esse, o bei pastori,
Onoriam Febo, e divoto
Mirra, incensi, e grati odori
Ciascun'offra, e sciolga il voto.

Hymnus.

Gentil Nume, biondo Dio,
Che in Parnasso hai seggio, e impero;
Tu ricevi il cor sincero
Del drappel, che a te guid'io.
Questa turba villanella
Offre a te sue frutta intatte,
Offre miel, misto con latte
D'innocente, bianca agnella.
Ricevi il puro dono, e a noi ti volta
Dall'alto Pindo, e queste voci ascolta.
Morto è il dolce, il dolce AMATO
Pastorel, che fra noi visse
Semplicetto, e lo trafisse
Empia morte, e crudo fato.
Scritta la ria novella in fronte io porto,
Ah nol potessi dire: AMATO è morto.
Morta è seco la diletta
Nostra pace, ahi cara pace.
Non più scherza il rio fugace
Co' bei fior, nè coll'erbette
La fresc'aura, nè s'ode il dolce canto
Degl'augelletti, ma i sospiri, e'l pianto.
Or via dunque, o santo Nume,
Contro morte impugna il brando,
E punisci l'esecrando
Empio suo crudel costume,
E fra dure catene, or al tuo soglio
Venga piangẽte il suo superbo orgoglio.
Tu, che al grande, e fier gigante
Recidesti il capo indegno,
Tu ripien di giusto sdegno
Morte atterra, e tu le sante
Opre d'AMATO onora, e de' divoti
Pastorelli gentil ascolta i voti.
Gentil Nume, biondo Dio. &c.

Ephymnium.

Pastorelli via festanti
Cinto il crin di bei fioretti
Intrecciam danzi, e balletti;
Ciascun suoni, e ciascun canti.
Sù via al canto, o Pastorelli
Leggiadretti, alteri, e snelli

Colla

Colla piva, e carnomusa
Ciascun sfidi la sua musa.
S'applaudisca d'ogn'intorno
In sì lieto, e dolce giorno:
Augelletti via cantate,
E 'l santo Dio laudate,
Che benigno mirocci, e poi cortese
Gradì l'offerte, e i nostri voti intese.

JOSEPHI BUCCAFOCHII

Clerici Regularis, Episcopi Mazariensis electi

ELOGIUM XXXVIII.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Bibliothecæ Siculæ fol. 374.



JOSEPHUS BUCCAFOCHIUS Platiensis Cleric. Regular. clarissimis ortus parentibus, patrem habuit Joannem Boccadisuoco, & Annam Varesano. Ab ipsa infantia pietatem, literasque amplexus, haud obscurum egregiæ indolis specimen dedit. A teneris annis Religionis habitum suscepit Panormi, ac solemnia edidit vota decimaseptima Aprilis 1622. Præstantissimas ingenii vires in severioribus disciplinis accipiendis detexit, ac egregiâ claruit doctrinâ. Sacræ eloquentiæ studia sequutus inter egregios ævi sui Concionatores omnium calculo recensitus est. In sacris literis, sanctorumque Patrum studiis versatissimus, Ecclesiastem egit summa cum laude, ac fructu; conciones enim dissertissimas, & æquè eruditissimas habuit in præcipuis Italiæ civitatibus, quibus clarissimam nominis famam sibi comparavit. In consiliis edendis prudentiâ, & in rebus agendis dexteritate valuit: hinc Principes, Dynastæ, aliique nobiles viri ipsum passim consulebant. Archiepiscopi etiam Ecclesiæ Panormitanæ non semel Sancti Josephi Domum Clericorum Regularium petière, ut difficillima negotia cum ipso consultò conferrent. Ab Aloysio Moncata Montisalti Duce, ac Siciliæ Prorege, ad Urbanum VIII. Summum Pontificem missus: a Theodoro Trivultio S. R. E. Cardinali, Siciliæ etiam Moderatore, & a Senatu Panormitano ad Philippum IV. Catholicum Regem ablegatus est, ut gravissima negotia pertractaret, quæ singulari prudentia peregit. Insignia promerita virum egregium ad nonnullos honorum gradus evexêre, nam plurles in Ordine sodalibus suis præfuit; apud S. Officii Quæsitores in Sicilia Consultor, & Censor, novarum vectigalium Panormi Deputatus inclaruit. Anno 1679. a Carolo II. Hispaniarum Rege Abbatiâ SS. Petri, & Pauli de Itala donatus, & annò 1684. ab eodem Rege Episcopus Mazariensis electus est. Sed hanc postremam honorum suorum metam, senio confectus, constantissimè respuit: & paulò post ad eminentiorem dignitatem in cœlum evocatus, Panormi decessit in Domo Sancti Josephi 28. Julii anno 1684. Funebria non sine pompa persoluta, ac defuncti laudes luculenta oratione protulit Petrus Paternonius Clericus Regularis, quam auctam typis dedit Panormi inscripto nomine: *La Dea Vesta*.

Edidit italicè ex Mongitore

Orazione nell'esequie del Ven. Padre M. F. Decio Carrega dell'Ordine de' Padri Predicatori. Panormi apud Decium Cyrillum 1644. in 4. & iterum eodem anno apud Rossellium in 4.

Prælo paraverat

Ideam Theologico-Moralem, qua Sacerdotum Dignitas, Ritus, Cæremoniæ, Missæ stipendia explicantur.

S Y L L A B U S

Romanorum Pontificum, Regum, S. R. E. Cardinalium, Principum, aliorumque illustrium virorum, a quibus JOSEPHUS BUCCAFOCHIUS magnis honoribus, & favoribus prosequutus fuit.

URBANUS VIII. Pontifex Maximus, cùm *Josephum* (cujus jam merita satis perspecta habebat) ante pedes suos provolutum Romæ conspexisset, sibique Siciliæ Proregis Aloysii Moncatæ Montisalti Ducis supplicationes, precesque exponentem audisset, demiratus tanti viri sagacitatem nimia cum hu-

humilitate conjunctam, illum voti compotem effectum, multisque spiritualibus donis cumulatum a se dimisit.

PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex (ad quem *Josephus Buccafochius* Legatus missus fuerat tum a Theodoro S.R.E. Cardinali Trivultio, Siciliæ Prorege, tum etiam a Panormitano Senatu) adeò ipsius animi dotibus, prudentia nimirum, & sapientia captus est; ut non modò illum perbenignè exceperit, verùm etiam votis ejus, & postulatis clementissimè annuerit. Quem postmodum elapsis aliquot annis ad Mazariensem infulam provexit.

THEODORUS TRIVULTIUS S. R. E. Cardinalis, Trinacriæ Moderator, eo apud se loco, & pretio habuit *Josephum Buccafochium*, ut in pertractandis magni momenti negotiis eum præ cunctis elegerit, miseritque ad Hispaniarum Regem Legatum.

FERDINANDUS II. Magnus Etruriæ Dux, cùm *Josephum* Florentiæ e suggestu declamantem in cinerali jejunio audivisset, adeo sibi in illius singulari facundia, & eruditione complacuit, ut posthabitis sui Principatûs curis, frequenter ad illius conciones accesserit. Quem deinde summis præconiis, & magnificentiæ signis exornavit.

JOANNES CAROLUS S.R.E. Cardinalis MEDICEUS Ferdinandi germanus frater, tanti etiam fecit *Josephi* virtutes, & merita, ut magnis benevolentiæ argumentis pluries eum complexus sit.

LEOPOLDUS MEDICEUS alter S. R. E. Cardinalis ejusdem familiæ, & Caroli germanus frater natu minor, in tanta existimatione habuit *Josephi* eloquentiam, ut quoties de illo loqueretur, toties inter præcipuos verbi divini præcones reposuerit.

ALOYSIUS MONCATA Dux Montisalti, Siciliæ Prorex, & postmodum S. R. E. Cardinalis, ob singularem, quam de prudentia, sagacitateque *Josephi* opinionem habebat, eum Legatum ad Urbanum VIII. Pontificem maximum pro magnis Regni negotiis misit.

RODERICUS MENDOZA Dux de Infantado, Hispaniarum Regis Orator apud sanctam Sedem, permotus & ipse publicæ, quæ de *Josephi* eloquentia, prudentiaque sese fama diffuderat, agnoscere de vultu illum voluit, cujus mellifluam dicendi facundiam prægustatus, *Josephum* in posterùm in deliciis habuit.

Excellentissimus Panormitanus SENATUS, qui semper *Josephum* magno in honore, & veneratione habuerat, non solùm in omnibus conscientiæ casibus, & controversiis (quæ pluries obtingere solebant) Theologum, ac Censorem adhibuit, verùm etiam in præcipuis suæ Urbis negotiis, ad Hispaniarum Regem, Legati insignitum charactere, destinavit.

Denique Sacrum INQUISITIONIS Regni Siciliæ TRIBUNAL ob eminentem doctrinam, qua *Joseph* præditus refulsit, & potissimùm etiam ob zelum fidei, quo armatus adversus hæreses e suggestu ubique peroravit; illum inter Consultores suos, & Censores ab ipso floridiori ævo cooptavit.

SYLLABUS

Auctorum, qui honorificè de JOSEPHO BUCCAFOCHIO loquuti sunt.

ANTONINUS MONGITORE superius laudatus *in Additione ad Siciliam Sacram Rochi Pirri de Ecclesia Mazariensi tom. 2. fol.* 864. Josephum Buccafochium in Syllabo Episcoporum prædictæ Ecclesiæ recensens, ita de illo scribit: *Joseph Boccadifuoco Platiensis Clericus Regularis Theatinus, vir doctissimus, S. Officii Siciliæ Consultor, & ab anno* 1679. *Abbas SS. Petri, & Pauli de Itala, anno* 1684. *fuit electus Episcopus Mazariensis: at senio confectus, ac morborum pondere oppressus, oblatam infulam renuntiavit: & paulò post Panormi decessit* 28. *Julii* 1684. *Funebri oratione commendatus a P. D. Petro釘ernò Cl. Reg. &c.* De quo etiam *notitia* 14. *Abbatiæ SS. Petri, & Pauli de Itala fol.* 1038.

ANGELUS MATTHÆUS BUONFANTE J. U. D. in suis poeticis ingenii monumentis, *Josephum*, ob singularem eloquentiam, quam in oratione de funere Decii Carreghæ Ord. Prædicatorum cunctis patefecit, laudibus exornat.

JO-

JOSEPH BUCCAFOCHIUS Eques Jerosolymitanus, nostri *Josephi* ex fratre nepos, in suis etiam carminibus etruscis *Josephum* patruum suum emeritis prosequitur encomiis, ex eo nimirum, quod memoratum P. Decium Carregham dictis suis e suggestu commendaverit.

JOSEPH SILOS Clericus Regularis *in Historia Clericorum Regularium par.* 3. *lib.* 2. *fol.* 601. enumerans opera a Josepho Buccafochio in lucem edita, hæc de illo ait: *Joseph Buccafochius Platiensis die Aprilis decimaseptima* 1622. *Platiæ solemni ritu vovit. Panormi inter sacræ Inquisitionis Consultores adlectus, id muneris cum laude doctrinæ exercet. Sacram potissimùm eloquentiam multarum sanè partium Ecclesiastes profitetur. Cùm suppetant ornamenta orationis, in eo nihilominus totus est, ut virili quodam genere dicendi in vitia, ac distinctos mores detonet: declamavitque frugifera oppidò facundia in plerisque Italiæ urbibus. Admotus etiam domorum procurationi, in iis temperandis disciplinæ zelum, ac prudentiam probavit suam.*

PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico Nobilitatis Siculæ part.* 2. *fol.* 127. summis laudibus *Josephum* commendans, ita de illo italicè effatur. *Il P. D. Giuseppe Boccadifuoco Teatino, Qualificatore, e Consultore del Sant'Officio, per la sua dottrina molto stimato in detto Tribunale, celebre per la predicazione evangelica, che non solo nella Città di Palermo è stato sempre ammirato, ma in molte altre famose Città d'Italia, come appare da molte lettere originali, che io ho veduto, e del Signor Principe Cardinal Gio: Carlo di Toscana, e del Signor Principe Leopoldo, e del Signor Duca dell'Infantado, e del Signor Duca di Montalto, e d'altri. Non solo per le lettere, e per la sua nascita universalmente è stimato, ma ancora per la sua molta religiosità, e prudenza, come appare non solo per li molti carichi avuti nella sua Religione, ma anche per la stima, che del suo valore han fatto i Principi; che perciò fu mandato dal Signor Duca di Mont'alto Vicerè di Sicilia, Ambasciadore al Papa Urbano VIII. e dal Cardinal Trivulzio, e dal Senato di Palermo Ambasciadore al Re Cattolico, come si vede per una lettera, che incomincia. Signore: Il P. D. Giuseppe Boccadifuoco de' principali Cavalieri di questo Regno, che renderà la presente a V. M.* &c. (e siegue) *supplichiamo pertanto la M. V. degnarsi d'udirlo benignamente, e darli ferma credenza in tutto quello, che averà da rappresentarle* &c. *Onde per il suo valore, talenti, e bontà di vita si è reso molto conspicuo, ed ha onorato la sua Religione, ed in molte occasioni va stampato il suo nome con molte lodi.*

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Clericus Regularis *in Propositis bene moriendi propos.* 5. *pag.* 50. de eodem ait: *Hodie dum hæc potius exaro, quàm scribo, in hac nostra domo Divi Josephi è vita religiosè decessit octogenario major*, P. D. Josephus Buccafochius *insignis Ecclesiastes, pluries a Proregibus exoptatus, ac postulatus Episcopus, & demum Mazariensis renunciatus; quam dignitatem senio, & ægritudine gravatus repudiavit: dieque* 28. *Julii mensis, feria sexta, horaque circiter undecima, sacris omnibus procuratus, anno* 1684. *animam expiravit.* &c.

Deniq. FELIX CAJETANUS VERANUS Cl. Reg. alludens ad superius opus, quod *Joseph* inscripsit: *Idea Theologico-Moralis* &c. subjectum Elogium in ejusdem eximii viri laudem texuit.

JOSEPH BUCCAFOCHIUS
Clericus Regularis,
Concionator eximius,
Avito sanè nobilitatis jubare
Clarus,
Si clarior emicas calami umbris
Non miror:
Nomine igneus, splendidus omine
Non potuisti
Has inter tenebras
Clariorem in lucem non erumpere.
Te si audio, audeo
Palladis fateri solem,
Cùm doctrinarum splendores flaminibus
Fœneres:
Atramenti si fulgent in umbris,
Sapientiæ sunt sydera:
Nisi talibus gaudent, audent lucere
In Cymmeriis.

Veneres tamen hîc non rutilant,
Quoniam extinxit JOSEPH *concionando.*
Oratoris enim munere functus,
Defunctos vitiis, divitiis obrutos
Ad veræ lucis revocavit usuram.
Orthodoxus Orpheus
Non mentitæ lyræ, sed linguæ sonitu,
Plures eripuit.
Phlegetonteis ab oris Euridices:
Etsi non saxa, saxea corda
Deo traxit.
Fabula non amplius censeatur
Illa Deucalionis;
Duriores lapides in homines versos
Nostra est admirata ætas.
Igneo nempe loquente ore
Vel vitiorum rigentes hyeme
Non poterant ad virtutem
Non inflammari.
Sacer Prometheus
Ignem, quem gerit in nomine,
Fovet in ore.
E cœlo certè rapuit
Cùm nisi cœlestia loquatur.
Hos sensère ignes
Plures Latii oræ, ore hoc ab igneo
Illustratæ, succensæ
Ad veritatem, ad virtutem:
Testes sunt
Roma, Florentia, Panormus, Messana,
Melita, Urbinum,
Siculorumque singulæ ditiones,
Ubi Rethorum leporibus
Cœlestia perfudit pabula.
Testis Italia tota,
Ubi Jovis fulmen deterrebat,
Mercurii flumen demulcebat,
Ob dura corda prurientes aures
Novæ legis, quasi novus Moyses
Si non e lapide,
Ut bacillo antiquus legislator,
Lapideis tamen e cordibus,
Lacrymarum elicuit aquas;
Queis sterilescentia fæcundarentur
Pectora:
Sitis extingueretur Veneris.
Auditores suos Athletas fecit;
Nisi quod non oleo,
Sed lacrymis linivit:
Ut luctu luctarentur tutius cum vitio.
Ni fallor
Ejus lingua igneus est calculus,
E cœlo traslatus, ut tellurem
Defæcaret
Cunctam cùm jam incenderet ad virtutem,
Novus Phœnix
Hisce e flammis ad immortalitatem,
Ac Sacerdotum idea debuit evolare.
Hanc quisquis es Sacerdos
Si perscrutaris ideam,
Nisi aurea expecta verba
Ab eo qui ignem volvit in ore:
Ut prius purgarentur, quam nascerentur.
Si quidquid tetigit Mydas
Aurum fuit,
Quidquid est tibi loquutum igneum os
Aureum fluit.
Magna quæ ad Sacerdotem pertinent
Exili habes in Epitome;
Ut discas
Res pondere potiùs metiri, quàm numero:
Negat enim singularia, qui plura jactat.
Vasto doctrinarum in campo,
Saginatum ingenium
Quidquid pretiosi exhausit,
Hoc tibi apposuit in viridario;
Ut nisi aureos fructus carpas,
Quos Herculea a manu
Melius tuebitur, stemmatis sui serpens
Quam olim Hesperidum in horto
Præses Draco.

CARMINA LATINA

In ejusdem viri laudem.

Ex Francisco Maria Maggio C. R.

EPIGRAMMA I.

PRæco Dei donis, nullique vel arte secundus,
Italiæ celeber voce tonante fuit.
Quem favor hunc procerum, quem Regis ad alta vocabant:
Sed moriens nugas, cuncta fuisse videt.

EPIGRAMMA II.

Ex Bernardo Cavalerio C. R. Episcopo Sancti Marci, in quo loquitur de Josephi sepulchro.

SArcophago tegitur, qui multùm innotuit Heros,
Hic tandem Joseph *igneus ore silet.*
Quem genuit Platia, huic dedit indumenta Thienes,
Roma mitram, cineri hæc aurea Concha locum.

San-

Sanguine, doctrina quavis, gravitate refulsit;
Trinacriæ hoc munus docta Minerva dedit.
Verba Dei faciens, quid proderit ipse per Orbem
Dicere non opus est? Perlege: nomen habet.
Tot clarus meritis ad præmia ab urbe vocatus,
Hic humilis spernens culmina, delituit.
Quo ore silente ignis: centum fama ora recludit,
Ut referat laudans inclyta gesta viri.
Hanc sequere admirans, hanc ipse incitare viator:
Ne sedeas, sed eas, visaque mira refer.
Nam meritò extollunt homines præconia laudum,
De quo nec verbis parcere saxa queunt.

EPIGRAMMA III.

Ex Augustino Arata C. R. pro gentilitio Josephi nomine.

Solis ad aspectum sibi Phœnix concitat ignem.
Doctus in extructo nascier inde rogo;
Sic vivax rapidæ nescit succumbere morti,
Novit & accensis vivere posse focis:
Tu Decio laudem cùm fers, tunc Solis ad instar,
Ducere das longos Igneo *ab* Ore *dies.*

EPIGRAMMA IV.

Ex Francisco Gueli U. J. D. pro oratione funebri in exequiis P.M. Decii Carreghæ Ordinis Prædicatorum.

Prisca vetustatis sileant miracula prima,
Vivere, quæque loqui fictile vidit opus,
E cœlo huic animam rapto dedit igne Prometheus,
Immitti, & meritò nunc cruciatur, ave;
Occubuit Decius, Josephi ast igne resurgit,
Igne oris, quid non lingua diserta potest?
At mirum! vitam præbet laus una duobus,
Ille diù fama vivet, & iste diù.



JOSEPHI CICALÆ

Clerici Regularis, Archiepiscopi Messanensium

ELOGIUM XXXIX.

Ex Antonino Mongitore in Biblioth. Sicula tom. 1. fol. 376. & in Additione ad Siciliam Sacram Rochi Pirri Notitia 6. Ecclesiæ Mazariensis fol. 862. & Notitia 2. Ecclesiæ Messanensis fol. 438.



JOSEPH CICALA nobilis Panormitanus, Clericus Regularis, natus ex Vincentio Cicala, & Francisca Statella e Marchionibus Ispicæfundi 1612. Cùm annum decimumquintum attigisset, Ordinis habitum accepit 15. Martii 1626. & elapso tyrocinii anno, undecima Aprilis 1627. Panormi solemnia emisit vota. Decursis studiorum spatiis, gravioribus disciplinis apprimè instructus refulsit. Inde egregias ingenii vires ad sacram eloquentiam admovit: ob eximiam elocutionis vim, eruditione, ac Sanctorum Patrum copiâ refertissimam, magno cum plausu declamavit in præcipuis Italiæ civitatibus, præsertim in cinerali jejunio Panormi, Messanæ, Neapoli, Genuæ, Mediolani, Florentiæ, Romæ, in insula Melitæ, & alibi: ut etiam extra Quadragesimam sæpiùs per annum conciones disertissimas habuit. Hinc eruditorum omnium calculo inter præstantissimos ævi sui Oratores fuit meritò recensitus, ac præclarissimum sibi nomen comparavit. Panormi domum S. Josephi rexit Præpositi munere, & S. Officii Siciliæ fuit Consultor, & Censor. Romæ verò Carolo Bonello S. R. E. Cardinali gratissimus, ab ipso in suum Theologum fuit delectus. In Hispaniam delatus, statimac ejus eloquentia innotuit, a Carolo II. Catholico Rege Regii Concionaris munere fuit insignitus. Ibi pluries Matritensem Domum S. Mariæ de Fervore gubernavit; ac inter supremæ Inquisitionis Hispaniarum Censores fuit

adscriptus. Doctrinâ, ac promeritis clarissimis cumulatus, anno 1670. ab eodem Rege ad Episcopatum Mazariensem fuit promotus, & a Clemente X. inauguratus: ut constat ex Bullis Romæ datis pridie Kalendas Julii 1670. Eximio animarum zelo æstuavit: ideoq. magna sedulitate Diœcesim totam visitavit; nec Insulam Pantellariæ reliquit, quæ a Mazariæ Urbe recedit ad 70. millia passuum; & ut ad eam navigaret, Triremem a Siciliæ Prorege obtinuit: ibique inhabitantes, qui Pastoris faciem per multos annos non viderant, consolatione affecit. Paternam charitatem erga omnes mirificè detexit, præsertim erga pauperes: ideoque in ea frumenti inopia, quâ Sicilia laboravit anno 1672. eo studio Mazariensibus consuluit, ut iisdem triticum venderetur tarenis septem pro singulo tumulo, cùm in civitatibus finitimis ad rationem tarenorum duodecim venderetur. Anno 1673. commotâ Drepanensi plebe, desudavit, ut concitati civium motus sederentur, etsi irrito conatu. Episcopale Palatium amplificavit, cui nonullas addidit sedes pro familię inhabitatione: ejusq. faciem exornavit, ubi gentilitia ejus stemmata spectantur. In Cathedrali Ecclesia sacellum excitavit Divo Cajetano sacrum, marmorato, & picturis eleganter expolitum, ac cancellis e marmore insigne ejus altare conclusit. In eo extat inscriptio:

Clericorum Regularium Fundatori, Ecclesiasticæ disciplinæ Restauratori, sacellum hoc a fundamentis erexit, exornavit Parenti optimo, humillimus filius Joseph Cicala Panormitanus, Episcopus Mazariensis anno salutis MDCLXXV.

Panormi Ecclesiam S. Josephi Cl. Reg. 23. Maji anno 1677. Dominica quinta post Pascha Resurrectionis solemniter consecravit. Eo Præsule in Palatio Ducum Terrænovæ, in civitate Castrivetrani excitata est Collegiata S. Petri: sua etiam agnoscit primordia Collegium Mazariense Societatis Jesu. Sepulchrum sibi paraverat in Cathedrali, in Sacello S. Cajetani: ibique hoc legitur Epitaphium marmori insculptum:

Hic silet Tuba Evangelica Joseph Cicala, & Statella, Clericus Regularis, Episcopus Mazariensis, quem mors a mortalibus abstulit anno ætatis suæ......

Anno verò 1678. ejus exingentibus promeritis ad Archiepiscopalem Sedem Messanensem translatus est, ex Apostolicis Bullis Innocentii XI. datis Romæ 7. Idus Maji 1678. ex scriptis Panormi primo Junii ejusdem anni. Ut ecclesiasticam disciplinam promoveret, in suarum ovium beneficium anno 1681. 20. Aprilis Diœcesanam Synodum celebravit, typis traditam eodem anno Messanæ. Cathedrale templum marmorata calce, picturis, marmoribusq. exornavit, quibus templum ad architecturæ leges recentioris temporis redigere studuit: his verò in operibus tria circiter aureorum millia erogavit. Id patet ex hac inscriptione in eodem templo adjecta:

D. O. M.
Innocentio XI. Summo Pontifice,
Carolo II. Hispaniarum, ac Siciliæ
Rege invictissimo,
D. Joseph Cicala Statella
Panormitanus, ex Clericis Regularibus,
Mazariensis olim Antistes,
Nunc Archiepiscopus Messanensis,
Pictorum, Plastarumque opere,
Propriis sumptibus perpolitam
Hanc Metropolitanam Basilicam,
Sponsam uxorem Agni,
Lacteo candore exornatam
Voluit.
Ab Orbe Redempto Anno MDCLXXXII.
Sui Archiepiscopatûs IV.

In regenda vigili cura Ecclesia, nunquam ex animo obliteravit amorem erga Ecclesiam S. Josephi Cl. Reg. Panormi, in qua prima regularis observantiæ alimenta hauserat. Ideoque sacellum Divæ Mariæ a Puritate sacrum in eadem Ecclesia, marmoribus, marmorato pulvere, auro delinito, aliisque ornamentis elegantissimè instruxit. Variegato marmore solum ante sacellum constravit; in cujus meditullio hæc legitur inscriptio:

Joseph Cicala, & Statella
Ex Clericis Regularibus
Post Mazarienses infulas
Archiepiscopus Messanensis,
Ad Puritatis Aram
Hic posuit amoris pignus.
Virginis igni

Cor

Cor tenerum.
Durum suorum cineribus
Marmor.
Utraque hæreditas maxima.
Nihil corde gratiùs
Cælo est:
Terræ
Sepulchrali lapide
Gemma pretiosior nulla.
Anno Domini MDCLXXXI.

Prope vitæ finem condito testamento nonnullla aureorum millia ad præfati templi ornatum legavit, quibus in dies splendidiùs elucet. Messanæ pariter in Ecclesia sui Ordinis, quæ Divæ Mariæ ab Angelo salutatæ dicata est, plures sumptus impendit pro sacrorum ornatu, ac supellectili. Demum optimus Pastor, ac eximius Archipræsul annum agens ætatis suæ septuagesimum tertium, mortalitatis exuvias ibidem in sua Archiepiscopali sede deposuit 28. Septembris anno 1685. & in præfata S. Mariæ Ecclesiâ Clericorum Regularium conditus fuit prope majus Sacellum, ubi hæc legitur inscriptio:

Joseph Cicala, & Statella
Ex Clericis Rugularibus,
Olim Episcopus Mazariensis,
Postea Archiepiscopus Messanensis
Anno Domini MDCLXXX.
Hunc lapidem, ut ei subesset,
Erexit.

Vicarios Generales habuit Vincentium Homodeum, & Candidum Syracusanum J.U. Doctorem, exinde P.D. Cajetanum de Castillo Clericum Regularem, mox Episcopum Liparensem.

Edidit nonnulla ingenii monumenta, præsertim:

Dodeci discorsi sacri. Messanæ apud Vincentium Amicum 1683. in 4.

Orazione detta in S. Antonio di Milano a dì 20. Giugno 1644. nell'esequie di Monsignor Paolo Aresi Vescovo di Tortona Teatino. Mediolani apud Georgium Rollum 1644. in 4.

Il Ritratto di Cristo, Orazione delle Stimmate di S. Francesco. Ibidem apud eundem 1644. in 4.

La Pianta della Vita, Panegirico in lode di S. Agata. Catanæ apud Joannem Rossum 1636. in 4.

Synodum anno 1681. die 20. Aprilis Messanæ celebratam. Messanæ typis Vincentii de Amico apud Matthæum la Rocca 1681. in 4.

SYLLABUS

Summorum Pontificum, Regum, S. R. E. Cardinalium, Principum, Prælatorum, aliorumque illustrium virorum, penes quos JOSEPHI CICALÆ doctrina, & eloquentia magno in honore, & pretio fuêre.

CLEMENS X. Pontifex Maximus, de Theatino Ordine præclarè meritus, *Josephum Cicalam* (cujus præclara merita probè noverat) ut primùm Romam adventantem pro inauguratione ad Mazariensem Episcopatum accepit, vehementer gavisus est: cumque postea insignem illius doctrinam, & eruditionem in examine, quod coram se subiit, animadvertit; mirum profectò! quot benevolentiæ, æstimationisque signis complexus eumdem est, quamdiù Romæ moram suam protraxit.

CAROLUS II. Hispaniarum Rex, ob magnam, quam de *Josephi* eloquentia, morumque probitate opinionem conceperat, illum in primis Regii Concionatoris sui charactere Matriti insignivit: dein ad Mazariensem infulam provexit: postremò ad Archiepiscopatum Messanensem anno 1677. transtulit.

CAROLUS BONELLUS S. R. E. Cardinalis, adeo addictus *Cicalæ* fuit, ob ipsius nimirum vitæ integritatem, singularem prudentiam, & sapientiam, ut non modo illum animi sui, suorumque actuum rectorem legerit: verùm etiam nihil eo inconsulto aggredi, nihilque prosequi consueverat; quæ enim latere alios pervellet, *Josepho* explicabat, rogabatque illius sententiam, ac mentem, veluti ab ejus supercilio, ac nutu sua omnia penderent.

JOANNES PAULUS LASCARIS CATTELAR Magister Equitum Sacræ Jerosolymitanæ Religionis, permotus publica, quæ de *Josephi* eloquentia sese fama per universam Italiam diffunderat, illum Melitam pro Evangelii

præ-

prædicatione tam in Adventûs festis, quàm in magni jejunii feriis obeundam accersivit; quem ante & post Quadragesimæ curriculum perhumaniter excepit, fecitque pluries commensalem suum, atque singularibus gratiis, & favoribus cumulavit.

ANTONIUS DE SOTOMAJOR Archiepiscopus Damascenus, supremæ Hispaniarum Inquisitionis Generalis Quæsitor, *Josephum Cicalam* ob insignem doctrinam, eruditionemque ubique conclamatum, ac veneratum in Matritensi aula, inter Censores, & Qualificatores ejusdem Tribunalis S. Officii motu proprio cooptavit.

Nonnulli Hispaniarum MAGNATES præcipui nominis, & auctoritatis apud regiam aulam, capti mellifluâ *Josephi* dicendi facundia, necnon morum ejus suavitate, & integritate adeò illum appretiati sunt, ut ad singularem erga ipsum benevolentiam suam patefaciendam, domi frequenter adire, & cum eo familiariter agere, (quamdiù Matriti egit,) in morem habuerint.

Denique complures Siciliæ Moderatores, Præsules, & Dynastæ, quos præclara *Josephi* promerita minimè latebant, summo illum in honore, & pretio jugiter habuêre.

SYLLABUS

Auctorum, qui honorificè, & encomiasticè loquuti sunt de doctrina, & eloquentia JOSEPHI CICALÆ.

1 ANTONINUS MONGITORE præter ea, quæ in laudem Josephi Cicalæ scripsit in sua eruditissima *Biblioth. Sic.* loco superius citato, eundem insuper commendat in pluribus aliis operibus suis, & primò quidem in libro: *Panormus devota Deiparæ Virginis to. 2. lib. 4. in Centuria Scriptorum de Maria Virgine pag.* 377. ubi de eodem italicè ait: *Giuseppe Cicala Chierico Regolare, Vescovo prima di Mazzara, e Arcivescovo dapoi di Messina, nella cui sede fiorì con pieno splendore.* &c. Et *cap.* 7. §. 36. *pag.* 193. describens fusius ipsius pietatem, & cultum erga Deiparam cœlorum Dominam, plura in ejusdem laudem congerit. Denique *in Musæo Siculo cap.* 4. *fol.* 137. præclara Josephi gesta, & merita fusiori encomio prosequitur. De quo pariter *in Historia Ecclesiarum Urbis Panormi cap. Ecclesia S. Josephi Cler. Reg.* mentionem facit.

2 FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. *de Ritibus incolendæ solitudinis* loquens *lib.* 4. *disquis.* 1. *pag.* 213. de Josepho, ait: *Mazariensis Episcopus D. Joseph Cicala e nostro Ordine assumptus, ut vitæ integritate, ita eruditione, doctrina, ac eloquentia celeberrimus.* &c. De quo etiam meminit *in vita Alipii a S. Josepho cap.* 10. *pag.* 160.

3 JOANNES BAPTISTA GRAFFEUS in libro, cui titulus: *Il necessario esercizio de' Giovani*: in Epistola nuncupatoria mentionem faciens Iosephi Cicalæ, eum appellat *gloriosæ memoriæ Archipræsulem*.

4 JOANNES BONIFACIUS BAGATTA C. R. *in vita Caroli de Thomasiis part.* 2. *cap.* 7. *pag.* 266. Cicalam commendat, ex eo quod fuerit tenerrimæ, & scrupulosæ conscientiæ.

5 JOANNES HORTULANUS in libro, quem nuper edidit, inscripsitque: *Trionfo di fede, e ossequio in onore di Maria Vergine*, anno 1728. referens cunctos Archiepiscopos Messanenses, qui erga Dei parentem obsequium suum maximè patefecerunt, hæc de Josepho Cicala *fol.* 31. addit: *D. Giuseppe Cicala succedè al governo di questa Chiesa al Carafa, imitatore non men del suo generoso esempio, che delle sue profonde dottrine. Fu insigne Oratore, e lasciò molti utili ricordi del suo mansuetissimo ministero. Stava scritto per lui quest'elogio: D. Joseph Cicala Panormitanus ex Clericis Regularibus doctrinæ floribus, ac eloquentiæ, quibus pollebat, in Me ropolitana Messanensi Basilica verba faciens, sacrum Deiparæ filium sexies redimivit: unde a Mazariensi ad Messanensem regendam Ecclesiam, Virgine moderante, creditur assumptus, quam si antea concionibus, postea exornando illustravit.*

6 JOANNES PETRUS CRESCENTIUS *in Præsidio Romano lib.* 3. *pag.*

pag. 32. *n.* 10. inter Episcopos Congregationis Clericorum Regularium Josephum Cicalam enumerat, dilaudatque.

7 JOSEPH DE AMBROSIO *in descriptione solemnitatis Epistolæ Marianæ pag.* 488. Josephum Cicalam, & Statellam Messanensium Archiepiscopum vocat *Stellam primæ magnitudinis in cœlo Theatinæ Religionis*.

7 JOSEPH BERNARDUS CASTELLUCCIUS *in Diario sacro Panormitano pag.* 65. mentionem faciens consecrationis Ecclesiæ S.Josephi Urbis Panormi, dicit, illam factam fuisse a *Josepho Cicala* Clerico Regulari Theatino, Episcopo Mazariensi anno 1667. Dominica quinta post Resurrectionem Domini. *&c.*

9 JOSEPH MARIA PERRIMEZZI e Minimis S.Francisci de Paula, Episcopus Oppidi, in libro, cui titulus: *Difesa della sacra Lettera scritta da Maria Vergine a' Messinesi part.* 1. *dissert.* 8. *pag.* 176. ait: *Giuseppe Cicala di Palermo Chierico Regolare, detto dal Reina, Predicatore di molto pregio per dottrina, e facondia, nel Quaresimale, che con sommo plauso recitò nel Duomo di Messina, in tutti i Sabbati della Quaresima fece addattati sermoni, in cui espresse le grazie fatte da Maria a' Messinesi.*

10 JOSEPH SILOS *in Historia Cleric. Regul. part.* 3. *lib.* 12. loquens de Theatinis Scriptoribus, hocce elogium in *Josephi* laudem *fol.* 601. exaravit: *Joseph Cicala nobilis Panormitanus, Ordinem iniit, dixitque sua vota in Divi Josephi templo die Aprilis* 11. 1627. *Gravioribus scientiis excultus, quod suppeteret abundè dicendi facultas, eæq. inessent partes, quæ maximè verbi Dei præconem decent, id muneris exercere cum fructu cœpit. In Sanctorum Patrum monumentis versatissimus, unde copiosior illi eloquentiæ supellex, quæ non sine sententiarum acumine, ac verborum elegantia. Præter conciones per annum, auditus in feriis cineralibus Romæ, Neapali, Genuæ, Mediolani, Panormi, Florentiæ, atq. alibi etiam locorum extra Ordinem. Panormi in Divi Josephi Domo præfuit, atque inter sacræ Inquisitionis, ut ajunt, Qualificatores est adoptatus: Matritum deinde allegatus, nostrum Deiparæ a Fervore Cœnobium semel, ac iterum administravit. Perspecta verò in ea aula viri eruditione, ac eloquentia, in gravissimam S. Officii Congregationem adscitus, renunciatus est etiam Regius Concionator: planè ut honestissimo inter Hispanos loco, atque in omnium oculis sit homo Italus.* &c.

11 MICHAEL JUSTINIANUS *in Literis memorabilibus part.* 2. *pag.* 566. adfert epistolam, quam ad *Josephum Cicalam* scripsit, in cujus titulo eum vocat Regis Concionatorem, atque electum Mazatiensem Episcopum.

12 PETRUS A PANORMO ex Minoribus Reformatis S. Francisci *in vita Hieronymi Inveglia cap.* 12. *pag.* 84. Josephum ob vitæ probitatem, integritatemque commendat.

13 PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneolog. Nobilitatis Siculæ part.* 2. *fol.* 58. *in supplemento familiæ Cicalæ*, hæc de Josepho habet. *D. Vincenzo Cicala si casò con una figlia di D. Ercole Statella de' Marchesi di Spaccaforno, de' quali n'è nato il virtuoso* P. D. Giuseppe Cicala *Teatino, che d'anni quindeci entrò nella Religione de' Chierici Regolari, ed è riuscito de' primi Predicatori del suo tempo, avendo nella sua gioventù cavalcato i primi pulpiti d'Italia, quel del Duomo di Palermo, di Malta, di S. Paolo di Napoli, e di S. Andrea della Valle di Roma.*

14 PLACIDUS REINA *in Notitiis Historicis Messanæ pag.* 85. recensens singulos Concionatores, qui de Epistola B. Mariæ Virginis laudes dixerunt, inquit: *Giuseppe Cicala Palermitano de' Chierici Regolari, Predicatore di molto preggio per dottrina, e facondia; in tutti i Sabbati del suo dotto Quaresimale recitato nel Duomo di Messina, rappresento vivamente i favori conceduti dalla Vergine Madre ad essa Città, scrivendole la santissima Pistola.*

15 THOMAS DE GREGORIO *in Poesi Lyrica Officinæ part.* 3. *pag.* 335. deflens absentiam *Josephi Cicalæ* Theatini Concionatoris, amici sui ex urbe Messanæ, hocce carmen cecinit.

Vola

Vola talor fra le più verdi piante
Vago uccellin, che col soave canto,
Di porre in fuga si può dare il vanto
I più mesti pensier d'un core amante.
Ed io già vuò per queste selve errante,
Odo gli uccelli, e in me non cessa il piãto,
S'invaghita restò l'alma cotanto
D'una Cicala *al mormorar sonante.*
Dove ti troverò, susurro amato,
Soave mormorío, grido canoro,
Che render puoi questo mio cuor beato.
Ah fuggisti a bear forse Peloro,
E qui lasciasti me quasi gelato,
Che inutilmente i tuoi soccorsi imploro.

16 ANTONIUS FORTIS Societatis Jesu Sacerdos *in suis Epigrammatibus pag.* 61. alludens ad Cathedralem Messanensium Ecclesiam, quam inducta marmorata calce dealbari proprio ære curavit *Joseph Cicala* ejusdem Archiepiscopus, carmen hoc in ejusdem laudem texuit, concinuitque.

Candida majestas, & cãdida gratia labris:
Candidior morum fulgurat integritas.
Ebria rorifero tibi pascitur imbre Cicada:
Ros lac auroræ: lacteus inde nites.
Nec modò Pastor oves morum candore nivales;
Ædibus ipsa sacris lactea saxa cupit.
Si tamen astra tuis meritis, ac omina nostris
Candida sint votis, murice fulvus eris.

Et pag. 26. eundem commendans, quod in Zaffariæ Villa Patrum Societatis, adstante ipsorum Rectore Francisco Sanctacolumba, sacro chrismate Pagi cultores inunxerit, hoc aliud epigramma in ejusdem laudem cecinit.

Præsul Sicaniæ decus ingens, gloria Zanclæ,
Ingens Romani muricis ambitio,
Cujus Athenarum ritu, stirps clara Cicada *est;*
Palladis hoc voluit nobilitare nemus.
Has coluit sylvas, aram veneratus agrestem.
Advocat, & casto pollice signat oves.
Vincat avernales, ut rustica turba phalanges,
Non styge, sed frontis chrismate inunctus apex.
His quæ flores agris, sacrum dat oliva liquorem.
Debuerant sylvæ prolis honore frui?
An, cùm sit ramus, volucris quem gessit in Arcam
Noe, pacati Numinis auspicium.
Chrisma decet sylvam, cui reflorentis olivæ
Augurium referens Sanctacolumba præit.

17 CAJETANUS DE CASTILLO Cler. Reg. olim *Josephi Cicalæ* Vicarius Generalis in spiritualibus, ac postmodum Episcopus Liparensis, in suis poeticis ingenii monumentis, ad perennem grati animi significationem erga præfatum *Josephum Cicalam* Archipræsulem Odem hanc conscripsit, cecinitque.

O D E
Tricolos Tretrastrophos.

LAudum perennes discite paginæ,
Ventura quondam discite sæcula,
Virtute nasci purpuratos
Non pretio genitore fasces.
Quemcumque tollunt ardua, vel celer
Illimitatæ penna scientiæ
Sublimis ille, celsa fulvi
Non patitur grande pondus auri.
Fessos tiaris nonnisi vertices
Virtus laboris prodiga sublevat,
Sudore quæsitæ curules
Emeritis patuêre plantis.
Quantis decorus splendes honoribus
Inter Thienis septaque filios
Joseph *sacrorum Præsul, omni*
Et Siculo bene notus orbi.
Sed quantis ipsis actibus emines
Rerum præalto culmine celsior,
Quam si levato dignitatum
Subsiliant geminata clivo.
Montana grandes quod tibi conferat
Altum lacertos? vel quibus æmul.
Exequet armos celsitudo,
Vel trabeis cumulata moles:
Stant prorogatis altius inclyta
Tuæ colossis pegmata gloriæ;
Infra coronati levantur
Vertice, sed leviore colles.
Te prominenti gradibusætheri
Præcelsus actis, te tuus altius
Infert Olympus, te beatis
Consociant tua facta regnis



CAR-

CARMEN ETRUSCUM

A Petro de Septimo e Marchionibus Cerratanæ, Imperialis Collegii Nobilium Convictore, & Boni Gustûs Academico compositum,

In quo sub Amintæ nomine JOSEPH CICALA Messanensium Archipræsul laudatur.

Sciogli sciogli il tuo bel crine,
Le divine
Bionde chiome spargi al vento.
Deh Trinacria quegli Allori
Strappa, e' fiori,
Da cui il capo ave ornamento.
Le tue ricche ornate vesti,
C' ora vesti
Sì pompose, rotte sieno:
Spargi pur sospiri, e pianto,
Nero ammanto
Copra il tuo candido seno.
Morte acerba, morte ria,
Che desìa
Nostro male, e nostre pene,
Ci ritolse il caro AMINTA,
Ecco estinta
Con lui gioja, e ogn'altro bene.
Intercal.
Sciogli sciogli il tuo bel crine,
Le divine
Bionde chiome spargi al vento.
Deh Trinacria quegli Allori
Strappa, e' fiori,
Da cui il capo ave ornamento.
Quell' AMINTA *ci à ritolto;*
Quel fu colto
Da' suoi strali crudi, e felli,
Di cui spesso i dolci accenti
Tutti intenti
Udian Ninfe, e Pastorelli.
Quell' AMINTA *ne ritolse,*
Che rivolse
I Pastor dal falso calle,
Di virtute al buon sentiero,
E severo
Dimostrò l' inferna valle.
Intercal.
Sciogli sciogli il tuo bel crine,
Le divine
Bionde chiome spargi al vento.
Deh Trinacria quegli Allori
Strappa, e' fiori,
Da cui il capo ave ornamento.
Quell' AMINTA, *che reggea,*
E solea
Illustrar le nostre selve,
E si piangono con nui,
Sol per lui
I leoni, e l'altre belve.
S' ode intorno il suo gran nome
Non so come
Da per tutto risonare:
Piange il vento quando spira;
E sospira
Il ruscello, e piange il mare.
Intercal.
Sciogli sciogli il tuo bel crine,
Le divine
Bionde chiome spargi al vento.
Deh Trinacria quegli Allori
Strappa, e' fiori,
Da cui il capo ave ornamento:
Dolce AMINTA *tu piangevi*
Se vedevi
Gir per balze, o per dirupi
Qualche cara pecorella
Vaga, e snella;
Or te piangono le rupi.
Te cultor de' sacri altari
Con amari
Pianti or noi tutti lodiamo:
Te cultor de' sacri tempj
Con esempj
Di tristezza ora piangiamo.
Intercal.
Sciogli sciogli il tuo bel crine,
Le divine
Bionde chiome spargi al vento:
Deh Trinacria quegli Allori
Strappa, e' fiori,
Da cui il capo ave ornamento.



JOSEPHI GELOSI

Clerici Regularis, Concionatoris magni nominis

ELOGIUM XL.

Ex Antonino Mongitore tom. 1. Bibliothecæ Siculæ fol. 383.



JOSEPH GELOSUS Panormitanus ex Josepho Silos, ac ejusdem Gelosi testimonio in operibus infra deferendis: non Savonensis, ut Augustino Oldoino placuit *in Athenæo Ligustico pag.376.* & Raphaeli Soprano *de Scriptor. Ligur.* apud ipsum. Frater Jo: Antonii Gelosi Episcopi Pactensis, qui olim Theatinæ religionis insignia acceperat in Domo S. Josephi, sed propter infirmitatem, illa post aliquot menses deposuit. Clericorum Regularium Ordinem ingressus, solemnia edidit vota Panormi 22. Octobris anno 1606. Graviores disciplinas amplexus, ob egregiam ingenii indolem, assiduumque studium, doctissimi Theologi gloriam, ac disertissimi Concionatoris nomen consequutus est. Inter præstantiores verbi Dei præcones recensitus, per annos 40. Concionatoris munere summa cum laude functus, enituit: ex quibus 36. in quadragesimali curriculo, & 35. per anni ambitum declamavit in præcipuis Siciliæ, & Italiæ civitatibus; præsertim Romæ, Neapoli, Venetiis, Mediolani, Rhegii, Modonæ, Panormi, Messanæ, & alibi: ob eloquentiæ nitorem, eruditionis ubertatem, sacrarum literarum, Sanctorum Patrum copiam, (quorum testimoniis fuit Instructissimus) nunquam sine laude, plausuque auditus. Obita munia egregias viri dotes apud suos probavêre: inter quæ in primis enumerandus Consultoris Generalis munus. Annum agens 63. apoplexiæ ictu enervatus, biennio elapso vitam absolvit Panormi 8. Martii anno 1657.

Edidit italicè ex Mongitore

I Celesti Tesori delle incomparabili grandezze di S. Giuseppe Sposo della Beata Vergine, e Padre dell'Incarnato Dio. Panormi apud Alphonsum de Isola 1636. in 4.

Quaresimale, overo discorsi sopra tutti i Vangeli della Quaresima, e Sermoni della Passione di Gesù Cristo, e dell'eccellenze di Maria Vergine. Tomo primo, e secondo. Panormi apud Petrum de Isola 1644. in 4. & Venetiis apud Paulum Balleonium 1649. in 4.

Santorale, discorsi de' sovrani lodamenti di Cristo, dell'eccellenze di Maria Vergine, e delle grandezze de' Santi nelle due stagioni del Verno, e della Primavera. Venetiis apud Christophorum Thomasinum 1650. in 4.

Santorale, discorsi de' sovrani lodamenti della Trinità ineffabile, dell'eccellenze di Cristo ascendente, dello Spirito santo, e delle grandezze del SS. Sacramento dell'Altare, con i ragionamenti per un intiera ottava. Tomo secondo. Panormi apud Josephum Bisagnium 1655. in 4.

Alia etiam 18. volumina de rebus Concionatoriis MSS. reliquit.

SYLLABUS

Auctorum, qui partim soluta oratione, partim latinis, & etruscis carminibus JOSEPHI GELOSI eloquentiam, ac doctrinam commendarunt.

ALOYSIUS NOVARINUS C. R. *in Encyclopedia, sive Opusculorum tom. 1. fol. 78.* adducit Epistolam, quam ad *Josephum Gelosum* scripsit, quæ est tenoris sequentis. *Reverendo Patri D. Josepho Geloso Præposito Clericorum Regular.* &c. *epist. 73. Quod Eudoxio Rhetori dixit S. Gregorius Nazianzenus ad illum scribens, si idem tibi dixero, non dices mihi dicam; totum enim aptè hic cudit, mentem meam exprimit; & indicat, quod res est. Amicitiæ officiis te supero. Prior enim, ut vides, scribo. Ac mihi credas velim, ne me quidem ostentassem (id enim a me alienum) nisi amicitiam tuam plurimi ducerem, mihi necessariò faciendum existimarem, ut tanquam pullum equinum stimulo, sic te ad scribendum excitarem. Scribo igitur ut scribas, neve putem ferias amantis animum agere, si calamus ferietur; hoc quippe exertè dico,*

eo, altius te huic pectori inscripsi, quam ut inde abradere te possit scriptionis nimia raritas, aut ulla negligentia; sed ex alio etiam capite manum calamo admovi. Opus editurus, in quo christiani orbis admiranda, ea scilicet, quæ naturæ superant vires, recenseo, operâ tuâ indigeo, si quid igitur habes notatu dignum gratum erit si ad me transmiseris, alii non pauci ex amicis, quos adivi, idem præstitère; diligentiæ tuæ lita; nec minora a te spero. Et verò quia in opere, quod molior, te tanquam amicum adeo, sine ut hoc literario obsequio te aliis amicis pariem, numerem te cum aliis, quos veneror, quos amo. Itaque dum expecto, quod postulo, tu habe quod non postulasti, varia sint quæ subjicio, in amore tamen ego nunquam varius idem semper ero. Vale.

ANTONINUS MONGITORE in libro: *Panormus Devota Deiparæ Virginis tom. 2. lib. 4. pag. 377.* loquens de Marianis Scriptoribus, *Josephum Gelosum* appellat *Concionatorem eruditum, & facundum.*

AUGUSTINUS OLDOINUS Societatis Jesu *in Athenæo Ligustico pag. 376. Josephum Gelosum*, quamvis ex errore faciat Savonensem, illum tamen collaudat, *utpotè pietate, & eruditione nobilem.*

FRANCISCUS GUELI in suis poeticis ingenii monumentis alludens ad opus, quod de Thesauris S. Josephi *Gelosus* scripsit, illum etrusco carmine summopere commendat.

JOANNES PETRUS CRESCENTIUS *in Præsidio Romano lib. 2. pag. 35. n. 19. Josephum* inter egregios Concionatores ex Theatinorum Ordine, recenser.

JOANNES VINCENTIUS CANDIA ex Ordine Prædicatorum Magister, & Sancti Officii Siciliæ Censor, in approbatione libri ejusdem Gelosi *de Cælestibus Thesauris Divi Josephi*, eundem tanquam *eruditione summa, doctrina, eloquentia, ac ingenii sublimitate refertum*, extollit, & effert.

JOSEPH SILOS *in Historia Clericorum Regularium part. 3. lib. 12. f. 602.* de eodem scribens *in Catalogo Theatinorum Scriptorum*, ait: *Joseph Gelosus Panormitanus, authoratus publicè Religionis votis Panormi die Octobris altera & vigesima 1606. In sacræ eloquentiæ usu totus fuit.* &c. *Præfuit etiam in Ordine, egitque præsertim Romæ Patris Generalis Consultorem.*

JOSEPH LA FARINA Baro de Hyrrosa *Josephum Gelosum* carminibus suis etruscis commendat, ex eo quod Sancti Josephi Thesauros scripserit.

RAPHAEL SOPRANUS *in Catalogo Ligurum Auctorum* apud præfatum Oldoinum, *Josephum Gelosum*, quem etiam ex errore vocat Savonensem, emeritis laudibus exornat.

CARMINA LATINA

IN LAUDEM JOSEPHI GELOSI,

Ejusque libri de Cœlestibus Thesauris Divi Josephi.

ODE

Tricolos Tretrastrophos

Antonini Viterbi, & Imperatoris.

Si quot superbas frondibus impotens
Detondet Auster flamine populos,
Seu quot sub autumni lepores
Sylva comis viduata squalet;
Et quot serena nocte vagantia
Cœlo renident sydera; flosculos
Quot Enna mittit, tot benigno
Copia opes gremio refundat:
Humana acervis non tamen his fames
Expletur auri: sæpè rapacius
Pervadit ipso fulmine, imis
Quærere opes latebris repostas.
Aurum per acres ire satellites,
Et saxa magnis edita molibus,
Cœloque jam eductas ab ima
Sede potest removere turres.
Semota terris vellera Colchicis
Ferrata Martis limina jam diù,
Satisque munibant ferocis
Excubiæ vigiles Draconis;
Si non jacentem velleris aurei
Custodem avari dextra Jasonis
Risisset audax non suetam
Ire viam tumidum per æquor.

Ergo quid intactas Arabum sitis
Haurire gazas, non opulentior
Unquam futurus, sed perennes
Inter opes animo indigente.
Augustiores divitias Patrum
Aurifodinis promit ab abditis,
Conditque thesauris Gelosi,
Perpetuis operosa charta.
Quantas alumni dextra benignior
Gazas Joseph *pectore congerit,*
Lustrare lyncea Gelosi
Luce potest mage perspicaci.
Ergo nocentes velleris aurei
Custodis ungues, armaque militum
Ausisque non obducta clathris
Limina ab egregiis retardent.
Quicumque plenis sat cupidum diù
Beare Thesauris animum paras,
Beatiores occupabis,
Auspice divitias Geloso.

Ejusdem
EPIGRAMMA I.

Grande decus Pharii custos quod fidus Joseph
Extiterit regni, quodq. minister opum.
Grandius alterius, cui quidquid possidet æther,
Quidquid terra boni, credidit omnipotens.
Quas inter tua laus etiam collucet Joseph,
Est cui commissum grande ministerium:
Et cui mente datum scrutari æraria cœli,
Thesaurosque sacros noscere cœlicolum.
Nam Deus augusto quantum sub pectore Joseph
Condit opum, his tabulis promis, & enumeras.
Ergo opus hoc operi veteris tam præstat Joseph,
Præcellunt quantum posterioris opes.

Balthassaris Cappelli Baronis
Bonfallaræ
DISTICHON
Anagrammaticum.
DON JOSEPH GELOSUS.
Programma.
DIGNUS ES ORE POLO.
Anagramma.

Maximus appares pariter dum scribis, & oras;
Angelus es calamo, DIGNUS ES ORE POLO.

Ejusdem
EPIGRAMMA II.

Vir sapiens justum, celebratque Gelosus *amantem,*
Qui sponsa dignus Virgine Virgo fuit.
Magnum opus inspicio, cœli mysteria pandit,
Multa notat, dicit maxima, mira probat.
Eja age (mortalis) redit ætas aurea nobis,
Dum tot Thesauros (eja age) mundus habet.

Sebastiani Carusii & Romani
EPIGRAMMA III.

Immensum laudum pelagus, sponsique triumphos
Virginis innumeros, cernere quisquis aves:
Sermones scrutare pios, quos edit Joseph
Gelosus *verè Doctor Evangelicus.*
Vir summi eloquii, insignis pietate Sacerdos;
Atque Thienææ Relligionis honos.
Hic igitur Mariæ Sponsum; Davidis alumnum
Dignus præ cunctis, qui celebraret, erat.

Francisci Rini Academici Reaccensi
EPIGRAMMA IV.

Nunc poterit quisquis cœli ditescere gemmis,
Et facile æthereo munere dives erit.
Nũc legisse libet claro fulgore smaragdos,
Nunc & ametistos, quasve dat Hermus opes.
En Lauro dignus Pulchros, Gelose, *Mariæ*
Sponsi Thesauros nobilis arte legit.

Ejusdem
CARMEN PHALEUCIUM
Hendecasyllabum.

Berillos alii Tagi nitentes
Exquirant avidi, sibique gemmas
Quærant, quas creat Indus amnis undis;
Fodinis alii petant, & aurum:
Mihi sed libet inclytas Olympi
Gemmas quærere, quas manu benigna
Terris omnipotens dedit supremus,
Jesus dum Genitoris unus omni
Perpulchrè cano in orbe gloriosas
Cælesti & meritas honore laudes.

VE-

VENERABILIS

JOSEPHI MIGNIÆ

Clerici Regularis

ELOGIUM XLI.

Ex Ignatio Munneci in ejus vita prælo subjecta Neapoli anno 1662. typis Ægidii Longo, & ex Josepho Silos in Historia Clericorum Regularium part. 2. lib. 11. fol. 496.



JOSEPH MIGNIA e Patritio Ordine Panormitanus, lucis usuram accepit Panormi 1. Aprilis 1598. ipsius genitores fuêre Artalis Mignia & Saladinus, & Catharina Grancore & Lucchesia, ambo illustres nedum generis nobilitate, verùm etiam christiana pietate,& virtute. Auspicatus ab ipsis incunabulis præclaram animi indolem, ac ingenii perspicaciam, Grammaticę rudimentis,humanioribusq. literis admotus fuit, in quibus artibus operam probavit suam, & progressus habuit non mediocres. Inerat namque ipsi memoriæ vis admiranda, ut semel lecta vel audita firmiter retineret. Expleto decimoquinto ætatis suæ anno ad perfectiùs, sacratiùsque vitæ genus a Deo mirabiliter vocatus est; ideoque insciis ejus parentibus, qui cuidam nobili fœminæ Josephum in sponsum promiserant, Theatinæ disciplinæ mentem concepit 15. Aprilis 1613. quare mundo valedicens, rejectisque illius pompis, & illecebris carnis, 12. Augusti die ejusdem anni Clericorum Regularium habitum induit in Divi Josephi Domo, ubi 15. Augusti Beatæ Virgini sacra, solemnibus sacramentorum votis sese obstrinxit anno 1614. Severioribus Philosophiæ,ac Theologiæ disciplinis dicatus, adeo profecit, ut brevi temporis tractu in virum undequaque doctum evaserit, omnesque condiscipulos suos superaverit. Ea quippè præditus erat ingenii præstantia, ac perspicuitate in explicandis, resolvendisque difficultatum nodis, ut quoties ipsum publicè argumentari in scholasticis concertationibus contingebat, toties circumstantes, & audientes in sui admirationem traheret. Scientiarum studiis virtutes copulavit morales, præsertim humilitatem, paupertatem, castimoniam, & vitæ austeritatem, quibus ad perfectionis iter contendit. Erga Deum, Deiparamque Virginem religionem præsetulit eximiam: nam præterquàm quòd in Beatæ Mariæ laudem singulis diebus officium persolvere, precarias Rosarii decades recitare, atque in omnibus ejusdem pervigiliis jejunare solo pane, & aqua consueverat; voluit præterea ad majorem obsequii sui contestationem illi se in mancipium devovere, tradereque. Charitate erga proximos æstuavit flagrantissima, adeo tamen ut pro illis mortem subire nullatenus dubitaverit. Hinc quo tempore Panormum pestifera lues invaserat, ipse omnium primus unà cum Antonio Borso, aliisque Theatinis Patribus, ægrotantium servitio se mancipavit, primumque ipsum pestilentiæ impetum, ut testatur Silos loco superiùs citato, qui esse atrocior solet, suscepit; palmamque cæteris præripuit, addictus publico Nosocomio. Et præferri quidem meruit, qui vehementiore quodam studio vota, ac preces præ aliis inflammaverat. Ad id operis non carnem, non sanguinem in consilium vocavit: munus inconsultis, insalutatisque consanguineis aggressus: veritus, ne quid, aut peccaret affectus, aut vim suam periclitarentur suorum preces, & lacrymæ, quas valere plurimùm, atque admota veluti machina, expugnasse interdum fortium virorum pectora, probè noverat. Facta eundi facultate, moram præcidit omnem. Paucas horas interiori homini vix concessit, ut sese tanto muneri compararet: tum Generalem Archiepiscopi Vicarium, ut bene precaretur, adiit. Inspexit is flagrantem in ejus vultu animum, ac quendam a charitatis flamma splendorem: ut dixerit statim adstantibus, visum sibi videre Migniæ vultum, tamquam vultum Angeli: & si divinare ab specie liceret, persuadere sibi, suæ illum gloriæ jam proximum, ac fore, ut brevi pretiosa morte cœlo reciperetur. Igitur vivida quadam

dam animi indole in laboriosas eas curas ingressus, infirmari quidem cum infirmis ab ingenti commiseratione cœpit. Sed quod non ejusmodi ea erat infirmitas, ut vires labefactaret, sed magnopere augeret, incredibile dictu est, quàm sollicitè ministrare sacra, ac decumbentes consolari, adhortarique instituerit. Et labor quidem cùm assiduus, ac pertinax omninò esset, accedebant deinde ad patientiæ cumulum loci incommoda, quæ in iis præsertim initiis non pauca. Etenim cùm in tanta rerum perturbatione expediri statim omnia, quæ essent usui, minimè potuerint, difficillima ea esse principia, oportuit; quæ cùm is fortiter toleraret, haud par fuit in Antonio Borso ejus socio corporis vigor, quin interceptus morbo, decumberet. Quod Igniæ molestissimum accidit. Visa nanque tota ea curarum moles ejus humeris incubuisse, cui sustentandæ vix plurium industria satis esset. Et ipse quidem ita amplissimas vigilias est complexus, ut si qua etiam enata occasio fuisset extra ordinem rei benè gerendæ gratanter arriperet. Accidit, ut certi cujusdam ægroti ministerio missus ad Xenodochium fuerit Turca quidam. In hunc statim oculos conjecit vir flagrantissimus, statuitque apud animum suum, in id potissimùm curas suas, nervosque contendere; ut ex ignorantiæ tenebris in admirabile Christi lumen Turcam assereret. Cessitque feliciter consilium, ac votum. Inflammante siquidem verba arcano Divini Spiritûs igne, ea ipse valuit vi sermonis, ut brevi ad veræ fidei frugem virum perduxerit; initiatumque christianis præceptionibus, lustrali mox fonte expiavit, imposito suo nomine. Ejus deinde mores, ac indolem ita instituit, ut incensus pietatis studio, hero annuente, subsistere in Xenodochio in serviendis ægrotis voluerit. Lætus hoc successu, ac sobole, quam Deo peperit, Mignia, addi acriores animo stimulos sensit. Quare dum vigorosiore quodam studio opus urget, concipere luem, contigit. At enim, sive quod tentatus leviter fuerit, sive quod charitas ipsa morbum propulsaverit; defunctus periculo est. Sed confirmatis nondum viribus, dum curas maturiùs resumit, iterum decumbit: sed iterum saluti restitutus, tertio ægrotat: impatiens nempe moræ feriari tantisper corpus, quoad omninò convalesceret, non sinebat. Visus etiam aliquando, dum a febri æstuaret, lecto surgere, ac non tam ire, quàm raptare sua membra, ut aliorum necessitatibus præsto esset.... Tandem labores eadem virium contentione dum continuat, ab irritata veluti lue vehementiùs sauciatus, supremò cecidit. Conclamata illico vita. Quare totus in eo statim fuit vir piissimus, ut insigni quadam animi constantia, exemplisque virtutum se morti compararet. In ipsis præsertim extremis sacris usurpandis, mirum quo mentis affectu, amoreque in Deum visus deflagare. Antequam excederet, recreatus cœlesti quadam concentûs illecebra fuit; affirmavitque ipsemet non obscurè. Etenim cum summo mane interrogasset illum valetudinarius, ut se haberet? & an graviùs conflictari morbo ea nocte contigisset? respondit, se quidam in magno malo esse; sed eam noctem doloribus, atque incommodis omninò expertem. Miranti valetudinario, quòd in peracuta ea febri minimè laborasset: exhilaravit me, inquit, suavissimum in Deiparæ laudem melos, a quo per totam noctem isthæc conclavia personuêre. Quibus ille auditis, siluit: sibique haud dubiè persuasit, dignatum insigni favore Numinis virum piissimum; ac sublevando ejus morbo adfuisse ea nocte cœlestium spirituum choros, qui magnæ Matris laudes, cui ille magnopere addictus, concinerent: fuitque Mignia inter has cœli delicias Francisco Assisinati persimilis, cui ab amore potiùs, quàm a morbo languenti, missus ab Empyreo Cytharista, qui mellifluo fidium cantu ejus spiritum recrearet. Refert hoc porrò suavissimi cantûs oblectamentum Dominicus Gravina infra citandus, vir e Dominicana familia longè doctissimus, qui & de aliorum etiam e nostratibus in Panormitana pestilentia charitate honorificè, ac disertè loquitur. Secundum hæc, supremam vitæ luctam ingressus Mignia: ac mox fixis in cœlum oculis, sinistra quidem Crucifi-

xi

xi imaginem tenens, dexteram verò exerto pollice sursum versus extollens, animam exhalavit; commonstravitque eo gestu, se quidem Christi pendentis e cruce merito laborum suorum pretium, ac gloriam assequuturum. Exulceravit gravissimè nostros homines in ipso ætatis flore viri mors: septimum nanque & vigesimum annum vix expleverat. Et sanè eximia morum, actionumq. maturitate, vi judicii, singulari religione, instituti observantia, ac studio ingentem sui spem concitaverat. Idem apud Panormitanum Senatum sensus, ut quem non modò a pietatis, ac sanctimoniæ opinione suspiciebant; sed valere quadam mentis solertiâ noverant: ut ejus potissimùm consilio in procurando Xenodochio, atque in tanta rerum mole uterentur. Sed nulli acerbiùs funus fuit, quàm ipsis infirmis, qui labores, vigilias, ac studia viri viderant, dolebantque concidisse spes suas omnes, & columen loci. Hucusque Silos.

Ipsius vitam scripsit Vincentius Mignia Clericus Regularis sub anagrammatico nomine Ignatii Munneci, Neapoli apud Ægidium Longum 1662.

Prælo paravit, ex Francisco Maggio, & ex Mongitore, in libro: *Panormus Devota Deiparæ Virginis tom.* 2. *cap.* 7. *pag.* 200.

Diarium Orationis Mentalis, nonnullis divinis illustrationibus, ac piis affectibus *Igniæ* inter commentandum a Deo collatis, refertum.

Hymnum Deiparæ Virginis Mariæ, quem habes in ipsius vitæ compendio ab auctore insertum.

SYLLABUS

S. R. E. Cardinalium, Principum, Præsulum, aliorumque illustrium virorum, penes quos magna in veneratione, & pretio fuit JOSEPHI MIGNIÆ charitas, & doctrina.

JOANNETTINUS DORIA S. R. E. Cardinalis, Panormitanorum Antistes, (cujus tempore pestilentiæ virus Urbem Panormi invaserat) ut primùm audivit excellentem Migniæ charitatem, quâ Regularium omnium primus ægrotantium, atque tabifero morbo languentium famulatui sese illico mancipavit in publico Urbis Xenodochio, mirum profectò, quo benevolentiæ studio in illum flagraverit! quotque laudum præconiis tam eximii viri pietatem, & animarum zelum dilaudaverit!

PHILIBERTUS SABAUDUS Siciliæ Prorex, Princeps piissimus, ob magnam revera opinionem, quam de Migniæ sanctimonia, charitateque conceperat, generalem illi curam, & gubernium relati superiùs Xenodochii demandavit, idque non modò quoad spiritualia adjumenta infirmis peste laborantibus præbenda, verùm etiam quoad alimenta eisdem suppeditanda. Cujus postea eximii viri obitum adeo acerbè tulit, ut præ nimio doloris sensu lethaliter ægrotaverit. *Munneci c.*14. *pag.*83.

PANORMITANUS SENATUS, qui cum ingenti admiratione, & ædificatione oculis suis perspexerat eximiam Theatinorum Patrum ea in Urbis calamitate pietatem, qua sese omnium primi obtulerant ad ministranda infectis Civibus Ecclesiæ Sacramenta, & inter eos demiratus potissimùm fuerat ardentiorem Migniæ charitatem, qua cæteris incitatior illico se ægrotantium curæ addixit; tanto illius amore, & veneratione captus est, cùm nimirum egregia ejusdem pietatis opera audivit, ut copiosas ex oculis lacrymas cuncti Senatores in illius acerbo funere profuderint. *Munneci loco citato*.

FRANCISCUS DE RIBA Hispanus, laudati superiùs Cardinalis Vicarius Generalis (ad quem Mignia ante susceptum pietatis opus pro debitis facultatibus se contulerat) ut primùm flagrantem in illius ore charitatis ignem intuitus est, & ex illo inusitatum quemdam splendorem animadvertit; conversus ad astantes dixit: *Sibi visum videre Migniæ vultum, tanquam vultum Angeli; ideoque certò se credere non diu illum inter homines mansurum, sed brevi ad Cœlum migraturum*: quod verum fuisse vaticinium satis probavit eventus. *Munneci cap.* 6. *pag.* 35.

PAULUS PHARAONIUS Syracusanorum Antistes, cùm semel Migniam pu-

publicè disputantem, arguentemq. Syracusis in Principe Templo audivisset, demiratus summam illius ingenii profunditatem, perspicuitatemque, rogatum suo nomine misit, ut iterum sequenti die argumentari vellet, in qua disputatione interfuit ipse, copiosisq. laudibus Migniæ doctrinam palam exornavit. *Munneci cap. 2. pag. 16.*

Denique ANTONIUS NAVARRA nobilis Hispanus, a secretis statûs Serenissimi Principis Philiberti Sabaudi Siciliæ Proregis, tam magnam existimationem semper habuit de Migniæ sanctimonia, ut illum non modò conscientiæ suæ directorem, arbitrumque esse voluerit, verùm etiam totius familiæ suæ in confessarium delegerit, impetraveritque. *Munneci cap. 14. pag. 83.*

SYLLABUS
Aliorum clarissimorum virorum, qui encomiasticè loquuti sunt de MIGNIÆ charitate, & sanctimonia.

ANTONINUS MONGITORE in libro: *Panormus Devota Deiparæ Virginis tom. 2. cap. 7. §. 31. pag. 200.* referens singulos Theatinos Patres S. Josephi Domûs, qui fuerunt eximii cultores magnæ Dei Parentis; ita de *Migniæ* devotione erga eamdem cœlorum Dominam italicè scripsit. *Al singolarissimo affetto portato a Maria dal P. D. Giuseppe Mignia Religioso de' Chierici Regolari, corrispose benignamente la Vergine con favori straordinarj. Egli si mostrò fin dalla fanciullezza divotissimo della sovrana Regina: onde quante volte sentiva nominare il suo santissimo nome, si profondava con atti di somma riverenza, ancorchè si ritrovasse all'altrui presenza. Recitava ogni giorno il suo ufficio con sentimenti di estrema divozione; come pure il di lei santissimo Rosario, con applicarsi alla meditazione de' suoi misterj, da' quali ritraeva diversi affetti di pietà, e varie orazioni jaculatorie, che dirizzava con acceso cuore verso la gran Signora. Continuò queste sue divozioni nella Religione, avanzandosi ne' fervori nel venerarla, consacrossi schiavo umilissimo di Maria: e nel noviziato qualvolta era combattuto per ritornarsene al secolo, egli se ne correa a piè della sua riverita Reina, e confortato dal suo patrocinio, superava l'insidie diaboliche. Praticava allo spesso alcune mortificazioni in ossequio della Vergine. Digiunava in pane, ed acqua tutte le vigilie delle sue feste, e in tutti i Sabbati dell'anno in suo onore: accresceva il peso delle sue costumate mortificazioni nel mangiare, e nel bere; e con quanta maceratione del corpo, con altrettanta consolazione del suo spirito. Parlava, ed udiva più che volentieri favellare delle singolarissime virtù dell'eccelsa Imperadrice: e celebrava sempre, per quanto gli era permesso, le di lei grandezze. Per aver l'occasione non sol egli di lodarla, ma anche porgerla all'altrui divozione di venerarla; fu il primo, che in quei tempi componesse quell'Inno pienamente lodevole, che si legge stampato nel fine del compendio della sua vita, e comincia:* Te Mariam laudamus, te Dominam confitemur: *ad imitazione dell'Inno, che canta la Chiesa in fine del Matutino, attribuito a' SS. Agostino, ed Ambrogio. Quante volte avveniva che gli fosse domandata limosina per amor di Maria, sentivasi struggere il cuore; poichè averebbe voluto prontamente donarla: (avendo stabilito, di non negar cosa alcuna, che gli fosse domandata a nome della Vergine) ma non potendo compartirla secondo le brame del suo cuore, legato colla povertà religiosa, rivolto a' suoi compagni, dicea loro: Facciamo la carità a questo poverello, recitando un Ave Maria alla Vergine, affine che ella soccorra la necessità di questo mendico. Flagellata la Città di Palermo nel 1624. da spaventevole pestilenza, fu egli il primo, che stimolato da ferventissima carità, s'offerse al servigio degl'infetti nel Lazaretto, e vi perdurò costante, finchè s'attaccò a lui il pestilente malore. Quindi astretto a rendersi al letto, qual vittima di carità si dispose alla morte vicina. In questo stato nella notte precedente al termine della sua vita, spalancatosi il cielo, vide scendere a visitarlo la sua santissima avvocata, e protettrice Maria, circondata di splendori, con insieme il celeste corteggio di S. Giuseppe, S. Gaetano, S. Andrea*

drea Avellino, con anche una lunga schiera d'Angioli, ed altri Santi suoi protettori; che tutti si fermarono nella camera ove giacea; e con armonica melodia di Paradiso sciolsero la lingua alle lodi della Santissima Trinità, e di Maria Vergine; inebriando l'anima del P. D. Giuseppe d'inesplicabili dolcezze. L'amorevole Reina collocatasi vicina al suo capezzale, consolò in sì fatta maniera il suo servo fedele, che dimenticatosi de' dolori, che lo straziavano, e gli avean tolto per quattro giorni l'uso della favella, col volto ricoperto di glorioso splendore, potè prorompere in benedizioni, e lodi corrispondenti alla beneficenza di Maria; e narrar la visione a' circostanti. Trascorsa in queste delizie la notte, sopravisse fino all'ore 21. quando scioltasi dal corpo l'anima soavemente, a forza di celesti dolcezze, a 26. di Luglio se ne volò al cielo, accompagnata dalla Vergine, da' suoi Santi protettori, e Spiriti Beati, per ricever la gloria, di cui avea goduto l'anticipata caparra.

DOMINICUS GRAVINA e præclarissimo Ordine Patrum Prædicatorum, in libro: *Vox Turturis part. 2. c. 29. pag.* 326. loquens de Theatinis Patribus, qui tempore contagii Urbis Panormi ultro sese ægrotantium obsequiis devovére in Xenodochiis, & in his charitatis officiis, peste sublati, interierunt, ait: *P. Menghi* (dic Mignia) *post quatuor dies, quibus penè sopitus jacuerat, cœlestem harmoniam audire meruit, & Beatam Virginem cum Sanctorum Choro incedentem inspicere, & tandem maximo spiritûs fervore spiritum Deo reddidit.* &c.

FRANCISCUS BOLVITUS C.R. *in vita Sancti Andreæ Avellini lib. 3. cap. 41. pag.* 296. loquens pariter de Panormitana pestilentia, idem de *Migniæ* visione, & felici transitu affirmat his verbis: *Joseph Mignia Panormitanus robusto spiritu, & asperrimo indutus cilicio, morboque licèt invasus, ac sacro unctus oleo, adhuc tamen decumbentium minister .... Prægustatorio postea ferculo, cœlesti musica ad sempiterna gaudia diutiusculè invitatus.* &c.

HILARIUS CAVUS C. R. *in Relatione vitæ, & miraculorum Divi Cajetani cap. 9. pag.* 83. recensens *Migniæ* charitatem, qua omnium primus infectorum obsequiis se mancipavit in publico urbis Xenodochio 1624. ait: *Il P. D. Giuseppe Mignia Palermitano morendo in quella santa opera di carità meritò d'esser visitato dalla Beata Vergine accompagnata da' Santi, e Sante, ed insieme d'udire la dolcissima melodia di Paradiso.*

JOANNES BONIFACIUS BAGATTA C. R. *in Admirandis Orbis Christiani tom. 1. pag. 38. n. 3.* eamdem visionem ex laudato Silos referens, inquit: *Joseph Mignia spectatissimæ virtutis inter nostros, dum Panormi summa charitate peste infectis deserviret, lue contractâ, tandem suprevió & ipse ægrotavit, qua in ultima periodo vitæ, quadam nocte suavissimo Angelorum concentu, ceù ipsum ad cœlestem patriam evocantium, maximè recreatus est.*

MICHAEL MUSCUS C.R. *de Perfectione Religiosa part. 2. lib. 6. c. 15. pag.* 285. loquens de iis Patribus, qui in Panormitana lue peste sublati sunt, inter illos reponit P. D. Josephum Mignia, de quo ait: *Il P. D. Giuseppe Mignia fu de' primi, che s'offerì, e servì gli appestati; a cui mentre in atto serviva fu anch'egli assalito dalla peste; e benchè avesse preso il Viatico, e l'estrema Unzione, e si trovasse già vicino a morte; non volle però cessare dal pietoso ufficio, ma come meglio potè moribondo ministrava i Sacramenti a' moribondi, finchè egli gionto all'estremo de' suoi giorni per la gravezza del male, con molta divozione finì il corso di questa vita mortale.*

PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Genelogico Nobilitatis Siculæ par. 2.* agens de familia Migniæ *fol.* 87. idem quod supra, sequentibus verbis in latinum translatis testatur. *D. Joseph Mignia Theatinus, Religiosus virtute præditus, & multarum literarum vir, primus fuit ex omnibus Regularibus, qui Sacramenta peste laborantibus ministravit in Nosocomiis, dum Panormi anno 1624. detectum est contagium: in quo ministerio sanctè mortuus est, Angelicis visionibus, Sanctorum visitationibus, & cœlesti musica dignatus, quemadmodum vulgus asserit.* &c.

HIERONYMUS MATRANGA C. R. ipsius *Migniæ* contemporaneus,

& consodalis, ad perennem eximiæ ipsius charitatis laudem sequens Elogium composuit, quod præfixum reperies compendio vitæ *Migniæ* immediatè post Epistolam nuncupatoriam *pag.* 6.

P. D. JOSEPH MIGNIA C. R.
Nascitur Panormi anno MDXCVIII.
Pro Patriæ salute moriturus.
Kal. Aprilis sydere florido plaudente
Ad Proregis adventum Urbe.
Horoscopi vernantis, Solisque exorientis auspicio.
Unum mane geminum parturiit Astrum.
Genium obtinuit ad virtutes alacrem, ingenium ad scientias acre.
Nec ipse Gymnasiis, nec ipsi Gymnasia defuêre.
Minerva sociavit Pithonem, mentisque acumini oris facundiam.
Adolescentulo dum Parentes sponsam offerunt,
Theatina Religio Christo sponsum dicat.
Tyrocinio maturè completo, votis seipsum ligat, relegatque a se vota omnia.
Philosophicis, ac Theologicis infractus disciplinis
Studet magis Deũ meditari, quã speculari,
Et amore magis, quàm studio assequi.
Anno MDCXXIV. Tunetana lue Panormo infecta,
Ac fluente undique malo,
Suburbani Nosocomii cura Josepho *a Senatu Panormitano committitur.*
Dum grassatur morbi horror, mortis terror,
Is æneo pectore, & morbo, & morti obviat intrepidus.
Insomnis, impastus, impavidus, impiger,
Eminùs, comìnùs circumlustrat, invisitque ægros,
Opem infirmis, sacra pereuntibus, animum in agone positis,
Sepulturam mortuis præstat.
Avet si posset unus omnium subire dolores.
Vindex in Mauros Pestis Panormitanæ Authores,
Ethnicarum animarum luem emaculat,
Et quorumdam Maurorum sacro baptismate contagium infidelitatis abstergit.
Contagione correptus cæteros solatur tabefactos,
Felix si solus posset omnium pœnas luere.
Febri pestifera fatum urgente hoc unum dolet, quod cessaret
Ab opere, quod patrarat.
Malo improperat suo alienis invido bonis.
Impatiens charitas corpus languidum impetu movet,
Adhuc infirmus ad primos redit labores:
Adhuc veneno infectus morbi rabiem provocat.
Nec sibi parcit, ut ægris fratribus subveniat,
Alexandrum Trotti fidissimum socium, ut vidit extinctum
Beatam mortem æmulatur.
Propriisque humeris inhumandum gestat, ac præeuntem interpellat.
Post hæc celebraturus, exitiali percussus ictu, amoris victima ad aram cadit.
Brachiis adstantium exceptus optatæ felicitatis augurium capit.
Agonia instante Mariæ, Josephi, Cajetani, Andreæ, beatis aspectibus confortatur.
Mox inter Angelicos accinentium choros harmonicum spiritum emisit.
VII. Kal. Augusti anno MDCXXIV. ætatis suæ XXVI.

Denique JOANNES BONIFACIUS BAGATTA C. R. superiùs citatus, in ejusdem eximii viri laudem, qui dum supremo ægrotaret morbo, tota nocte concentu Angelico ipsius conclave personuit, ita cecinit.

O D E
Tricolos Tretrastrophos.

Cur jam volanti pectine Barbiton,
Festisque tentat nablia tactibus
Pubes Olympi? curve plaudit
Empyreus Cytharista plectro?
Quid fulminantis mortis ad impetus
Adblandientium pennigerum chorus?
Gaudet ne læto trisliores
Inferias animare cantu?
Joseph *voraci tabe medullitus*
Depastus ardet, plangite cœlites,
Squallente debent astra Solem
Occiduum lacrymare pompâ.
Plorent Camœnæ funus Apollinis,
Pulchrique fatum plangat Adonidis
Cœli juventus eliquatis
Pectoribus superi fatiscant.
At non loquaces Aligeri lyras,
Nervosque ponunt, scilicet efferas
Mollire Parcas delicatis
Carminibus charites laborant.

VE-

VENERABILIS
JOSEPHI MARIÆ
DE THOMASIIS
Clerici Regularis, S. R. E. Presbyteri Cardinalis, tituli Sanctorum Sylvestri, & Martini

ELOGIUM XLII.

Ex Antonino Mongitore in Biblioth. Sicula tom. 1. fol. 390. & tom. 2. in Appendice 2. ad tomum primum f. 43. ex Antonio Borromæo Clerico Regulari in ejus vita edita Venetiis 1713. apud Jacobum Thomasinum, ex Dominico Bernino in ejusdem THOMASII vita Romæ typis Angeli Bernabò evulgata anno 1714. ex Ignatio Hyacintho Graveson in Historia Ecclesiastica tom. 7. colloquio 6. pag. 231. & ex aliis.



OSEPHUS MARIA THOMASIUS Panormitanus, nobili genere ortus, filius primogenitus Julii Mariç Thomasii Palmæ Ducis, & Lampadusæ Principis, (cujus gesta, virtutesque descripsit P. Blasius a Purificatione in vita edita Romæ anno 1685.) & Rosaliæ Trahinæ miræ sanctimoniæ mulieris. Lucis usuram accepit 12. Septembris anno 1649. & a piissimis genitoribus sanctè educatus, spretis mundi illecebris pietatis studia amplexus est. In ipso ætatis flore nuncio remisso omnibus sæculi pompis, aliisque commodis, titulisque, ad quæ ipsum primogeniti jus vocabat; Venerabilis Patris D. Caroli Thomasii Theatini patrui sui, viri sanctimonia clarissimi, vestigia secutus, Clericorum Regularium Ordini nomen dedit, ac Religionis habitum suscepit Panormi in ædibus Divi Josephi 24. Martii 1665. ubi solemni trium votorum sacramento Deo se obstrinxit 25. ejusdem Martii mensis sequentis anni. Præclara morum indole, & ingenii acumine apprimè instructus, graviores didicit disciplinas, ac doctissimus Philosophus, & Theologus efformatus mirificè inclaruit. Antiquitatis studia complexus, in perscrutandis sacræ vetustatis Archiviis uberrima eruditione locupletatus est: & ad eruenda antiqua Ecclesiæ monumenta tenebris obsita operam navavit egregiam: ideoque in eo studiorum genere solertissimus magnum sibi nomen adeptus, in literato orbe longè latèque refulsit. Græcis, Latinis, Hebraicis, Chaldaicis, & Arabicis linguis imbutus, admirabilem apud omnes se præbuit. Literarum studiis morales virtutes addidit, præsertim illas, quæ virum religiosissimum decent, nempe humilitatem, contemptum mundi, mansuetudinem, paupertatem, ac pietatem erga Deum, Deiparamque Virginem, quibus ad absolutissimum Regularis perfectionis fastigium ascendere curavit. Harum virtutum odore, & præcipuè insignis ejus doctrinæ fama permotus Clemens XI. Pontifex maximus, Thomasium summis benevolentiæ, æstimationisque argumentis prosequutus est. Quapropter cùm idem Pontifex ante inaugurationem suam conscientiæ scrupulis agitatus, & obnitente in primis eximia ipsius humilitate, dubius hæreret, num assentiri exaltationi suæ ad universalis Ecclesiæ Principatum deberet, an non; *Josephum Thomasium* inter alios Theologos ad id examinandum specialiter delegit, voluitque in tam gravi negotio conscientiæ suæ, ac voluntatis arbitrum. Cujus postea solidissimis æquè, ac efficacissimis convictus Theologicis rationibus (quemadmodum pluries idipsum testatus est) Pastorali oneri humeros suos supposuit. Collocatus itaque supra Cathedram Divi Petri nonnullis statim honorum gradibus cohonestare *Thomasium* in tesseram amoris sui statuit. Quare anno 1704. illum Ordinis sui Consultorem, licèt præ humilitate reluctantem, creavit. Exinde sacræ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Qualificatorem, sacrarumque Rituum, & Indulgentiarum Congregationum Consultorem constituit. Interdum ad alias Congregationes, potissimùm de Regularium Reformatione, quá extraordinarium deputavit. Quibus in muneribus ob doctri-

næ præstantiam, ac virtutum omnium nitorem, magnam venerationem, benevolentiamque non modò apud præfatum Pontificem, verùm etiam apud Præsules, Dynastas, & S. R. E. Cardinales sibi promeruit *Thomasius*. Sed præsertim a Cardinalibus Leandro Colloredo, & Hieronymo Casanate summo in amore, & pretio habitus fuit; qui non semel Innocentio XII. *Josephi* promerita, virtutesque proponentes, illum Cardinalitio galero dignum esse affirmabant. Ast quod distulit tunc facere Innocentius, id Clemens XI. illius successor præstitit. Quippe crescente semper in dies *Thomasii* sanctimoniæ, & doctrinæ fama, quæ jam universum penè christianum orbem oppleverat, pluresque e remotissimis regionibus in sui venerationem traxerat, illum anno reparatæ salutis 1712. die verò 18. Maji inter S. R. E. Cardinales cooptavit, plaudentibus cunctis, & præ lætitia gestientibus. Quam tamen dignitatem (quæ ante aliquot annos eidem prædixerat ejus Soror Venerabilis Maria Crucifixa a Conceptione, sanctitatis gloria celebris) humillimus Dei servus summa animi constantia recusavit, (ut liquidò constat ex ipsius Epistola ad eumdem Pontificem scriptam, quam habes inferiùs) in qua animi deliberatione, & renitentia adeo firmus perstitit, ut nullius unquam precibus passus sit exorari. Verùm non multò post quod efficere non valuêre amicorum suasiones, id evicit Summi Pontificis præceptum ab Eminentissimo Cardinali Ferrario ipsi indictum, cui obedientissimus vir illico paruit, acquievitque. Et exinde post tres menses in Arcadum Academicorum album relatus, atque emeritis laudum præconiis, ipso inscio, acclamatus fuit 9. Augusti 1712. Sacra itaque insignitus purpura *Thomasius*, nihil penitùs de Religioso vitæ Instituto immutavit, quinimò in candelabro Ecclesiæ collocatus magis prelucere omnibus, quâ zelo veteris disciplinæ, humilitate, paupertate, cæterisque virtutibus cœpit, adeout cunctis Romanæ Curiæ Prælatis, & Cardinalibus admirationi esset, & exemplo. Hinc instructâ ex pauperum agmine exiguâ nimis familiâ, quæ pro decenti Cardinalitiæ dignitatis famulatu, & muniis obeundis vix satis esset, eâque præterea optimis instituta legibus, ædes suas, in quibus non aurum, vel pretiosa supellex cernebatur, sed summa paupertas ubique relucebat, ad instar regularis Monasterii coordinavit; in quarum sacellum statis diei horis singuli utriusque aulæ, superioris scilicet, inferiorisque famuli ad sacrum audiendum, preces, orationesque Deo fundendas, atque ad sacratissimi Rosarii recitationem quotidie conveniebant: quæ quidem Religionis munera tanta cum assiduitate, & fervore ab omnibus peragebantur, præeunte ipso in primis *Thomasio* exemplo suo, ac pietate, ut illius loci sanctitate permotus memoratus Pontifex Clemens XI. pluries nepotes suos, Carolum scilicet Albanum, & Alexandrum fratrem natu minimum, ad præsens inter S. R. E. Cardinales recensitum, ad præfatum *Josephi* sacellum miserit, eo consilio, ut divino succensi amore in illo sanctitatis gymnasio, participes fierent spiritualium charismatum, & bonorum. Nec minorem laudem, & plausum apud omnes Præsules, & Dynastas promeruit *Thomasii* pietas, ac religio in Deum, suamque Ecclesiam. Nam quod rarò admodum, vel ferè nunquam cæteri Purpurati Patres facere consuevêre in suis titularibus Ecclesiis, id *Josephus* in Paræcia Sanctorum Sylvestri, & Martini, quam nactus in titulum fuerat, peragebat: quippè singulis diebus festivis unà cum tota familia sua hinc inde juxta veterum Christianorum morem distributa, intererat divinis Officiis in Choro, & Missæ sacrificiis summa cum devotione, & ædificatione omnium. Quibus postea absolutis in remotiori ejusdem Ecclesiæ loco, Parochi munus exercens, fidei rudimenta, sive Catechismum ovibus suis explicabat, propositis prœmiis iis, qui in Doctrina Christiana profecissent: tenuitq. ad extremam usque vitæ lineam hanc charitatis palæstram. Ast splendentissimum hoc orthodoxæ Ecclesiæ lumen parum temporis effulsit, parumque eo gaudere licuit; quippe post menses septem, meritis, & virtutibus cumulatus,

præ-

prædicto pluries mortis suæ die, magna sanctitatis opinione Romæ extinctum primo Januarii 1713. ingemuêre omnes. Evulgata per Urbem tam eximii Cardinalis morte, haud facilè dictu est, quis fuerit singulorum sensus, ac mœror! Omnes siquidem excessisse e vivis virum sanctum proclamabant, illiusque virtutes palam deprædicabant. Nec defuerunt ex Cardinalibus, Præsulibus, Principibus, ac Matronis Romanis, qui certatim in venerationis contestationem, illius biretum, pileum, ac vestis lacinias poposcerint, subrupuerintque. Inter hos ipsemet Pontifex Maximus enumerandus, qui asservari penes se *Josephi* iconem voluit, ea quidem mente, ut quem diù agentem secum in terris habere non potuit, vivum cerneret in imagine, inspiceretque veluti præsentem.

Celebratum ejus funus magna cum pompa, ac populorum frequentia, qui turmatim ad deosculandum sancti Viri cadaver confluxerant, cum quibus adfuit etiam Hercules Turinetti Marchio de Priè Orator Cæsareus, cujus adeo ingens fuit religio, & devotio erga defuncti Cardinalis exuvias, ut non modò oscula sua illis imprimere non detrectaverit, verùm etiam easdem a populari rapina tueri, earumque humationi interesse voluerit. Persoluta deinde solemni ritu, & magnificentia tum ab universo Regularium cœtu, tum etiam a Collegio Cardinalium illi justa fuêre: quibus peractis in inferiori templo Sanctorum Sylvestri, & Martini ante sacellum S. Mariæ Gaudium Christianorum nuncupatæ, Josephi corpus honorificè tumulatum fuit: cor verò in Ecclesia S. Sylvestri Cleric. Regular. humatum. Ex quo tempore plura ab eo patrata miracula, ac collata in mortales beneficia referuntur. Qui ea scire cupit, adeat illius vitæ Scriptores inferiùs citandos.

Post quintum ab ejus obitu mensem crescente passim miraculorum copia, Venerabilis titulo donatus est a Clemente XI. qui, ut refert Ignatius Graveson *in Histor. Eccles. colloq. 6. pag.* 231. jussit, ut quamprimùm fierent processus, necnon scripturæ de fama sanctitatis Venerabilis Servi Dei, de heroicis ejus virtutibus, miraculisque ab eo patratis; ac distincta de iis omnibus habita relatione, ad solemnem piissimi Cardinalis Beatificationem procedendum esse indulsit. Quæ omnia executioni demandata sunt, superadditis Christianorum Principum expostulationibus: solumque restat, ut prædefinitum tempus juxta Summorum Pontificum decreta elabatur.

Porrò *Thomasii* vitam, ejusque virtutes eximias primus omnium scripsit Antonius Maria Borromæus olim Clericus Regularis, nunc verò Episcopus Justinopolitanus, Venetiis typis Jacobi Thomasini 1713. quæ refertur *in Diario Literatorum Italiæ tom.* 13. *pag.* 441. Deinde in sequenti anno aliam uberiorem evulgavit Dominicus Berninus, Romæ typis Angeli Bernabò 1714.

Emeritis laudibus *Josephi* sanctimoniam in primis extulit Clemens XI. Pontifex maximus, uno post obitum mense in oratione consistoriali habita 30. Januarii 1713. coram S.R.E. Cardinalibus, in qua aureis hisce verbis illius sanctitatem expressit. *Venerabiles Fratres. Admonent nos multiplicia funera, quæ paucos intra menses quamplurium ex Fraternitatibus Vestris, non sine gravi paterni cordis nostri dolore contigerunt; ut ad tot, tantasque Apostolici Senatûs jacturas opportunè reparandas animum convertamus. Nec sanè dissimulare possumus cæteris acerbiorem nobis accidisse novissimam omnium, quam fecimus EXIMII, AC PIISSIMI Cardinalis* Thomasii; *molestè quidem sensimus nimia celeritate nobis ereptum fuisse VERUM EXEMPLAR SANCTIORIS VETERIS DISCIPLINÆ, quod in ejus moribus, & doctrina suspiciebamus. Humiliantes nos nihilominus sub potenti manu Dei, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, Davidicum illud coram Domino recolere non prætermisimus*: Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. *Sperantes interea adfuturum nobis ope sua apud Deum in cœlis, qui consiliis suis diù nobis adesse non potuit in terris.* &c.

Similia laudum præconia protulit præfatus Pontifex cùm ei allata fuit *Thomasii* Epistola, in qua eximius vir va-

variis rationibus utebatur abdicationem Cardinalatûs a se factam cohonestare, eumque ad acceptandam prædictæ dignitatis resignationem inducere. Quam Epistolam utpotè summam redolentem humilitatem, ac magnæ ædificationis omnibus legentibus, subjicere hìc placuit eodem italico idiomate, quo fuit exarata.

Beatissimo Padre.

La promozione, che la Santità Vostra s'è degnata fare di me al Cardinalato, mi ha dato giusto motivo d'ammirare, e adorare gl'imperscrutabili giudizj di Dio verso de' peccatori, come son'io; ed ora mi spinge darne a Vostra Beatitudine quelle grazie maggiori, che posso, se ben non quanto dovrei. La grandezza del benefizio m'obliga insieme a rappresentare a Vostra Santità con ischiettezza gli ostacoli, ed impedimenti, che mi trovo, e sono i miei gravi peccati, le passioni non frenate, la mia ignoranza, e poca abilità, la coscienza legata con voti, e giuramenti a non ricevere dignità a me tanto superiori, e particolarmente il giuramento fatto secondo il Decreto del Capitolo Generale nell' anno 1662. che dice: Nostrates tam Clerici, quàm Sacerdotes, qui in posterum in Superiores electi fuerint, & qui in Romanis, vel Hispanis nostris Domibus, quovis titulo, aut causa degunt, vel degent, arctissimo juramento obstringantur, non modò dignitates ecclesiasticas extra Religionem non procurandi nec per se, nec per alios, non directè, nec indirectè, non clam, aut palam; imò nec ultro quidem oblatas, nisi ex præcepta Sanctissimi acceptandi. Perciò umilmente supplico la Santità Vostra, che informata di tutto ciò, si degni ammettere per questa mia la rinunzia di tal Dignità: ritenendone però per sempre la memoria del benefizio conferitomi: e pregando Iddio per il mio insigne Benefattore, per fine bacio alla Santità Vostra umilissimamente i santissimi piedi.

Di Vostra Santità

Umil. Divot. ed Oblig. Servo
Giuseppe Maria Tommasi C.R.

Alii pariter Romani Pontifices, Cardinales, Præsules, & Dynastæ condignis elogiis *Thomasii* merita prosequuti sunt, ut liquet ex sequentibus Syllabis. Superest modò, ut quæ humillimus Dei Servus in communem Christiani Orbis utilitatem scripsit, evulgavitq. typis, hìc subjiciamus. Itaque

Edidit latino idiomate ex Diario Literatorum Italiæ *tom.* 24. & *tom.* 26. *art.* 1. *pag.* 13. 39. 47. 49.

Divi Augustini Episcopi Hipponensis speculum, ut in eo quam obediens Deo, inobediensque sit, facilius quisque agnoscat hac minori forma primo editum. Accessit ejusdem S. Doctoris Psalterium, quod Matri suæ composuit. Missale Romanum fer. 4. Cinerum ex Psalmo 1. Romæ ex typographia Josephi Vannaccii 1679. in 8.

Codices Sacramentorum nongentis annis vetustiores, nimirum libros tres Sacramentorum Romanæ Ecclesiæ, Missale Gothicum, sive Gallicanum, vetus Missale Francorum, Missale Gallicanum vetus. Romæ ex typographia Angeli Bernabò 1680. in 4. Horum tres ultimi codices recusi sunt operâ P.D. Joannis Mabillonii Benedictini celeberrimi, in libro: *de Liturgia Gallicana*. Lutetiæ Parisiorum apud Viduam Edmundi Martin, & Joannem Bondet 1685. in 4. Ex Diario Parmæ anno 1686. *pag.* 139. & ex Actis Eruditorum Lipsiæ mense Januarii 1686. *pag.* 21.

Psalterium juxta duplicem editionem, quam Romanam dicunt, & Gallicanam, unà cum Canticis ex duplici item editione, & Hymnarium, atque Orationale. Editio ad veterem ecclesiasticam formam ex antiquis MSS. exemplaribus digesta. Romæ typis Tinassii 1683. in 4. Laudatur in Actis Lipsiensibus *tom.* 1. *supplem. sect.* 9. *pag.* 486.

Psalterium cum Canticis, versibus prisco more distinctum, argumentis, & orationibus vetustis, novaque literali explanatione brevissima dilucidatum. Romæ typis Josephi Vannaccii 1697. in 4. Laudatur in Actis Lipsiensibus mense Februarii anno 1698. *pag.* 62.

Responsorialia, & Antiphonaria Romanæ Ecclesiæ a S. Gregorio Magno dispostia. Accessit Appendix varia, continens monumenta vetera ad Antiphonas, Responsoria, Ecclesiasticosque versus pertinen-

tinentia ex MSS. Codicibus nunc primùm prodeunt, scholiis explicantur. Ibidem typis Josephi Vannaccii 1686. in 4. Hoc opus laudant Diarium Literatorum Parmæ anno 1686. *pag.* 131. & Acta Lipsiensia *tom.* 1. *supplem. sect.* 9. *pag.* 488.

Sacrorum Bibliorum juxta editionem seu LXX. Interpretum, seu B. Hieronymi, veteres Titulos, sive Capitula, Sectiones, & Stichometrias ex majore parte ante annos mille in Occidente usitata, unà cum antiquis Prologis, Argumentis, &c. ex MSS. Codicibus prompta. Pars prior vetus Testamentum complectens, & pars altera novum Testamentum. Ibidem ex typographia Hæredum Corbelletti 1688. in 4. Laudibus exornatur *in iisdem supplem. tom.* 1. *pag.* 490.

Antiquos libros Missarum Romanę Ecclesiæ, idest Antiphonarium S. Gregorii Papæ, Comitem ab Albino ex Caroli Magni Imperatoris præcepto emendatum, unà cum aliis lectionariis, et Capitulare Evangeliorum ex MSS. Codicibus sive primùm edita, sive emendata. Ibidem typis Josephi Vannaccii 1691. in 4. Præit operi Disquisitio *de antiquo Ritu canendi in Missa*. Capitulare autem notis uberrimis illustravit idem *Thomasius*. Celebratur hoc opus a Bernardino Bacchino in Diario Literatorum Mutinæ anno 1692. *pag.* 7. & ab Actis Lipsiensibus mense Octobris anno 1692. *pag.* 477.

Dissertatiunculas de Fermento Eucharistico. in 4. Citantur, & laudantur in Diario Literatorum Italiæ *t.* 26. *pag.* 49.

Officium Dominicæ Passionis feria sexta Parasceve majoris Hebdomadæ secundùm Ritum Græcum, nunc primùm latinè editum. Romæ typis Josephi Vannaccii 1695. in 8.

Indiculum Institutionum Theologicarum veterum Patrum. Romæ per Corbelletum 1701. in 4.

Institutiones Theologicas antiquorum Patrum, quæ aperto sermone exponunt breviter Theologiam sive Theoricam, sive Practicam. tom. 3. in 8. Romæ ex typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide 1709. 1710. 1712. Laudantur in Diario Literatorum Italiæ *t.* 2. *pag.* 514. *tom.* 5. *tom.* 9. 10. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26.

Prælo paraverat ex eodem Diario *tom.* 24. *pag.* 13.

Institutionum Theologicarum veterum Patrum alios tomos, in quibus inserta sunt:

Catechesis S. Augustini de catechizandis rudibus e capite 16. *usq. ad finem.*

Enchiridion ejusdem ad Laurentium.

Libri 11. 12. 13. 14. 19. 20. 21. 22. *ejusdem de Civitate Dei.*

Liber Hæresum ejusdem, ad Quod vult Deum.

Liber de Agone Christiano.

Quatuor libri Hæreticarum fabularum Theodoreti.

Liber quintus Divinorum Dogmatum, seu Decretorum.

Gennadius de Ecclesiasticis Dogmatibus.

S. Fulgentius de Fide ad Petrum.

S. Isidorus de summo Bono, sive quatuor libri Sententiarum.

S. Joannes Damascenus de Fide Orthodoxa libr. 4. *de Paralellis lib.* 3. *& liber de Hæresibus,*

In fine operis Index generalis totius operis.

Præterea paravit ex eodem Diario *tom.* 26. *pag.* 28.

Breviculum aliquot monumentorum veteris moris, quo Christifideles ad sæculum usque decimum utebantur in celebratione Missarum, sive pro se, sive pro aliis vivis, vel defunctis, & de ejusdem rei oneribus.

De privato Ecclesiasticorum Officiorum Breviario extra Chorum.

Memorialem Indiculum veteris, & probatæ in Ecclesia consuetudinis concedendi Indulgentias.

Notulas ad dubia proponenda Congregationi Sacrorum Rituum pro nova impressione Missalis.

Rursus ex citato Diario *t.* 9. *pag.* 469. paravit

Geminam & legitimam editionem Sacramentarii S. Gregorii Magni.

Indicem Sanctorum ex Græcis voluminibus, ex P. Maggio in Carmelo Mariano *pag.* 302.

Idiomate italico typis evulgavit ex eodem Diario Literatorum Italiæ *to.* 26. *pag.* 50.

Vera

Vera norma di glorificare Dio, e di fare Orazione secondo la dottrina delle divine Scritture, e de' SS. Padri. Romæ typis Josephi Vannaccii 1687. in 12.

Breve Ristretto de' Salmi, che comprende i versi d'orazione in quelli contenuti. Ibidem apud eumdem 1699. in 8.

Constituzioni delle Monache Benedettine del Monastero della B. Vergine Madre di Dio Maria del Rosario di Palma nella Diocesi di Girgenti. Ibidem apud eumdem 1690. in 8.

Breve Istruzione del modo d'assistere alla Messa. Ibidem in 12.

Ufficio proprio di S. Gaudenzio Vescovo di Rimini. in 4.

Il nuovo Messale riveduto, e corretto. in fol.

Esercizio cotidiano. Romæ typis Francisci Gonzagæ 1713. in 8.

Messa per la buona morte conceduta dal Sommo Pontefice Clemente XI. a richiesta del Gran Duca di Toscana Cosimo III.

SYLLABUS

Romanorum Pontificum, Principum, S. R. E. Cardinalium, Præsulum, aliorumque illustrium virorum, penes quos JOSEPHUS MARIA Cardinalis THOMASIUS antequam ad sacram purpuram evectus esset, ob vitæ sanctimoniam, & doctrinam, magno in pretio, & veneratione extitit.

Ex Summis Pontificibus.

INNOCENTIUS XII. Pontifex maximus, Thomasium magno ab omnibus in honore, & æstimatione habitum, singulari etiam benevolentiæ suæ significatione dignum reputavit: quippe cùm Psalmorum expositionem ab eo factam per manus Ulyssis Cardinalis Gozzadini (inscio hujus rei Thomasio) accepisset; captus mellifluo ejus scribendi charactere agnoscere de vultu illum voluit, quem non post multò cùm ante pedes suos in genua provolutum habuisset, benignissimè excepit, & spiritualibus donis, ac favoribus cumulatum dimisit. Elapso inde brevi temporis intervallo in Apostolicum Urbis Examinatorem, Sacræq. Rituum Congregationis Consultorem elegit; ast humilis Dei Servus ab omni honorum appellatione omninò alienus, dignitates illas illico recusavit. Berninus *in vita Thomasii secundæ editionis cap. 9. pag. 152.*

CLEMENS XI. Theatinæ Congregationis Benefactor insignis, adeo Thomasii studiosissimus, ac amantissimus extitit, ut licèt supra illum divitias beneficentiæ suæ quodam modo effuderit, nunquam tamen pro viri meritis se fecisse satis autumabat. Hinc postquam Thomasium in sui Ordinis, atque Sacrorum Rituum, & Indulgentiarum Congregationum Consultorem motu proprio elegisset, eumque præterea Romanæ, & Universalis Inquisitionis Sancti Officii Qualificatorem constituisset; ad constantis, & nunquam interrupti amoris sui ostensionem inter S. R. E. Cardinales, tametsi omninò invitum, & reluctantem, cooptavit 18. Maji 1712. ut superius dictum est. Berninus, & Borromæus *in vita*, Diarium Literatorum Italiæ *tom. 2. art. 1. pag. 16. 17.*

BENEDICTUS XIII. dum inter S.R.E. Cardinales recensitus inclaresceret, ea in æstimatione, & veneratione semper habuit Thomasii sanctimoniam, ut illum adhuc viventem in epistolis suis appellare *Sancti Viri* vocabulo non ambegerit: quod præstitit etiam in literis postulatoriis ipsius Beatificationis, ut inter alios refert laudatus Berninus *in eadem Thomasii vita cap. 22. pag. 397.*

Ex Principibus.

CHRISTINA Svecorum Regina, literatorum amatrix, & promotrix, tanti fecit Thomasii doctrinam, ut illum inter sui sæculi doctissimos Viros reposuerit, deprædicaveritque: cui proinde liberum aditum præbuit adeundi celebrem suam Bibliothecam, antiquosque Codices Monasterii Floriacensis edendos tradidit; ex quibus materiam hausit Thomasius pro suis Codicibus Sacramentorum, quos in grati animi pensum eidem Reginæ paulò post adscripsit, nuncupavitque his verbis:

Chri-

Christinæ Svecorum, Gothorum, & Wandalorum Reginæ
Joseph Maria Thomasius Congregationis Clericorum Regularium Presbyter
S. D.

Quos Codices ab hinc complura sæcula conscriptos munificentia tua mihi concessit edendos, hos nunc sui fæcundos exempli majestati tuæ jure restituo. Qua in re utrumque gratulor, & sine prisci characteris molestia in hoc uno volumine eos lectitare te posse, & de re sacra optimè meritam ex eisdem apud eruditos omnes haberi. Accipe ergo quod præclaram decet sapientiam, religionemque tuam, atque in eo summæ observantiæ in te meæ obsequium humaniter admitte. Vale.

Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 19. *pag.* 17. 18. 19. Berninus *pag.* 152.

Ex Cardinalibus.

FRANCISCUS senior BARBERINUS Sacri Collegii Cardinalium Decanus, Episcopus Ostiensis, magnus Literatorum Mæcenas, eo in amore, & pretio habuit *Thomasii* doctrinam, vitæque sanctimoniam, ut frequenter agere cum illo de rebus ecclesiasticis, deque sacris Ritibus, & Canonibus, tametsi variis distentus curis, in morem habuerit. Cujus studia summopere juvit traditis illi nonnullis sanctorum Patrum Codicibus, aliisque antiquis Ecclesiæ Romanæ monumentis ex insignibus Bibliothecis Vaticana, Barberina, Vallicellana, Glusiana, & Altempsiana, ut ipsemet *Thomasius* non obscurè innuit in libro, cui titulus: *Responsorialia, & Antiphonaria Romanæ Ecclesiæ a S. Gregorio Magno disposita*: ubi in Præfatione Operis *pag.* 7. ait: *Ex his primùm est Vaticanæ Basilicæ Antiphonarium membranaceum, notis musicis; non iis, quæ hodiè sunt in usu, connotatum: quod nobis summa benignitate olim communicaverat vir ille summis laudibus prosequendus, & de bonis studiis meritissimus Franciscus Barberinus Episcopus Cardinalis Ostiensis, cujus memoria in benedictione cùm apud omnes, apud me tum maximè semper erit cum summis me sibi officiis, quam arctissimè devinxerit.* Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 18. *pag.* 20. *tom.* 19. *pag.* 2. 3. 4. Berninus *pag.* 154.

FRANCISCUS junior BARBERINUS, alter ejusdem nominis, & familiæ Cardinalis amplissimus, tanti etiam fecit *Thomasii* doctrinam, vitæque probitatem, ut non modò illius suffragium in plena Cardinalium Congregatione, utpotè solidissima refertum doctrina, cæteris Theologorum votis prætulerit; verùm etiam summam illius demiratus animi demissionem, ingenuè fassus est, nunquam se eousque deprehendisse in aliis Religiosis Viris tam profundam humilitatem, qualem perspexerat in Thomasio. Berninus *cap.* 9. *pag.* 154. & *cap.* 13. *pag.* 209.

LEANDER COLLOREDUS S.R.E. Cardinalis, Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, sanctimoniæ laude satis notus, cùm aliquoties morum innocentiam, pietatem, cæterasque *Thomasii* virtutes delibasset, illum ceù virum a Deo datum Ecclesiæ suæ in ædificationem fidelium venerabatur, sibique cor rapuisse affirmabat. Ideoque frequenter invisere in cella sua, maximè dum ægrotaret, consuevit. Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 26. *pag.* 46. Berninus *cap.* 9. *pag.* 153.

JOSEPH AGUIRRE S.R.E. Cardinalis ex Ordine S. Benedicti, *Thomasium*, cui addictissimus extitit, adire in Ædes S. Sylvestri frequenter solebat, ubi initis inter se variis colloquiis de rebus ecclesiasticis, & sanctis Patribus, pluseulas diei horas eruditè insumebant. Huic eximio, ac doctissimo Cardinali tradidit *Thomasius* rectam methodum instituendi studia sua in lectione SS. Patrum: ut testatur in suo Indiculo Institutionum Theologicarum in Epistola ad Joannem Mabillonium, in qua invitans omnes ad SS. Patrum studium, inter alia hæc habet: *Memini me dicere Eminentissimo Cardinali de Aguirre piæ memoriæ, si repuerascerem, alio me prorsus modo mea studia instituturum, mihique optimum Cardinalem respondere, se quoque rem menti meæ consimilem facturum.* Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 18. *pag.* 20. *tom.* 26. *pag.* 46. Berninus *cap.* 9. *pag.* 153.

JOANNES BONA ex Ordine Cisterciensium, Presbyter Cardinalis, de

Republica literaria præclare meritus, *Thomasium* summoperè sibi acceptum, sæpissimè ad conferendum secum de literariis rebus admittebat: cui stimulum addidit ad continuanda SS. Patrum studia, ipsiusque opera in publicam lucem pro Ecclesiæ utilitate emittenda. Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 18. *pag.* 20. *tom.* 19. *pag.* 2. Berninus *loco superius citato*.

HIERONYMUS CASANATE S. R. E. Cardinalis incredibili studio *Thomasium* complexus est, captusque egregiis ejus animi dotibus, & potissimùm morum innocentiâ, & eruditione summâ, non modò uti ejus consiliis, ac suffragiis in præcipuis Ecclesiæ negotiis in morem habuit, verùm etiam proponere Innocentio XII. tanquam virum Cardinalitio galero dignum minimè detrectavit. Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 26. *pag.* 46. Berninus *ibidem*.

MICHAEL ANGELUS RICCIUS S.R.E. Cardinalis, antequam ad sacram Purpuram proveheretur, institutis crebris cum *Thomasio* colloquiis de rebus literariis, illum ad solidissima veterum Patrum, divinæque scripturæ studia maximè accendit. Cujus consilium sequutus *Thomasius*, appellare eximium Cardinalem Magistrum, ac Præceptorem suum passim consuevit: cui præterea literarios labores suos sæpissimè communicavit. Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 28. *pag.* 20. & *tom.* 19. *pag.* 2.

ULDERICUS Cardinalis CARPINEUS Episcopus Portuensis, Thomasianæ familiæ studiosissimus: quæ olim benevolentiæ suæ argumenta erga Venerabilem D. Carolum de Thomasiis ostenderat, eadem post illius obitum *Josepho* defuncti nepoti æquali amoris sui contestatione patefecit. Ast *Thomasius* charitatis illius memor, quam moribundo patruo pientissimus Cardinalis exhibuerat in agone, adesse in extremis vitæ ipsius periodis spiritualibus adjumentis, præsentiaque sua in grati animi significationem voluit, recommendando Deo illius animam. Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 19. *pag.* 6.

GASPAR CARPINEUS S. R. E. Cardinalis, Urbis Vicarius in spiritualibus, ob singularem conceptum, quem gerebat de *Thomasii* doctrina, ac vitæ probitate in cunctis ferè casibus, sive controversiis, quæ occurrere in sua Curia solebant, nihil decernere volebat non audito prius illius oraculo, & voto. Berninus *cap.* 9. *pag.* 154.

FRANCISCUS PIGNATELLUS S. R. E. Cardinalis, e Congregatione Clericorum Regularium, Archiepiscopus Neapolitanus, & Apostolici Collegii Decanus, olim *Thomasii* in Christo frater, & condiscipulus; ex singulari, quam de illius sanctimonia opinione habebat, passim apud correligiosos suos appellare virum sanctum, eumque proponere omnibus ceu regularis observantiæ, perfectiq. viri ideam, & exemplar solebat. Borromæus, & Berninus *in Vita Thomasii*.

ULYSSES Cardinalis GOZZADINUS, *Thomasium* quà scientiis, quà virtutum insignibus cum primis ornatissimum, ita adjudicabat, ut pendere ab ejus nutu in iis, quæ ecclesiasticos decent, voluerit: cujus consilia tanti faciebat, ut propriis commodis non semel prætulerit. Berninus *cap.* 9. *pag.* 154. & *cap.* 10. *pag.* 170.

THOMAS FERRARIUS ex Ordine Prædicatorum, S. R. E. Cardinalis tituli S. Clementis, ob antiquam cum *Thomasio* amicitiam summoperè de illius promotione ad sacram Purpuram gratulatus est: cujus postmodum celeris obitûs paucos post menses acceptâ notitiâ, nimio dolore correptus, in hæc verba prorupisse fertur: *O quàm magnam in morte Thomasii passa est Ecclesia Dei jacturam!* Berninus *cap.* 23. *pag.* 359.

JOSEPH S. R. E. Cardinalis VALLEMANUS, commendatissimus Apostolici Senatûs vir, adeo *Thomasii* amore flagravit, ob singularem scilicet ipsius peritiam in ecclesiasticis rebus, & antiquis Ecclesiæ ritibus, ac monumentis, ut summis votis ejus amicitiam efflagitaverit, quemadmodum ipsemet Cardinalis fassus in quadam attestatione est, quam habes apud Berninum in vita Thomasii *cap.* 10. *pag.* 162. ubi pariter asserit, se nullum unquam agnovisse virum *Thomasio* doctiorem, magisque

ver-

versatum in sacrarum rerum studio. Berninus *loco mox citato*.

JOSEPH Cardinalis IMPERIALIS, Congregationis Disciplinæ Regularis Præfectus, ea in existimatione habuit *Thomasii* doctrinam, ut ejus suffragium, sive votum magni semper fecerit. Berninus *cap.* 10. *pag.* 162.

FRANCISCUS MARIA CASINUS S. R. E. Cardinalis S. Priscæ, ex Ordine Patrum Capucinorum, eximius semper extitit *Thomasii* cultor, & venerator: quippe qui demiratus non semel fuerat egregias illius animi virtutes, modestiam nimirum, humilitatem, vitæ austeritatem, raramque eruditionem, & doctrinam. Qua de causa in relatione, quam fecit de illius sanctimonia, illum vocat *doctissimum, illuminatissimum, ac omnibus christianis virtutibus ornatissimum*. Berninus *cap.* 10. *pag.* 160.

ANNIBAL ALBANUS S. R. E. Cardinalis Camerarius, Clementis XI. ex fratre nepos, æmulatus patrui sui pietatem, benevolentiamque, quibus ille erga *Thomasium* ferebatur, perennibus amoris sui beneficiis, & favoribus prosequutus eumdem est quamdiu vixit. Post cujus mortem in venerationis argumentum asservare penes se illius pileum veluti pretiosum aliquod margaritum voluit. Berninus *cap.* 17. *pag.* 275. & *cap.* 23. *pag.* 389.

ALEXANDER ALBANUS S.R.E. Cardinalis, dum adhuc inter laicos ageret, *Thomasii* veneratione, sanctimoniæque fama permotus, adire illum in suum Palatium unà cum germano fratre Carolo Albano Principe Romano voluit: ubi intervenientes ambo spiritualibus exercitiis, quæ fieri solebant in privato ejusdem Cardinalis *Thomasii* sacello, inflammari se ad pietatem, devotionemq. fassi sunt. Berninus, & Borromæus *in Vita Thomasii*.

Denique Eminentissimi Patres Sacræ Congregationis de Propaganda Fide ex peculiari, quam habebant, opinione de *Thomasii* doctrina, & peritia in veteribus Ecclesiæ monumentis, illum frequenter interpellabant pro indagine scripturarum antiquarum, consulebantque nonnunquam in dubiis, ac controversiis fidei. Porrò venerabilem hanc toti christiano Orbi Congregationem, *Thomasius* cùm inter ipsius augustos Patres adscriptus esset, hæredem instituit suarum supellectilium, & bonorum omnium. Berninus *c.* 9. *pag.* 154. Borromæus *in eadem vita Thomasii circa finem*.

Ex Præsulibus, & Prælatis.

TAmetsi omnes propemodum Romanæ Curiæ Prælati summo in honore, & veneratione *Thomasium* semper habuerint, ob ipsius præclara in Deum merita, vitæque sanctimoniam, ac doctrinæ splendorem, quibus ornatus veluti fulgentissimum sydus resplenduit in Ecclesia Dei, præcipuè tamen ejus virtutum cultores fuêre.

JOANNES CIAMPINUS Prælatus magni nominis, scriptis, præloque celeberrimus, qui olim *Thomasio* arctissima in amicitia junctus fuit, de quo infra.

JUSTUS FONTANINUS Clementis XI. Camerarius, vir Reipublicæ Literariæ abundè notus, & *Thomasii* studiosissimus, cujus vitam eleganter descripsit in Diario Literatorum Italiæ, ut infra dicetur.

JOSEPH MARIA SUARESIUS Episcopus Vasonensis, Basilicæ Vaticanæ Vicarius. Cum quibus omnibus eruditis viris studia sua conferre *Thomasius* consuevit, ex laudato Diario *tom.* 22. 23. 24.

PHILIPPUS DE TORRE Episcopus Adriensis, Alexander Burgos sacræ Theologiæ Magister ex Ordine Minorum Conventualium S. Francisci, Catanensis postmodum Ecclesiæ Antistes, Carolus Maigrot Gallus Episcopus Cononensis, Vicarius Apostolicus olim in Regno Sinarum, Joannes Franciscus Nicolai ex Ordine Minorum Observantium S. Francisci, Vicarius Basilicæ Vaticanæ, & Patriarcha, Franciscus Ramirez Agrigentinorum Præsul e Dominicana familia, Joseph Maria Sauli Nauli Episcopus, aliique complurimi, de quibus consule memoratum Diarium locis citatis, & Auctores ipsius vitæ.



Ex Doctoribus Illustrium Europæ Academiarum.

INsignes EUROPÆ ACADEMIÆ, Parisiensis nempè, Patavina, Salmanticensis, & Lovaniensis, eam opinionem de *Thomasii* doctrina habuére, ut præter elogia, quæ in ejus commendationem ediderunt, consulere illum in rebus doctrinalibus haud raró consueverint. Hinc aliqui Sorbonæ Doctores, qui Romam pro quibusdam negotiis advenerant, *Thomasium* illicò adiêre, a quo ex commissione Episcoporum Galliæ, & signanter Archiepiscopi Rhemensis, votum suum in quibusdam controversiis, dubiisque non levi ponderis enixè quæsivêre. Berninus *cap.* 9. *pag.* 148.

ANTONIUS VAIRA Sacrorum Canonum antecessor primarius in Archilyceo Patavino, ac postmodum Adriensis Episcopus, ut primùm in Urbem pervenit, *Thomasium* sibi jam notum ex publica virtutum ejus fama convenit; cujus pietatem, doctrinamq. demiratus, in hæc verba prorupit: *O quam venustè, in una* Thomasio *emicat pietas cum doctrina! sanctimonia cum scientia!* Berninus *cap.* 9. *pag.* 152.

Demum HOLLANDIÆ HÆRETICI, *Thomasii* doctrinæ robur, firmitatemq. formidantes, utpotè erroribus suis oppositę, dicere ad alterutrum consueverunt: *Cavete Thomasium.* Ex Bernino *cap.* 9. *pag.* 148. Cujus postmodum sequuta jam morte, in publicis Novalis sanctissimi viri titulo gloriosum nomen cohonestarunt; quæ quidem laus, utpotè ex ore heterodoxorum prolata, valdè honorifica *Thomasio* esse debet. Berninus *cap.* 23. *pag.* 393.

S Y L L A B U S

Sexaginta ferè Auctorum, qui JOSEPHI *Cardinalis* THOMASII *doctrinam, ejusque opera, ac vitæ sanctimoniam summis laudibus exornarunt.*

Ex Gallis.

NUlla profectò ex cunctis Europæ Nationibus magis benevola *Thomasio*, ejusque operibus extitit, quàm Gallica gens, quæ utpotè scientiis omnibus præ cæteris dedita, ita eruditis viris semper addicta fuit. Ex hac ergo inclyta Natione plures numerantur eximii Auctores, qui *Thomasium* condignis laudibus efferunt; sed horum præcipui sunt:

IGNATIUS HYACINTHUS GRAVESON ex Ordine Prædicatorum, qui *in Historia Ecclesiastica tom.* 7. *colloq.* 6. *pag.* 211. loquens de *Josephi Thomasii* virtutibus, & vitæ sanctimonia, hocce testimonium protulit. *Sed prætermittere haud possum alium S. R. E. Cardinalem, qui nuperrimè ad Deum migravit* Josephum Mariam Thomasium *Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum, virum immensa eruditione cum eximia pietate conjuncta præditum, quem ipse Romæ vidi, sæpiùsque tetigi ejus lecti duritiem, palearum stramen, asperum cilicii indusium. Suspexi hujus optimi Cardinalis ex clarissima, ac piissima familia originem ducentis; Modestiam humana majorem; animum a fastu omninò alienum; Charitatem, quæ est vinculum perfectionis erga Deum ferventissimam, erga proximum effusissimam, restaurandi disciplinam morum, & ethycam christianam a corruptelis repurgandi ardentissimum zelum. Hæc omnia non solùm Scriptores illius vitæ, sed uno ore contestantur omnes, quotquot eum Romæ viderunt, ipsiusque pretiosam in conspectu Domini mortem maximis præconiis celebrarunt.* Et *tom.* 8. *colloq.* 5. *pag.* 211. de Thomasii eruditione, sive operibus typis evulgatis subjungit: *Ordinem Clericorum Regularium, qui Theatini appellantur, sæculo 17. maximè illustravit* Josephus Maria Thomasius *Cardinalis a Clemente XI. Pontifice Maximo creatus. Hic quippe Scriptor cùm generis nobilitate, tum pietate, & eruditione excellentissimus, præter brevem, quem edidit Indiculum quorumdam Opusculorum SS. Patrum, ex quibus præcipua sacræ Doctrinæ argumenta sibi derivent Theologiæ Candidati, varios quoque Romæ vulgavit Institutionum Theologicarum veterum Patrum tomos, Codices Sacramentorum, &c. Missale Gothicum Francorum, & Gallicanum vetus, Antiquos libros Missarum Romanæ Eccle-*

siæ,

ſiæ, &c. *Pſalterium juxta duplicem editionem Romanam, & Gallicanam*, &c. *aliaque doctiſſima Opera, quibus pius ille Cardinalis, linguarum Hebraicæ, & Græcæ peritiſſimus, nomen ſuum reddidit immortale.*

LUDOVICUS MORERIUS *in Supplemento Dictionarii Hiſtorici tom.* 2. *verbo*, Tommaſſi, *fol.* 581. de eodem verba faciens, hæc gallicè ſcripſit: *Tommaſſi (Joſeph Marie) etoit fils aînè du Duc de Palma. Dès l'age le plus tendre il ſe conſacra a la S. Vierge, & ce fût qui l'obligea de prendre dans la plupart de ſes ouvrages le nom de Joſeph Maria Caras. Pour meriter la protection de la Vierge, il fit voeu de chaſtetè. Quoiqu'il fût l'aînè d'une Maiſon illuſtre, il ſuivit l'exemple d'un Oncle, & de quatre Soeurs, qui avoient quittè le monde, & renonça a tous les honneurs, qu'il lui ofroit. Il entra dans l'Ordre des Theatins, où il ſe diſtingua par une modeſtie conſtante, une oraiſon preſque continuelle, une mortification rigoureuſe malgrè la delicateſſe de ſon temperament, une exacte pauvretè. Il couchoit ſur la dure, il ſe privoit des recreations ordinaires, il ſavoit par coeur tous les Pſeaumes, & faiſoit ſes delices de les reciter, & de les mediter. Il ne ſe diſtingua pas moins par ſa Science, que par ſa pietè. Il etudia le Grec, l'Ebreu, le Caldaïque, la Philoſophie, & la Litterature Payenne, & de cette partie de la Science eccleſiaſtique, qui regle l'Office Divin. Clement XI. dit-on, le contraignit d'accepter le Cardinalat, au quel il fut elevè le* 18. *Mai* 1712. *L'augmentation mediocre de ſes revenus fût utile aux pauvres, dont ſa Maiſon devint l'azile, en ſix mois il leur diſtribua quatre mille ecus d'or. Il ſecourut les Catholiques R. Suiſſes dans la guerre, qu'ils eurent contre les Proteſtans. Il renouvella l'ancienne diſcipline touchant les titres des Cardinaux, il precboit tous les dimanches. Il predit, dit-on, plus d'une fois les aproches de ſa mort. Il avoit ſouhaitè d'ètre enterrè ſans aucune pompe dans un Cimetiere. Ce deſir ne fût point ecoutè. On lui erigea un ſepulcre de marbre. &c.* Poſtea recenſet illius opera, quæ approbat, & laudat.

PATRES SOCIETATIS JESU natione Galli *in Monumentis Trevolcianis*, ſive in libris, quos inſcripſerunt: *Memoires pour l'Hiſtoire des Sciences, & des beaux Arts*, &c. *Janvier* 1714. *art.* 22. *pag.* 284. 285. 286. 287. referentes Orationem Joannis Titolivii de laudibus præſtantiſſimi, & religioſiſſimi Cardinalis Joſephi Mariæ Thomaſii, hæc addunt: *Monſieur l'Abbè Titolivio, Referendaire de la Congregation de l'Indice, ne pouvoit choiſir un ſujet plus convenable a l'eloquence qui le diſtingue, eloquence formèe ſur le bon goût de l'ancienne Rome. L'Eminentiſſime Cardinal Tommaſſi, fils aînè du Duc de Palma, mais plus illuſtre par ſa vertu, que par ſa naiſſance, ni par la dignitè qui a etè la recompenſe de ſa vertu, ayant fait revoir a Rome les ſaintes moeurs des beaux ſiecles de l'Egliſe, devoit avoir un Panegyriſte, qui rappellât l'idèe des beaux ſiecles de la langue latine. La memoire du Juſte ſera èternelle, c'eſt un oracle du Roi Prophete, dont l'accompliſſement regarde ſûrement le ſaint Cardinal. Ses vertus, ſes ouvrages, tout repond de la durèe de ſa glorie, e l'eloge que le Pape a fait de lui dans le Conciſtoire ſuffiroit pour l'immortaliſer. Je ſens (ce ſont les paroles du ſaint Pere) Je ſens plus que les autres pertes, celle que je viens de faire du tres-illuſtre, & du tres-pieux Cardinal* Tommaſſi, *ie ſouffre avec peine qu' on nous enleve ſitôt ce modele de ſaintetè, cet exemplaire de l'ancienne diſcipline, qui la retraçoit dans ſa conduite, & par ſes ecrits; ajoutons que le diſcours de l'eloquent Abbè contribuera de ſon cotè a perpetuer la memoire du Cardinal.*

Il le repreſente maitre de ſes paſſions, dans un âge ou l'on ſe fait une eſpece de loi de le contenter, ſage dans l'enfance, moderè dans la jeuneſſe: il ſe conſacra dès l'âge le plus tendre a la Mere de Dieu, dans une Egliſe de Sicile celebre par la devotion des peuples. Pour meriter ſa protection il fit voeu de Caſtetè, & quoiqu'il fût l'âiné d'une Maiſon illuſtre, il ſuivit l'exemple d'un Oncle, & de quatre Soeurs, qui avoient quittè le monde, & renonça a tous les honneurs, qu' il lui ofroit. Il entra dans l'Ordre des Theatins.

Le

Le nombre des personnes d'une insigne vertu, qui le composent n'empêcha pas la sienne d'éclater: il se distingua par une modestie constante, une oraison presque continuelle, une mortification rigoureuse, malgrè la delicatesse de son temperament, une exacte pauvretè: il couchoit sur la dure, il se privoit des recreations ordinaires, il savoit par coeur tous les Pseaumes, & faisoit ses delices de les reciter, & de les mediter.

La science ne l'a pas moins distinguè que la pietè. Pour se rendre utile a l'Eglise il avoit subi volontiers le travail penible d'etudier le Grec, l'Hebreu, le Caldèen, la Philosophie, & la Literature Payenne; mais il s'etoit livrè avec plaisir a l'etude de l'Ecriture, de la Theologie, & sur tout de cette partie de la Science ecclesiastique, qui regle l'Office Divin. Sous un Pape tel que Clement XI. un merite si grand ne pouvoit demeurer obscur. En vain l'humble Religieux s'ètoit-il muni contre les dignitez par un voeu de les refuser: en vain employa t'il pour les eloigner les prieres auprès de Dieu accompagnèes de larmes, les plus pressantes remontrances auprès du Pape Clement XI. qui l'avoit consultè sur la repugnance a accepter le Pontificat, voulut absolument l'associer a sa sollicitude pastorale: il le contraignit d'accepter le Cardinalat. Une dignitè si elevèe ne changea, ni le coeur, ni la conduite du nouveau Cardinal; il ne sorti des tenebres de la retraite, que pour mettre dans un plus grand jour les vertus, qu'il y tenoit cachèes; l'augmentation mediocre de ses revenus ne fut utile qu'aux pauvres, dont sa maison devint l'azile; en six mois il leur distribua quatre mille ècus d'or, il secourut les Catholiques de Suisse attaquez par les Protestans, il sembloit, que sa charitè multipliât l'argent: il renouvella l'ancienne discipline touchant les titres des Cardinaux, il prêchoit tous les Dimanches dans le sien, & se faisoit une gloire solide d'y apprendre la Religion a la plus vile populace. Rome n'a pas joüi long tems de ses exemples, de ses soins Apostoliques, des profusions de sa charitè, une mort trop prompte, mais non pas imprevûè, l'a enlevè; il en a prèdit plus de une fois les approches. Modeste jusqu'au tombeau, il avoit souhaitè d'etre enterrè sans aucune pompe, dans un Cimitiere. Ce dèsir n'a point ètè ècoutè; on lui a èrigè un Sepulchre de marbre, & la voix publique a prèvenu partout les eloges solemnels de sa vertu. &c.

SEBASTIANUS LE NAIN DE TILLEMONT *tom. 1. 2. 6. & 7. Memoriarum pro Historia Ecclesiastica*, plures de *Thomasio*, ejusque operibus honorificam mentionem facit, præsertim in Indice Auctorum, quibus usus est pro sua Historia. Ex Diario Literatorum Italiæ *tom. 19. pag. 29.*

ADRIANUS BAILLET in libro, cui titulus: *Jugemens des Savâns sur les principaux ouvrages des Auteurs*, ejusdem meminit sub nomine *Josephi Cari.*

Denique DIARIUM GALLIÆ *tom. 27. anno 1689. tom. 28. anno 1693.* emeritis laudibus *Thomasii* doctrinam, ejusque Opera effert.

Ex Monachis Benedictinis Congregationis S. Mauri in Gallia.

INter Regulares, qui in Gallia singulari doctrina, & recondita eruditione prædìti floruêre elapso sæculo, sive ad præsens refulgent, principem locum sibi vindicant Benedictini Monachi Congregationis S. Mauri, quos utpotè *Thomasii* studiosissimos, eique olim amicitiæ vinculo colligatos, in hunc locum adferam, eorumque elogia in commendationem *Thomasii* referam, adducamque.

JOANNES MABILLONIUS celebre in Gallia, & Italia nomen, totique literato Orbi satis notus Auctor, ob præclara volumina, quæ typis evulgavit, variis in operibus, & locis honorificam de *Thomasio* mentionem facit; ast potissimùm *in quarta præfatione ad §. IV. Liturgiæ Gallicanæ*, editæ Parisiis anno 1685. loquens de Codicibus Gelasianis *Thomasii* operâ Romæ evulgatis, ait: *Joseph Thomasius Clericus Regularis in Urbe Presbyter, rerum sacrarum studiosissimus.* Et lib. 1. cap. 2. §. 4. *ejusdem Liturgiæ*, differens de eodem Codice Gelasiano, subdit: *Gelasianus* (ordo) *diù desideratus est, sed* tan-

tandem illum e tenebris eruit vir de Ecclesia benemeritus Josephus Maria Thomasius Clericus Regularis, Item *lib.* 3. ejusdem operis declarat, se valdè obstrictum *erudito Josepho Mariæ Thomasio, qui libros indicatos, idest tria Missalia, ut vocamus, e tenebris in lucem protulit*. Item in Relatione itineris sui per Italiam *pag.* 93. ait: *Josephus Thomasius Clericus Regularis ex ordine Theatinorum, amicus noster, in primis modestia, & pietate non minus, quàm doctrina, & scriptis commendandus, collectanea de Ritibus sacris quamplurima habet, quorum ultrò nobis copiam fecit. Solo animo promovendi studia rerum sacrarum, quibus totus incensus est*. In Musæo Italico *tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 278. in notis ad Sacramentarium Gallicanum de eodem inquit: *Amicus noster pius, ac doctus Josephus Maria Thomasius in erudita Præfatione ad Responsorialia, & Antiphonaria, quæ Romanis typis anno superiori prodierunt*. Et *tom.* 2. ejusdem Musæi, cui ritualia a Thomasio accepta inseruit, iterum fatetur se obstrictum *erudito Josepho Mariæ Thomasio, qui nobiscum quidquid hoc de argumento in scriniis habebat suis, humanissimè communicavit*. Et in Commentario ad Ordinem Romanum *pag.* 4. postquam locutus est de Agobardo, qui correxit opera Amalarii, subdit: *Correptus & ipse a Viro modestissimo Josepho Maria Thomasio in notis ad Responsorialia, & Antiphonaria Romana*. Demum *pag.* 9. ejusdem Commentarii disserens de Ordine Romano, subjungit: *Quale verò de his judicium, ac de vulgato Ordine Romano ferendum sit, nos docet earum rerum peritissimus* Josephus Maria Thomasius *in scholiis ad Responsorialia*.

Huic eximio Viro *Thomasius* nuncupavit Indiculum Institutionum Veterum Patrum, cujus Epistolæ dedicatoriæ, secutus morem priscorum Patrum, hunc titulum præfixit: *Domino charissimo, & sincerissimo, ac obsequendo fratri, & Compresbytero Domino Joanni Mabillonio Monacho Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, Joseph Maria Thomasius Clericus Regularis salutem in Domino*. &c.

JOANNES MARTIANÆUS principalis auctor novæ editionis Operum S. Hieronymi *tom.* 1. *prolegom.* 1. §. 5. scribens de Itala Versione Sacræ Scripturæ, air: *Exempla hujusmodi lectionum suppeditat Collectio Canticorum Scripturæ Sacræ, quæ ad finem Psalterii Hieronymiani ex nova & veteri editione latina proposuit doctus vir Carus*, (idest Thomasius) *qui Romæ ante paucos annos multa antiquitatis sacræ monumenta studiosissimè conquisivit, & typis mandari curavit*. Et *prolegom.* 2. §. 5. loquens de eodem ait: *Doctus Carus Presbyter Theologus*, &c. Item *pag.* 1219. inquit: *Psalmorum volumen ..... ante annos circiter decem Josephi Cari Presbyteri studio ac labore Romæ primùm editum est...... Hujusmodi eruditi Cari diligentiam in edendo duplici Hieronymi Psalterio, ut imitemur*, &c. Denique *prolegom.* 1. *c.* 4. §. 1. vocat Thomasium *Eruditum Theologum*.

BERNARDUS DE MONTFAUCON *in Diario Italico c.* 14. *pag.* 191. loquens de Romana Domo Sancti Sylvestri in Monte Quirinali Patrum Theatinorum, hæc de Thomasio adjecit: *In ea degit Vir genere, pietate, atque eruditione præsertim ecclesiastica clarus* Josephus Maria Thomasius, *qui multis editis Operibus rem literariam exornavit*.

EDMUNDUS MARTENE in libro: *De antiqua Ecclesiæ disciplina in divinis celebrandis Officiis c.* 3. allegans Responsorialia, & Antiphonaria Thomasii, de eodem ait: *Quadruplicem Psalmi decantandi modum extitisse docet nos eruditus* Josephus Thomasius *in Præfatione ad vetus Antiphonarium Romanum*. &c. Et *cap.* 4. *pag.* 35. eundem eruditi titulum repetit his verbis: *Eruditus Josephus Thomasius*.

THEODORICUS RUINARTUS *in Notis Gregorii Turonensis pag.* 1187. de eodem *Thomasio* inquit: *Joseph Carus, sive Thomasius, vir eruditissimus, in Præfatione ad Psalterium, ait: Versus omnes integros, prout a cantante dicebantur, ab omni cœtu repetitos fuisse in Psalmis responsoriis*. Et in vita Joannis Mabillonii loquens de viris literatis, cum quibus ille Romæ collationem habuit,

pag.

pag. 126. Thomasium recenset; quem dicit *notum esse ob sancta Opera, quæ publicæ luci tradidit*.

DIONYSIUS A S. MARTHA in nova editione Operum Sancti Gregorii Magni *tom.* 3. *pag.* 619. mentionem faciens de Missali Gothico *Thomasii* studio Romæ edito, illum unà cum suo auctore collaudat.

PHILIPPUS RAFFIER Procurator Generalis ejusdem Congregationis Sancti Mauri, in epistola, quam scripsit ad quendam Theatinum Patrem de die 4. Martii 1713. (quæ legitur apud Antonium Borromæum in vita ipsius *Thomasii* circa finem a *pag.* 189. usque ad *pag.* 197.) præter ea, quæ de illius sanctimonia, & heroicis virtutibus coacervatim, ac summatim inibi exposuit, dicit in initio epistolæ, se ut primùm in Italiam pervenisse, captum illico fuisse vehementi desiderio videndi summum illum virum, nempè *Josephum Mariam Thomasium*, cujus pietas, & eruditio magnopere venerantur in Gallia. Et immediatè post subdit: *Ejus vita visa mihi est perfectissima imitatio vitæ Jesu Christi*. &c.

Præter hactenus relatos S. Benedicti Monachos, alii etiam ex eadem Congregatione S. Mauri, vel etiam ex Congregatione Casinensi, recensentur in Diario Literatorum Italiæ *tom.* 20. 21. *art.* 1. *pag.* 6. 11. & 16. eximii viri, *Thomasio* amicitiæ vinculo conjuncti, ejusque nominis cultores, cujusmodi sunt

ARNOLPHUS DE LOO Abbas Generalis Congregationis S. Mauri.

CLAUDIUS STEPHANOTIUS Procurator Generalis ejusdem Congregationis Sancti Mauri.

LUCAS BACHERIUS Monachus prædictæ Congregationis Sancti Mauri.

BENEDICTUS BACCHINUS Monachus Casinensis, Abbas Sanctæ Mariæ de Lacryma.

ERMANNUS SCHEK Monachus Sancti Benedicti, Bibliothecarius Monasterii Sancti Galli in Helvetia.

ERASMUS GATTOLA e Caeta Monachus Casinensis.

Ex Germanis.

PLures sunt ex Germania eruditi viri, qui *Thomasii* doctrinam, virtutesque emeritis laudibus extollunt; sed horum aliquos utpote a catholica fide alienos, inter heterodoxos Auctores inferius recensebo. Alios verò tamquam orthodoxos, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ obsequentes filios hic subjiciam.

CHRISTIANUS AUGUSTUS Dux Saxoniæ, S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Strigoniensis, & Primas Regni Hungariæ &c. in Epistola, quam scripsit ad Clementem XI. Pontificem Maximum, (quæ refertur a Josepho Pectio in libro: *Defensio Librorum Liturgicorum Ecclesiæ Romanæ*, &c. *pag.* 12. in Præfatione ad Lectorem) loquens de libris *Thomasii* operâ editis, & ab Hæreticis oppugnatis, ait: *Dalle loro opposizioni si comprende maggiormente l'utilità della dottrina da lui promulgata* (nempe a Thomasio) *ed il suo zelo nel promuoverla, per mantenere, ed accrescere il numero de' fedeli nel Dogma Cattolico, e nella pratica delle Cristiane virtù*.

JOANNES BAPTISTA PIART Lotharingus, Procurator Generalis Canonicorum Regularium Congregationis Sanctissimi Salvatoris, relatus a Bernino in Vita Josephi Cardinalis Thomasii *c.* 10. *pag.* 167. innuens *Thomasii* virtutes, illum vocat *Cœlestem Virum, qui ad omnium virtutum Christianarum apicem proximè attingit: Sanctum, cujus fama in Gallia, & Germania percrebuit: verum exemplar sanctioris veteris disciplinæ, in moribus, & doctrina, cui mundus verè crucifixus erat, & ipse mundo*. Et de illius voto in sacra Congregatione Rituum subdit: *Cujus votum præ omnibus maximi ponderis esse coram Summo Pontifice probè noveram*. Et infra ait: *Thomasius omnium sanè ejusdem Congregationis Consultorum decus maximum*.

JOANNES BAPTISTA PARONUS typographus Tridentinus in Præfationibus Joannis Mabillonii in Acta SS. Ordinis S. Benedicti Præfatione ad Lectorem, loquens de iis, qui Mabillonium summo in pretio habuerunt, *Thomasium* inter eos adnumerat, inquiens: *Certè do-*

doctrina, ac pietas in scriptis etiam abundè expressa tantùm ei bonorum omnium favorem, & opinionem conciliarunt, ut non Thomasius *modò Venerabilis Cardinalis, si optio sibi daretur, unum aliquem in amplissimum Purpuratorum Ordinem adlegendi Mabillonium se continuò pronunciaturum dixerit, sed & Clemens XI. Pontifex Maximus hominis morte dolens corpus discretè ab aliis honesto in loco humari debere censuerit.*

Ex Hæreticis Germaniæ.

TAmetsi omnes ferè nostri ævi Sectarii, & Novatores inter infensissimos Fidei Catholicæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ hostes reponendi sint, eorum tamen nonnulli veritate compulsi, solidâque *Thomasii* doctrinâ permoti, non modò illius opera emeritis laudibus deprædicarunt, verùm etiam tam eximii viri modestiam, humilitatem, ac vitæ sanctimoniam dilaudarunt: ut præ cæteris

ACTA ERUDITORUM LIPSIÆ, sive Viri eruditi Urbis Lipsiæ *to.* 1. *suppl. sect.* 9. *pag.* 486. recensentes *Thomasii* Psalterium juxta duplicem editionẽ, &c. hæc in illius laudem subdunt. *Joseph Maria Carus, idem est cum Josepho Maria Thomasio, qui anno Christi* 1680. *vetustos quosdam Sacramentorum Codices Romæ ex Angeli Bernabò typographia in lucem publicam emisit. Ibi enim familiæ suæ nomine per modestiam suppresso, avunculi sui nomen substituere maluit, quem Theatinorum Ordini addictum accepimus.* Et *pag.* 490. *ejusdem tom.* 1. *supplem.* alterum *Thomasii* opus referentes, cui titulus: *Sacrorum Bibliorum juxta editionem seu LXX. Interpretum, seu B. Hieronymi veteres tituli, sive capitula*, &c. ingenuè fatentur, *Josephum Thomasium* ob hoc studium omnibus sacræ Scripturæ studiosis *carissimum* esse debêre. Item anno 1710. *pag.* 337. loquentes de Codicibus Ecclesiæ Romanæ *Thomasii* operâ, & studio Romæ editis, inquiunt: *Illud unum adjicimus, editorem ejusdem scripta conjungendo, quibus adversus Hæreticos urgetur argumentum ab auctoritate Ecclesiæ desumptum, haud obscurè prodere, ab se, eo potissimum consilio omnes hosce edi, ut & Pontificii in fide sua conserventur, & Protestantium quidam hoc artificio ad amplectenda ejus Ecclesiæ, quæ antiquitatis ultimæ speciem præsefert, dogmata convertantur.* Denique in Actis anni 1686. mense Januarii *pag.* 21. anno 1698. mense Februarii *pag.* 62. anno 1692. mense Octobris *pag.* 477. & alibi, Thomasio *Clarissimi* nomen attribuunt.

CHRISTIANUS GRUDMANNUS in opusculo, quod sub nomine Urnæ Literatorum anno 1713. defunctorum, insertum fuit tomo 7. Miscellaneorum Lipsiensium *pag.* 350. & 351. de Thomasio ait: *P. Josephus Maria Thomasius Palermo-Siculus Canonicus* (dic Clericus) *Regularis Theatinus, anno* 1712. *S. R. E. Cardinalis, Romæ decessit prima Januarii ætatis* 64. *vir pientissimus, & doctissimus, dignitatem Cardinalitiam, sibi a Pontifice decretam, modestè recusavit, & ægrè tandem sibi conferri passus est. Ob multas, quas erogavit eleemosynas, pauperior decessit, & epitaphii loco solum nomen suum gentilitium* (dic Baptismi nomen) *expressit initialibus literis J. M.* (idest Josephus Maria,) *saxo sepulchrali inscribendum voluit. Ficto nomine J. M. Cari, Presbyteri Theologi varia scripta edidit.* &c. *Vita ejus Romæ prolixius a Justo Fontanino descripta, extat in Diario Literatorum Italiæ.*

CHRISTOPHORUS MATTHIAS PFAFFIUS Suevus, in libro: *Institutiones Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 2. relatus a Josepho Pectio in libro: *Difesa delli libri Liturgici della Chiesa Romana pag.* 8. disserens de præfato Codice Gelasiano, honorificè *Thomasii* meminit.

GUILLELMUS CAVE *in Historia Literali*, quæ citatur a Diario Literatorum Italiæ *tom.* 19. *art.* 1. *pag.* 29. loquens de Gelasio Pontifice, congerit quæ de illo Thomasius scripsit, ubi eidem Thomasio *doctissimi* nomen attribuit.

JACOBUS BASNAGIUS Hollandus, citatus ab eodem Josepho Pectio loco citato, loquens pariter de eodem *Codice Gelasiano* a Thomasio suis operibus inserto, ac in lucem edito, honorificam ejusdem Thomasii mentionem facit.

Ex Belgis.

ETiam apud Belgas magna in veneratione fuit *Thomasii* doctrina, ex quorum numero tres tantùm seligam Societatis Jesu Patres, qui subinde *Thomasium* aut citant, aut laudant in operibus suis, cujusmodi sunt:

DANIEL PAPEBROCHIUS *in Propileo part. 1. pag.* 116. ubi loquens *de Codice Gelasiano* Thomasii studio, & labore Romanis typis vulgato, illius *solertiam, & eruditionem* commendat. Ex Diario Literatorum Italiæ *tom.* 19. *pag.* 29.

GODEFRIDUS HENSCHENIUS *in Actis Sanctorum*, pluribus in locis *Thomasii* meminit.

JOANNES BOLLANDUS *in iisdem Actis* Thomasii opera innuit, & laudat. Ex citato Diario.

Ex Italis.

INnumeri propemodum sunt Scriptores Itali, qui *Thomasii* aut meminêre, aut de illius operibus, doctrina, & vitæ sanctimonia condigna laudum præconia coacervarunt: quorum catalogum hic texere nimis prolixa res esset: quare magis obvios Auctores tantùm attexam.

ALEXANDER BURGOS sacræ Theologiæ Magister, ex Ordine Minorum Conventualium S. Francisci, Episcopus Catanensium, in Dissertatione *de usu, & necessitate eloquentiæ in rebus sacris tractandis*, citatus a Bernino *in vita Thomasii cap.* 9. *pag.* 150. inter alia, quæ de *Thomasii* doctrina scripsit, hocce breve Elogium in ejusdem laudem exaravit: *Joseph Thomasius vir tùm pietate, tùm eruditione excellentissimus, popularis meus genere non minùs, quàm vitæ sanctimonia clarissimus*. Item in libro, cui titulus: *Institutionum Theologicarum Syntagma cap.* 2. *pag.* 30. de eodem ait: *Hùc faciunt & Indiculus, & tomi tres Institutionum Theologicarum editi a doctissimo, piissimoque* Josepho *Cardinali* Thomasio, *in quibus multa sunt Græcorum, Latinorumque Patrum opuscula præparatoria ad Theologiam comparandam necessaria.* &c.

ANTONINUS MONGITORE Archicathedralis Ecclesiæ Panormitanæ Canonicus, præter luculentum Elogium, quod de Thomasio primo tomo suæ *Bibliothecæ Siculæ* adnexuit, & Appendici secundæ ad primum tomum, complura alia in ejusdem laudem contexuit encomia *in Musæo Siculo* Præfatione ad Lectorem, & *de Ecclesiis Panormitanis cap. Eccl. S. Josephi.*

ANTONIUS BALDASSARI Recanatensis, Societatis Jesu Sacerdos, in libro, quem nuper edidit Venetiis 1724. sub hoc titulo: *Ristretto delle Vite d'alcuni personaggi illustri* &c. inter alios illustres viros hujus sæculi *Josephum Cardinalem Thomasium* recensuit, in cujus laudem *fol.* 211. sequens Elogium italicè conscripsit:

Giuseppe Maria Cardinal Tommasi.

Il Tommasi fu grande di nascimento, e benchè primogenito della sua casa, seppe dispreggiare il Baronaggio di Montechiaro, il Principato di Lampedusa, ed il Ducato di Palma, quali a lui per retaggio appartenevano, ritirandosi a vivere Religioso fra' Chierici Regolari, detti volgarmente i Padri Teatini. Ei sortì i natali in Alicata a 12. *di Settembre del* 1649. *e ancor bambino porgeva i piatti a' poverelli, che sedevano a mensa imbandita loro dalla carità di Donna Rosalia Traina sua Genitrice, illustre sì per la sublimità de' natali, sì per la santità d'illibati costumi. Quando il Tommasi cominciò a balbettare, tutto s'impiegò nel proferire le seguenti parole:* Muoja il peccato, e viva Iddio. *Nella fanciullezza le sue ricreazioni erano il salmeggiare, il meditare, il frequentare i Sacramenti, il leggere libri divoti, il conversare co' Religiosi. Rendutosi Religioso nel mentovato Ordine, entrò trionfatore del mondo nella Casa di S. Giuseppe di Palermo, e quivi tutto si consecrò al silenzio, alla ritiratezza, alla mortificazione, di maniera che sembrava uno de' più fervorosi Anacoreti o della solitudine di Prato, o dell' eremo di Tebaide. Così passò egli la vita nella strettezza rigorosa del Noviziato: e quando poi gli fu conceduta dall'instituto qualche mediocre largura, a lui servì di moltiplicare le vigilie, i digiuni, le austerità, le preci, gli studj. Attese ad apprendere*

la Filosofia, e la Teologia, e riuscì a maraviglia, essendo egli dotato d'ingegno sottile, pronto, e veloce. Terminati gli studj diessi tutto alla lettura, per apprendervi la sacra erudizione confacevole alla sua pietà: e perchè possedeva varj linguaggi, e con perfezione l'idioma greco, ed ebraico, rivoltava i libri stampati ne' sudetti idiomi. Quindi è, che divenuto egli sì erudito, e sì dotto, tutta la Repubblica letteraria venne a fare una grande stima della sua persona, e gli Scrittori nelle loro stampe inalzarono con somme lodi il nostro Tommasi. *Or il* Tommasi *accoppiò all'eccellenza del sapere l'eccellenza delle virtù. Fu sì umile, che propostigli i dubbj, e potendo subito rispondere, nol faceva, ma additava i libri dove trovavasi la soluzione. Una volta vendette le sue opere al peso di carta vecchia, per avere in cambio da un Librajo alcune opere, di cui avea bisogno. Ne' suoi libri non poneva il nome. Per mantenersi casto teneva le palpebre calate, non parlava con donne, nè permetteva, che i fanciullini innocenti gli baciassero le mani. Con queste due virtù fece una bella lega la Povertà. Usava vesti non nuove, ma le dimesse da gli altri, e vecchie, le quali spesse fiate non s'accommodavano alla sua persona. La supellettile della sua stanza era un tavolino vecchio, una sedia di paglia, e un altra per chi il visitava. Non volle mai danajo da' suoi congionti, e rifiutò dalla Regina di Svezia Cristina una generosa oblazione a lui fatta per averle dedicato il volume intitolato* : Codices Sacramentorum. *Le doti del* Tommasi *si palesarono per Roma, e tutti l'ebbero in grande stima, e molti Cardinali desideravano rimunerare la sua gran virtù. Tra questi s'annoverava il Cardinale Albani, il quale assunto al Pontificato conferì al* Tommasi *riguardevoli cariche, e poi creollo Cardinale il dì 18. di Maggio del 1712. Questa nuova riuscì al* Tommasi *assai molesta. Non voleva congratulazioni, ricusava il titolo di Eminenza, ripugnava l'accettare il Cardinalato, e solamente chinovvi il capo, quando sentì il precetto Pontificio, a lui inviato per mezzo dell'Eminentissimo Ferrari. Rinunziato Cardinale ricevette le prime visite nella sua povera stanza: si levava al principio il berettino di capo a chiunque entrava: fece smorzare i lumi accesi per le finestre, levare le sedie di velluto prese in prestito, e porvi quelle di vacchetta, e nella porta una portiera di panno vecchio, e tarmato. Nella sua Chiesa titolare di S. Martino de' Monti spese da due mila scudi; e per non vedere mischiati uomini, e donne, fabbricò uno steccato per le donne. Quivi introdusse il canto Gregoriano, non gli piacendo l'altre musiche, dicendo esser più da Teatri, che da luoghi consecrati a Dio. Or questo Cardinale, la cui vita era sì proficua alla Chiesa, a 24. del mese di Decembre s'infermò; e poi all'ore 12. del dì primo di Gennajo 1713. spirò, e così finì di vivere il* Tommasi *amante della disciplina antica della Chiesa, maraviglioso nelle virtù, austero nelle penitenze, profondo nell'umiltà, preclaro nelle sacre erudizioni, e perfetto possessore degl'idiomi più strani. Saputa la morte, in Roma risuonavano queste voci* : E' morto un Santo: il sacro Collegio ha perduto un gran Cardinale, la Chiesa di Dio è rimasta priva d'un gran sostegno. *Alle voci del popolo si conformarono quelle del Santissimo Pontefice Clemente XI. il quale a 30. di Gennajo nel Concistoro così favellò: Nec sanè dissimulare possumus cæteris acerbiorem nobis accidisse novissimam omnium, quam fecimus, jacturam eximii, ac piissimi viri Cardinalis* Thomasii : *molestè quidem sensimus nimia celeritate ereptum fuisse* Verum exemplar sanctioris veteris disciplinæ, *quod in ejus moribus, & doctrinis suspiciebamus: humiliantes nos nihilominus sub potenti manu Dei, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, Davidicum illud coram Domino recolere non prætermisimus* : Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. *Sperantes interea ad futurum nobis ope sua apud Deum in cœlis, qui consiliis suis diù nobis adesse non potuit in terris. Dopo fattegli le solenni esequie dal sacro Collegio de' Cardinali fu sepellito nella Chiesa antica di S. Silvestro in faccia alla Cappella della beata Vergine detta* Gaudium Angelorum, *ove in un mattone si veggono le sequenti parole: J. M. Presbyter Cardinalis Tit. Equitii* : cioè, *Giuseppe Ma-*

ria Prete Cardinale del titolo Equizio. Diccvasi Equizio, perchè così appellavasi il padrone del fondo, su cui alzossi la Chiesa de' Santi Silvestro, e Martino. Altri nomi non volle porre nel mattone, perchè non fossero calpestati da coloro, che vi si portavano per divozione. Veniamo ora a rammemorare l'opere di questo gran Letterato. I titoli sono i seguenti: Codices Sacramentorum nongentis annis vetustiores. Psalterium juxta duplicem editionem Romanam, & Gallicanam. Psalterium unà cum canticis, & versibus prisco more distinctum. Sacrorum Bibliorum tituli. Responsorialia, & Antiphonaria Romanæ Ecclesiæ: ed altre bellissime opere, che quì per brevità si tralasciano.

BENEDICTUS BACCHINUS Abbas S. Mariæ de Lacryma ex Ordine S. Benedicti e Congregatione Casinensi, in Diario Literatorum Parmæ an. 1686. *pag.* 131. postquam recensuit *Responsorialia, & Antiphonaria Ecclesiæ Romanæ* Thomasii studio edita, de illorum Auctore ait: *Il presente Autore si è applicato allo studio dell'Istoria sacra, e riti antichi ecclesiastici, che non tralasciata fatica per rivocarli alla luce. Testimonj a bastanza pare, che possano essere i Codici de' Sacramenti, che con altro cognome di Rituali, overo Messali si possano chiamare, quali pubblicò alle Stampe di Roma* 1680. Et *pag.* 133. subdit: *Il medesimo Autore, che in quella impressione per la sua modestia volle tacere il suo vero cognome, con porvi quello del suo zio, che visse nella Religione de' Teatini in concetto di gran Servo di Dio, dopo con la medesima modestia l'ha posto abbreviato, con indicar solamente le lettere iniziali del nome, che è* Josephus Maria. Et *pag.* 139. vocat: *Missales Thomasianos tres Codices Sacramentorum* a Thomasio *Romanis typis vulgatos*.

BLASIUS A PURIFICATIONE Carmelita Discalceatus, Theologus, & Historiographus generalis sui Ordinis, in approbatione operis ipsius *Thomasii*, cui titulus: *Antiqui libri Missarum Romanæ Ecclesiæ*, &c. postquam protestatus est, opus illud virga censoria non indigere, sed laudes promereri quamplurimas, cùm plurimum delectare, ac juvare possit sacrarum rerum studiis addictos, subdit: *Inter hos adnumerandus ipsemet in sacra eruditione excellentissimus Author, qui calamum sæpè exercuit in ejusmodi tractatibus e vetustatis tenebris in publicam lucem, & venerabilis eruditionis emolumentum eruendis*. Et in vita Julii Thomasii Palmæ Ducis, ipsius Cardinalis Thomasii Patris, plures de eodem honorificam mentionem facit.

CALENDARIUM ROMANUM jussu Eminentissimi S. R. E. Cardinalis Alexandri Archinti Mediolanensium Archiepiscopi, impressum anno 1713. allegans Decretum quoddam Sac. Rituum Congregationis, subdit: *Annotationes ibi positas humanissimis literis* 6. *Februarii*, & 7. *Martii* 1710. *approbaverat P. D. Joseph Maria de Thomasiis Clericus Regularis Theatinus, celeberrimus Theologus, notusque Reipublicæ Literariæ, ob sua opera in sacram Scripturam Commentarior. Ritualia Liturgica, & præsertim Theologica, Sacrorum Rituum Congregationis tunc Consultor, nunc ob præclara merita inter S. R. E. Cardinales, licèt reluctans, atque invitus, cooptatus*.

DIARIUM LITERATORUM ITALIÆ *in primis articulis tom.* 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. copiosis encomiis, verbisque quæsitissimis *Thomasii* sanctimoniam, virtutes heroicas, nec non singularem doctrinam, summamque eruditionem extollit, in quibus articulis habes totius vitæ *Thomasii* compendiariam notitiam. Item illum ulterius laudat *tom.* 2. *pag.* 514. *tom.* 5. *pag.* 57. *tom.* 9. *pag.* 468. ubi eumdem appellat *Doctum*, & *Celebrem*: tomo verò 10. pag. 526. dicit: Cardinalis *Thomasii* nomen *Celebre esse apud rempublicam literariam*. Denique to. 35. pag. 485. asserit: *Josephum Cardinalem Thomasium*, ob pietatem, doctrinamque, meritò nuncupari posse *unum ex præcipuis restauratoribus disciplinæ, & ecclesiasticorum studiorum*.

DOMINICUS BERNINUS, vir satis notus reipublicæ literariæ, *Thomasii* studiosissimus, cujus vitam italicè scripsit, eam-

eamque Romæ bis evulgavit, semel anno 1714. typis Angeli Bernabò, semel verò ibidem an. 1722. quam auxit variis notitiis desumptis ex processibus publica auctoritate formatis: in qua præclara *Thomasii* merita, gesta, heroicas virtutes, morum sanctimoniam, ac nonnulla in mortales ejus ope collata a Deo beneficia eleganti stylo, ac fusiori calamo prosequitur.

HYACINTHUS GIMMA *in Idea Historiæ Literatæ Italiæ sæculo 18. c. 49. pag.* 723. inter doctissimos hujus sæculi Cardinales, *Thomasium* recenset, aitque: *Dottissimi Cardinali di questo secolo si sono pure veduti nel sacro Collegio Romano, e per la loro eccellente dottrina meritano tra gli altri una particolare memoria Girolamo Casanatta* &c. *Giuseppe Mario Tommasi Siciliano de' Chierici Regolari Teatini, di cui si legge la vita ne' Giornali de' Letterati d'Italia.*

JACOBUS TURANUS Ecclesiæ Agrigentinæ Canonicus, *in vita Venerabilis Mariæ Crucifixæ a Conceptione* sanctimonialis Ordinis Sancti Benedicti, *Josephi* Cardinalis *Thomasii* germanæ Sororis, pluribus in locis *Thomasium* nominat, commendatque.

JOANNES BONA S. R. E. Cardinalis ex Ordine Cirstertiensium, doctrinæ splendore satis conspicuus, in libro primo *de rebus Liturgicis cap.* 21. §. 6. *&* 8. loquens de Missali Gothico a *Thomasio* vulgato, illum honorificis verbis dilaudat. *Ex Diario Literatorum Italiæ*.

JOANNES JUSTINUS CIAMPINUS Aulæ Romanæ Prælatus, *Thomasii* studiosissimus, eique dudum in amicitiis junctus, in libro: *Conjecturæ de perpetuo Azymorum usu cap.* 5. Thomasium vocat *Virum in ecclesiasticis ritibus, & præsertim antiquis exercitatissimum, deque literaria Republica præclarè meritum, ob graves, eruditosque labores in eruendis, & eripiendis e tenebris oblivionum egregiis libris, quos typis mandavit*. Et propè initium ejusdem libri ait: *R. P. Josephus Maria Thomasius de Republica Literaria ob veteres Ecclesiasticos ritus egregiè illustratos, ac typis vulgatos, optimè meritus, mihique familiaritate conjunctissimus* &c. Denique in æstimationis, benevolentiæque perenne argumentum *Thomasio* adscripsit librum, cui titulus: *Sacro-Historica Disquisitio de duabus Emblematibus*: cujus Epistolæ nuncupatoriæ sequentem titulum præfixit: *Reverendissimo Domino Josepho Mariæ Caro Presbytero, Theologiæ Magistro, Amico singulari*: ubi illum iterum commendat, quòd nimirum *ex reconditis Bibliothecarum cimeliis abstrusos, & in oblivionis tenebris delitescentes sacros Codices perquirere, notisque illustrare, at publici juris, nullo ad labores, expensasve habito respectu facere voluerit.*

JOSEPH MANSI Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii Presbyter *in vero Ecclesiastico* octavæ editionis *lib.* 5. *cap.* 5. *pag.* 692. loquens de varietate Præfationum Missæ, ait: *Plures etiam suppeditat liber, cui titulus: Codices Sacramentorum* &c. *in lucem editus* 1680. *opera pii, & erudti Religiosi Josephi Mariæ Thomasii Clerici Regularis*. &c.

JUSTUS FONTANINUS Prælatus domesticus, & Camerarius Clementis XI. *Thomasii* cultor, & amicus, in Epistola ad Theodoricum Ruinartum Monachum S. Benedicti e Congregatione S. Mauri, quæ refertur in Diario Literatorum Italiæ *tom.* 9. *art.* 8. *pag.* 292. loquens de obitu clarissimi, & doctissimi viri Joannis Mabillonii ejusdem Congregationis S. Mauri Monachi, ait: *Quo etiam tempore* Josephus Maria Thomasius, *qui apud nos est alter Mabillonius, liberè fassus est, si sibi optio daretur unum aliquem proponendi pro eadem amplissima dignitate se statim properaturum ad summum Pontificem, ut ad Ecclesiæ ornamentum is esset Mabillonius*. Et in insigni libro *de Antiquitate Hortæ Coloniæ Etruscorum pag.* 216. vocat Josephum Thomasium *Virum ad Ecclesiasticos ritus explicandos maximè natum, aptumque*. Et pag. 219. dat illi titulum *Viri in hisce rebus peritissimi*. &c. Item in libro *Vindiciæ diplomatum pag.* 247. 266. 272. frequenter illum commemorat, dilaudatque. Denique in Diario Literatorum Italiæ *in primis*

ar-

articulis tom. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. illius vitam, sanctimoniam, atque doctrinam describit, ut superius dictum est.

LAURENTIUS ZACAGNA Custos Bibliothecæ Vaticanæ, in Præfatione ad *Monumenta Ecclesiæ Græcæ* loquens de Missali Gothico, dicit, quòd illud *Sacrorum Rituum scientissimus Josephus Maria Thomasius inter Sacramentorum Codices Romanis typis primus edidit*.

Venerabilis MARIA CRUCIFIXA A CONCEPTIONE Monialis S. Benedicti, sanctimoniæ fama celebris, *Josephi* Cardinalis *Thomasii* germana Soror, in epistolis, quas scripsit ad eumdem, quæque ad unum redactæ volumen simul cum multis aliis ejusdem Dei famulæ editæ Venetiis fuêre anno 1711. *Thomasium* sæpissimè commendat ob pietatem, spiritus sui fervorem, ac vehemens desiderium evadendi in virum sanctum. Item juxta Bernini testimonium *cap.* 13. *pag.* 210. illum appellat *Fratrem tot orationum, cujus nomen exaratum est in libro vitæ: primum sedentem in mensa, ut recipiat cibos electissimos omnis perfectionis*. &c. Lege epistolas 8. 9. 10. 11. 15. 24. 27. 29. 32. 33. 34. 36. 38. 46. 47. 49. 55. 58. 64. 74. 79. 82. 84. 87. 98. 99. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. & 112.

MICHAEL DE JUDICE Monachus Casinensis S. Benedicti, & Abbas Monasterii S. Caroli Panormi *in Notis ad Descriptionem Ecclesiæ Montis Regalis Aloysii Lelli par.* 1. *pag.* 60. asserit: *Se in quadam controversia circa antiquos Ecclesiæ ritus exploravisse oraculum eruditissimi P. D. Josephi Mariæ Thomasii e Theatinis Patribus*. Et pag. 73. Thomasii *eruditionem* vocat *sublimem*, cujus *nomen*, subdit, *commemorandum summis cum encomiis*.

NICOLAUS CARACCIOLUS Archiepiscopus Capuanus, S. R. E. Cardinalis, dum Romæ Vicegerentis officio fungeretur, in edicto, quod de mandato Summi Pontificis Clementis XI. post mortem Cardinalis *Thomasii* promulgavit 13. Januarii 1713. quodque refertur a Dominico Bernino in ejusdem *Thomasii* Vita *cap.* 23. *pag.* 395. illius zelum commendans, memoriam ejus vocat *gloriosissimam*.

NOVALIA Faventiæ, quæ citantur a Diario Literatorum Italiæ *tom.* 11. *pag.* 387. & 398. referendo *Thomasii* promotionem ad amplissimam Cardinalatûs dignitatem, de eadem inquiunt: *La promozione alla Porpora del Signor Cardinal Tommasi è stata accolta da tutti con quei sentimenti, che al merito del personaggio promosso sono dovuti*. Idem habent Novalia Romana, Mantuæ, Fullinii, & aliarum Civitatum an. 1712.

NOVALIA Romana, Mantuæ, Fullinii &c. anno 1713. mense Januario, annunciando *Thomasii* ex hac vita transitum, illum passim quà *Virum sanctum*, *sanctimoniæ fama celebrem*, *atque piissimum* appellant. Ex citato Bernino.

PAULUS BELLOMUS Tertii Ordinis S. Francisci, Sacræ Theologiæ Magister, Congregationis Indicis Consultor, in approbatione vitæ ipsius Cardinalis *Thomasii* a Dominico Bernino conscriptæ, editæq. Romæ 1722. Thomasium *Venerabilem Dei Servum, spectatissimumque* appellat: subditque immediatè post: *Cujus vita omnibus antiquæ disciplinæ exemplis, omnibus rectè, ac sanctè agendi rationibus usque adeo abundat, ut ipsum penè dixerim Christianarum virtutum legem*. &c. Et inferius addit: *Luceat igitur tam eximii Cardinalis pietas, ac doctrina coram omnibus, ut ipsius videant opera bona, & glorificent Patrem, qui in cœlis est*.

PHILIPPUS BONANNUS Societatis Jesu Theologus *in Numismatibus Pontificiis tom.* 1. *in Alexand. VII. n.* 3. *pag.* 118. loquens de usu pilei in modum parvulæ cassidis extensi, ait: *Illum Reges Gothorum gestare solebant, e quibus ejus usum Romanos accepisse prudenter opinatus est admodum R. P. D. Joseph Thomasius ex Patrum Theatinorum familia, vir ecclesiasticæ eruditionis peritissimus*.

SFORTIA Cardinalis PALLAVICINUS ejusdem Societatis Jesu olim Alumnus, Cardinalis *Thomasii* consanguineis valdè addictus, præsertim Ven. Carolo de Thomasiis Clerico Regulari, & Ju-

& Julio Palmæ Duci amicitiæ vinculo colligatus, in suis Epistolis *pag.* 277. scribens ad præfatum Julium Palmæ Ducem, *Josephi Mariæ Thomasii* Genitorem, ita de hujus ingressu in Theatinorum Ordinem congratulatur. *Mi congratulo con V. E. che le sia aggiunto un mezzo tanto efficace per la conquista del Cielo, qual'è l'offerta del suo egregio Primogenito alla milizia del nostro Redentore.*

TITUS LIVIUS junior Referendarius Congregationis Indicis, in Oratione latina Romanis typis evulgata anno 1713. quam habuit in Collegio Urbano de Propaganda Fide post obitum Cardinalis *Thomasii*, illius vitæ sanctimoniam, virtutesque omnes summis præconiis, elegantique stylo prosequutus est.

VINCENTIUS LEONIUS in vita Joannis Justini Ciampini inter vitas illustrium Arcadum recensita *par.* 2. *n.* 10. *pag.* 222. loquens de præfato Ciampino Thomasii amico, ait: *Fra i suoi amici più versati nella materia de' sacri Riti si dee senz' alcun dubbio il primo luogo al P. D. Giuseppe Maria Tommasi de' Chierici Regolari; onde usando insieme con molta domestichezza, erano soliti comunicarsi tutti li loro studj, e tutte le difficoltà, che in essi incontravano, dandosi scambievolmente amichevole ajuto per superarle. Fecero di ciò eglino stessi un'ingenua, e vicendevole testimonianza, e particolarmente il Ciampini nella dissertazione* de vocis correctione; serm. 7. S. Leonis, *ove confessa avere avuta dal* Tommasi *la notizia dell'error corso in tutte l'edizioni del sudetto sermone: ed all'incontro il* Tommasi, *non meno erudito, che modesto, dedicando al Ciampini il libro dato alla luce sotto nome di Giuseppe Maria Caro, col titolo:* Antiqui libri Missarum Romanæ Ecclesiæ; *volle lasciare a' posteri perpetua memoria de' giovamenti letterarj, che da lui avea conseguiti.*

ZENOBIUS DE STRATA in libris *Moralium S. Gregorii Magni*, quos nuperrimè hortatu *Josephi* Cardinalis *Thomasii* publici juris fecit, *tom.* 1. loquens in Præfatione ad Lectorem de eodem Cardinale, ait: *Il Ven. Cardinale Giuseppe Maria Tommasi di sempre chiara memoria nella Chiesa Romana, e nella Repubblica Letteraria, tenendo continuamente rivolto il pensiero al miglioramento, e all'istruzione del prossimo in quello, che riguarda la Religione, e l'eterna salute, innanzi che fosse promosso alla dignità del Cardinalato, mostrossi più volte desideroso di vedere una novella edizione di questi Morali.* &c. De quo etiam honorificè meminit *tom.* 2. 3. *&* 4. *in Epistolis nuncupatoriis.*

Ex Theatinis Patribus.

QUanquam ex Clericis Regularibus nullus planè sit, qui *Josephum* Cardinalem *Thomasium* Theatinæ Congregationis decus perenne, ac fulgidissimum sydus, tam in vita, quàm post obitum, non fuerit summa veneratione, & amore prosecutus, ob illius nimirum innocentes mores, animi candorem, sanctimoniam, & doctrinam; duodecim nihilominus ex his reperii, qui illius laudes publici juris fecerint, cujusmodi sunt:

ANTONIUS BORROMÆUS Clericus Regularis, olim totius Ordinis Consultor, nunc verò Episcopus Justinopolitanus, primus omnium *Thomasii* vitam typis evulgavit Romæ 1713. ubi illius præclara merita, heroicas virtutes, sanctimoniam, ac doctrinam eleganter conscripsit, ac patefecit.

CAJETANUS MAGENIS Clericus Regularis *in Vita S. Andreæ Avellini* Venetiis edita anno 1714. typis Jacobi Thomasini *lib.* 2. *cap.* 6. *pag.* 384. loquens de Canonizatione præfati S. Andreæ Avellini facta per Clementem XI. Summum Pontificem, hæc de *Thomasii* sanctimonia, & promotione ad sacram Purpuram italicè subdit. *Per rendere poi più luminosa la santificazione del B. Andrea, che stava già per incoronarlo di gloria, volle prima nella creazione, che fece d'undeci Cardinali, addossarne la Porpora ad un fratello di Religione del sudetto Beato, ed imitatore, anzi erede delle di lui virtù; perchè nell'istesso tempo, che proponevasi a' fedeli l'adorazione d'Andrea in Cielo, se ne potesse ammirare ancora una sua viva Immagine in terra,*

e quel

e quel lustro d'onore, che recavasi all'Abito Teatino in faccia di tutto il Mondo, riverberasse poi con maggior luce nel nuovo Santo, che vestì l'istesso Abito. Fu questo novello Cardinale il P. D. Giuseppe Maria de' Tommasi, che avendo disprezgiato la gran Primogenitura della sua nobilissima Casa con i titoli di Duca di Palma, di Principe di Lampedusa, di Montechiaro, Torretta, e Falconeri, corse ad abbracciare strettamente la Croce, e la Povertà Teatina; ma unironsi tante virtù, e scienze ad arricchirgli l'Anima, che finalmente gli restò tradita la sua Umiltà nel vedersi esaltata, come dicevano, dal Sommo Pontefice all'Eminenza Cardinalizia. Nè valse all'umilissimo Religioso il più volte rinunziar questa Porpora, perchè da un'assoluto precetto d'ubbidienza fu costretto a rivestirla; ma ben presto ancora se gli mostrò pietosa la morte con ispogliarnelo dopo sette mesi dalla sua promozione, e con ricoprirlo d'un manto, ed abito più prezioso, qual è quel della gloria, come piamente ce le fanno credere le sue virtù eroiche, e le grazie prodigiose, che ottengonsi per sua intercessione. Anzi appena passato all'altra vita se gli è concesso il titolo di Venerabile (privilegio insolito in questi tempi) essendosi già fatti in Roma auctoritate ordinaria i Processi de non cultu, in ordine alla di lui Beatificazione, e di presente si stan formando quei de virtutibus, & miraculis, col sudetto titolo: Venerabilis Servi Dei Josephi Mariæ Thomasii Clerici Regularis S. R. E. Presbyteri Cardinalis. Idem in Vita S. Cajetani nuper edita par. 1. cap. 11. pag. 198. de eodem ait: Giuseppe Maria Tommasi, che ha reso immortale il suo nome, e per lo splendore della dottrina, che riluce nelle sue sacre, ed eruditissime stampe, e per la santità della vita, che poco dopo la sua morte accaduta nell'anno 1713. gli ha meritato da S. Chiesa il titolo di Venerabile.

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS Clericus Regularis, olim Josephi Thomasii in tyrocinio Magister, ac spiritûs Director, in libro: de Divino Officio opusc. ultim. pag. 467. loquens de prophetico spiritu Bonaventuræ Murchii Alicatensis, hæc in laudem Thomasii subdit. Joseph Maria Thomasius primogenitus Ducis filius, eximia juvenis indole, & acumine ingenii, ac probitate, ad sacrorum cultum, & studium mirum in modum, natus, ineundi Religiosi Ordinis cupidine tenebatur. Sed eum Monachorum Cœnobia, longè ab Urbibus semota, & a commercio hominum aliena, vehementissimè alliciebant. Quo circa Bonaventuram convenit: expandit illi animum suum, & aliquod sibi monitum, ac consilium poscit. Cui vir Dei futurum prædixit, ut post annum Clericorum Regularium Ordini nomen daret, quem illi unicè & eximiè commendabat. Mirum dictu! paucis post diebus cùm Palmam profectus essem, mutatâ juvenis sententia, Theatini Ordinis habitum ardentioribus stimulis expetebat. Duces eum, & quod familiæ fulcrum esset, & quod decora animi intuerentur, summoperè diligebant. Sed tanta inerat illis virtus, ac pietas, ut eum a proposito avertere non auderent. Alii tamen studiosissimè obstabant: & D. Carolus patruus (cujus consilio, & nutu Duces omnia moderantur) ut ejus virtutem, ac vocationem experiretur, facultatem minimè impertiebat. Sed ejus preces & lacrymæ, haud brevi temporis intervallo continuatæ, sic omnia repagula perviцerunt, ut post annum Palmam reversus, eumdem cum magna omnium comploratione susceperim, ac deduxerim hùc Panormum: ubi in nostra Sancti Josephi Domo, tyrocinium posuit, & vota sua consalutatæ ab Angelo Virginis Deiparæ die, divino Numini suavissimè nuncupavit. Idem tom. 1. de Sacris Cæremoniis pag. 38. & 39. postquam Thomasium sexdecim annorum juvenem eruditissimi, ac insigniter eruditi titulo cohonestasset, subjungit pag. 332. Cùm Josephum Thomasium, Palmæ Ducis primogenitum, animi dotibus ornatissimum, mecum ducerem, ut Panormi, non sine admiratione, laudeque omnium Theatino Ordini nomen daret, & P. D. Caroli patrui sui, Palmæ olim Ducis, nunc Clerici Regularis virtutem, ac merita æmularetur. Rursus in Carmelo Mariano pag. 301. referens epistolam a se conscriptam, & ad Thomasium directam, ita loquitur. Reverende Pater, Scire desideras,

ras, quid nunc edam, quid lucubrem, quid in lucem emittam? Patrui tui gesta jam pridem latinè complexus sum, ut optasti: sive ut aptiùs loquar, brevi perstrinxi Commentariolo, quæ justo prosequi, ac referre volumine potuissem: minutè enim omnia narrare, & explicare non poteram, variis tunc & studiis, & laboribus, ac ægritudinibus occupatus. Nunc Carmelitani Ordinis decora, & insigniora illi præstita a Beata Virgine beneficia, in lucem edo: quod tu erga præstantissimum illum Ordinem obsequium commendabis; & Dux D. Julius Pater tuus, & D. Carolus patruus, fratres germani, si superstites essent, mihi enixè gratularentur. Uterque enim, ut scis, erga Dei Matrem, & fratres Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo mira pietate flagrabat. Eodemque hodie studio, & ardore tenetur Dux D. Rosalia Mater tua, germanæque sorores, ut excitata ab aliis vel sacella, vel templa (quæ extant Palmæ) repræsentant. Te verò, qui quamplurium cælituum, quos magnopere colis, indicem texis, & acta in Græcis voluminibus sedulò perscrutaris, ac moribus etiam exprimere gaudes, cuperem S. Petri Thomasii Carmelitæ, Constantinopolis Patriarchæ, cultoris Sanctæ Dei Matris eximii studiosissimum esse. &c. Denique in vita MS. Caroli Thomasii *n.* 10. de eodem ait: *Nec mihi levem admirationem injecit* Josephi Thomasii *ejus primogeniti modestia, disciplina, ac sacrarum rerum peritia, qua mirum in modum imbutus juvenis, cæterarum rerum pertæsus, summa aderat vigilantia, ut majori præsertim in Templo, divina vel mysteria, vel officia cum omni decore persolverentur. Cùmque in animum induxisset imitari patrui exemplum, ac ordinem Theatinum inire, instabat vehementissimis precibus apud me, ut a Duce dimitteretur: qui prudenter id duxit P. D. Caroli arbitrio remittendum. Et cùm per integrum anni spatium, re Deo magnopere commendata, exaugeri ejus fervorem in dies, ac constantiam audivisset, annuit demum: & ipse ego rogatus fui rursus, ut eò concederem, Panormum juvenem asportarem, ac meo in Novitiatu instituerem. Itaque hodie Latinæ simul, & Græcæ linguæ peritiam assequutus, Philosophiæ, ac Theologiæ cursum complevit, ac Sacerdotio initiatus, virtute, ac eruditione conspicuus, patruum & patrem imitari contendit, qui cum tanta sanctitatis fama Palmæ e vivis excessit, ut aliquot beneficia piis fidelibus ejus intercessione collata obitum illustraverint.*

HIERONYMUS VITALIS Clericus Regularis in Vita Caroli de Thomasiis, *Josephi* Cardinalis patrui, quæ MS. asservatur Romæ in Archivio Domûs Sancti Sylvestri in Monte Quirinali, *Josephi* sæpissimè mentionem faciens, illum patrui sui pietatis hæredem, doctrinæque compotem affirmat.

JACOBUS GRAVINA Clericus Regularis in sua eruditissima *Synopsi Theologiæ veterum Patrum ad mentem* ipsiusmet *Venerabilis Josephi Cardinalis Thomasii*, Panormi prælo subjecta anno 1731. typis Angeli Felicellæ, in Præfatione, sive Operis ratione, *fol.* 2. & 3. de eodem ait: *Ea quidem etiam studendique, docendique arte præcelluit plurimum insignis ille, ac notissimus, deque Patribus præclarè meritus, sanctitate, ac doctrina celebris, fama magnus, re major, totiusque Orbis literarii maximum Luminare; Venerabilem loquimur* Josephum *Cardinalem* Thomasium *e Presbyteris Theatinis vel repugnanter assumptum, studiorum nostrorum, quin & ferè omnium verò Literatorum quæstissimum Mæcenatem. Rem ipsam quinimò loquimur, dum de eo, quæ varia dedit opera laude digna, testimonium perhibent probatissimum: atque ad præsens quod attinet, Institutionibus illis Theologicis veterum Patrum, quas nobis delegimus regulas, ex suamet limpidissima origine Theologiam ita repetens, operæ sibi pretium effecit satis.* Et per totum ferè volumen gloriosum *Thomasii* nomen passim repetit, quem insuper *piissimum, doctissimum*que vocat.

INNOCENTIUS RAPHAEL SAVONAROLA Clericus Regularis, Patavinus Concionator magni nominis, in eleganti, & erudita *Panegyri,* quam recitavit, edidítque Genuæ 1713. sub hoc titulo: *La Gratitudine a piè dell' Altare per implorare benedizioni al Regnante*

te Sommo Pontefice Clemente XI. &c. referens *Thomasii* exaltationem ad sublimem Cardinalatûs dignitatem, illius pietatem, & præclara merita summis laudibus effert. Et *in Iconibus illustrium Virorum Theatini Ordinis* sequens elogium *Thomasii* effigiei præfixit. *Joseph Maria de Thomasiis Clericus Regularis, purpurâ nonnisi S. Sedis præcepto susceptâ, ecclesiasticæ studio antiquitatis, virtutibus in vita, necnon a morte miraculis, heterodoxis etiam Venerabilis, Pontificio nutu in Beatorum vix excessus examine.*

JOANNES BAPTISTA NÆVIUS Clericus Regularis, in latina oratione, quam inscripsit: *De optima philosophandi ratione f.*18.19. exponens *Thomasii* mentem circa studium Philosophiæ, ait: *In cujus* (intellige Joannis Mabillonii) *de hac re sententiam pedibus iit* Josephus Thomasius *nostri Ordinis, ac regiæ Urbis hujus ornamentum, S. R. E. Cardinalis amplissimus, qua generis nobilitate, qua vitæ integritate, ac severioribus disciplinis singulari eruditione magnus imprimis, ac nobilis.* Et paulò post de eodem subdit: *Ergone vir sanctissimus, deque sacris literis optimè meritus, atque summorum omnium nostri ævi Theologorum judicio probatus,* &c. Et inferius illum appellat *insignem pietate, ac doctrina virum, cujus nomen per Orbem longè, latèque pervadet, & magis semper increbrescens proferetur, qui exteras etiam nationes ad sui admirationem pertraxit. &c.* Denique in Epistola nuncupatoria, quæ tota de *Thomasii* laudibus consuta est, commendans eximiam Ferdinandi II. Lampadusæ Principis, ipsius *Josephi* Cardinalis *Thomasii* pronepotis, benevolentiam, quâ Theatinos complectitur, inquit: *Apud quos* (Patres) *magnum est, memorabile, ac perquam honorificum Thomasiorum nomen, ob singularem, quum pietatis, tum doctrinæ laudem, quâ Carolus patruus tuus major, &* Josephus *magnus patruus Clericorum Regularium Congregationem illustrarunt.*

JOANNES BONIFACIUS BAGATTA Clericus Regularis *in vita Venerabilis Caroli de Thomasiis lib. 2. cap. 10. pag. 299. & alibi*, incidenter loquens de *Josepho Thomasio*, illum asserit, patrui sui vestigiis inhærere, atque virtutes sectari.

JOANNES EDLWECKH Bavarus Clericus Regularis, in Epistola nuncupatoria ad Clementem Augustum ex Serenissima Bavariæ familia, Archiepiscopum Coloniensium, quæ habetur *in Synopsi Theologiæ veterum Patrum* Jacobi Gravinæ superius citata, loquens de præfata SS. Patrum Theologia, ait: *Ea quippe est, quam de gravissimis materiis Theologicis non novam, non insolitam, sed antiquissimam, Patrum utpotè vestigiis tritam, e latebris nihilo secius novissimè erutam primus nobis porrexit Ven. Josephus Cardinalis Thomasius, cujus doctrinæ, & sanctitatis vis tanta fuit, ut ipse Clemens XI. Pont. Max. Papale conscendere solium recusaverit, quin priùs explorata Thomasii sententia ab eo didicisset, illæso singulari quod olim emiserat, voto, ac prorsus licitè sese Pontificios amplexurum fasces: nec multò post, cùm plenam meritis placidissimè exhalasset animam, idem Pontifex decretum habuit, quo mox ab ipsa morte, ut in sacram Apotheosim ascisceretur, cogerentur processus.* Et paucis adjectis de eodem Cardinale, subdit: *Qui solo veritatis amore ductus, in evolvendis Patrum Codicibus, in detegendis antiquitatum sacrarum latebris, in perquirendis Bibliothecarum scriniis totam transegit ætatem, ut purissimum ac genuinum Patrum antiquorum studium restitueret, depelleretque tam spissas litigiosarum tot quæstiuncularum tenebras, quibus illud vulgares quidam scholarum declamatores inordinata abrepti disceptandi libidine vix non obruerant.*

JOSEPH PECTIUS Clericus Regularis, Examinator Synodalis in Urbe, & Consultor Congregationum Indicis, & Indulgentiarum, in celebri *Apologia, sive Defensione librorum Liturgicorum Ecclesiæ Romanæ, & sacræ personæ Venerab. Josephi Cardinalis Thomasii*, quam evulgavit Panormi 1723. eumdem *Thomasium* in Præfat. ad Lectorem *pag. 5.* vocat gloriosæ memoriæ Cardinalem, subditque italico idiomate: *Le cui segnalate virtù per molti, e molti anni, benchè da lui con ogni studio nascoste, furono atten-*

attentamente osservate con general maraviglia, e venerazione in mezzo al centro della cristianità; e dopo la sua felice morte hanno avuta l'acclamazione universale senz'alcuna immaginabile eccezione. Et sparsim per totam præfationem eumdem appellat *Venerabilem Virum, Zelantissimum, Pium, Doctum, & Sanctum.*

PAULUS OLYMPIUS FRANCHETTUS Clericus Regularis, in sua erudita Oratione Panegyrica edita Faventiæ 1712. cui titulus: *Il Principe in tre comparse, ravvisato nell'Eminentissimo Signor Cardinale Giuseppe Maria de' Tommasi Chierico Regolare*, &c. quæ citatur in Diario Literatorum Italiæ *tom.* 11. *pag.* 387. *&* 398. emeritis præconiorum plausibus ejusdem Cardinalis merita, virtutes, & doctrinam deprædicat.

PLACIDUS MARIA VANNUS Clericus Regularis, in suo Miscellaneo Poetico alludens ad *Thomasii* Purpuram, sive Cardinalitiam dignitatem, ita in illius laudem eleganter cecinit.

Alta sapis, divina geris, cœlestia scribis:
Purpura nulla magis, doctaque sancta fuit.
Purpura, Thomasi, *rutilo, quæ prominet ostro:*
Dum certat meritis fit rubicunda tuis.
Tempora si roseo præcingis sacra Galero,
Munera sunt meritis glorificata tuis.

Quidam eximius *Thomasii* cultor, & nominis venerator, paucis multa complexus, sequens Elogium in ejusdem laudem contexuit.

JOSEPHO MARIÆ THOMASIO,
Panormi præclaro sanguine genito,
Ex Ducibus Palmæ,
Inter Cajetani filios non ultimo loco reponendo,
A Clemente XI. sacro Cardinalium albo meritissimò
Adscripto,
Cujus Doctrina sæculi scientiam sapienter elusit.
Nec vitæ norma minus admirationis exegit.
Roma
Doluit, cùm sensit perdere, quem exaltatum penè novit
Possidere.
Humilitas quippe tegerat, quem virtus sublimata detexit.
Inter cœlites novum Sydus refulget.
Vidit Roma
Laceram tunicam Joseph
Fera pessima mors nempè devoravit.
Gaudet simul
Mortem perdere aculeum in viris hujuscemodi
Pretiosa enim mors Sanctorum.
Vivit Joseph *& dominatur.*
Parce igitur lacrymis Roma,
Et votiva cordis obsequia
In grati animi argumentum tui
Tanto Viro parenta.
Cœpit vivere, cùm desinit posse mori
1. *Januarii MDCCXIII.*
VII. Cardinalatûs mense.

Denique CHRYSOSTOMUS SCARFO' Ordinis Divi Basilii Magni Monachus, Opusculorum *parte* 3. *pag.* 83. ad perennem laudem Eminentissimi *Josephi Thomasii* Clerici Regularis sequens monumentum exaravit.

JOSEPHUS M. THOMASIUS
Siculus,
E Ducibus Palmæ natus, Dux ipse futurus,
Dato Clericis Regularibus nomine,
Verus Asceta Christi esse maluit, quàm videri.
Sed Deo semper intus, negligens sui, & osor,
Abscondi diù potuit, non latere,
sacris clarus
Usquequaque monumentis literarum, & virtutibus ipsum prodeuntibus.
Vaticanam renunciatus ad Purpuram,
Et reluctans, sibique idcirco rixatus cum cæteris,
Tandem ad eam
Tractus potius visus est, quàm provectus;
Albanæ rudimento clementiæ
Capaces, gnaros, ac dignos evehere, vel invitos.
Palam igitur vulgatus S.R.E. Cardinalis,
Mores quippe in eo non mutarunt honores,
Factus omnibus omnia, & forma gregis in Christo;
Nec quicquam dignationis amplitudo,
Nisi tantundem, ut magis, quàm poterat, prodesse posset,

Ac vellet eum vaticinantis populi
ea prima vox fuerit;
Optimum religione Theatinum,
& sanctimonia maximum,
Veneraturam quandoque Romam
Optimum Maximum.
Ut quid?
Septimo Cardinalatûs mense
Anni MDCCXIII. die prima,
Praecoei, quod praecinuit, interceptus est
fato,
Prodigiis post mortem clarus, & signis,
Ac testamentum, licèt irritum, paupertas
firmavit,
Desiderium sui omnibus, cor Theatinis
coalumnis relinquens;
Vestesque, & indusia, veluti ad praedam
piè rapientibus.
Tum pupillis, viduis, egenisque,
& pauperibus
Posthumas reliquit lacrymas, gemitusque
superstites;
Et omnibus ipse pauperior, caelo jam
tegitur,
Qui parem in terris non habet urnam.

CARMEN ETRUSCUM,

Quod in laudem

JOSEPHI CARDINALIS THOMASII
devotionis, venerationisque causa
Aurelius Bona nobilis Academicus Boni Gustûs
cecinit.

PResso Ippocrene a un arboscel pendea
Da più tempo ozioso il plettro mio,
Nè più nobil desio
Di ripigliarlo il mesto core avea:
Ma da un giusta dovere al fine astretto
Vop'è che il prenda, e lo riponga al petto.
Però scorgendo chi lodare io tenti,
Da ben saggio timor resa discorde
L'armonia de le corde,
Non forma, qual dovria, dolci concenti,
Nè di cetra mal concia io posso intanto
Al roco suono accomodare il canto.
Deh gran Giuseppe, i cui gran merti
egregi
Lodare io devo, e far più noti al mondo,
Tu fa il cantar giocondo,
Tu de la cetra mia l'error correggi;
Tu, ch'ai di stelle in cielo alte ghirlāde,
E ogni picciolo don pigli per grande.
So, che ancora modestia in te risplende,
E che non vuol, che i tuoi gran pregi io
lode;
Ma modestia non s'ode,
Quando al dover s'oppone, e'l merto
offende;
La lode, anzi qualor modestia sdegna,
Di meritarla allor si fa più degna.
Prevenne il nascer tuo, de' tuoi fratelli
Il nascer chiaro; ed al natale illustre
Saggia natura industre
Tutti congiunse i doni suoi più belli:
Ed a i pregi del sangue, e di natura
S'unì virtù, ch'ogni altro pregio oscura.
Ed oh qual gioja, ed oh quali piaceri
L'astuto lusinghier mondo t'offerse;
Ma tua virtù scoperse,
Essere tai piacer', piacer' non veri;
E che, dato al Fellone, eterno addio,
I più degni piacer' trovansi in Dio.
Ove di Gaetan vivono i Figli
Pensasti al cielo consecrar te stesso;
Al rimirar ben spesso
Quanto il mondo infedele à di perigli,
E quanto il buon nocchier de' stare accorto;
Se vuol salva guidar sua nave in porto.
Che non fè il tuo gran Padre, e che non
disse,
Quando gli fur palesi i tuoi pensieri;
Or dolenti, or severi
Più volte i lumi al tuo bel volto affisse:
Più volte ti chiamò: Figlio diletto;
Più volte, pien di duol, ti strinse al petto.
Figlio, dicendo, e fia mai ver che tanto
Fiero, e crudel ti fè natura il core;
Che del tuo Genitore
Non ascolti i sospir, non curi il pianto?
Se i figli danno al cor sì crudi affanni,
Deh perchè farmi Padre, astri tiranni!
Quando credea, dopo l'estremo fato,
Porre in tua man de la famiglia il freno,
E nel tuo dolce seno
Poi contento spirar l'ultimo fiato;
Giunta che sia l'ora funesta, io temo
Di morir senza darti il bacio estremo.
Se il bene altrui ti cale, e del tuo Dio
L'onor ti spinge, ed ampliare il vuoi,
Meglio nel secol puoi
Far pago con l'esempio il bel desio,
Se clemente a' vassalli, e pio ti mostri
Di quel che non farai chiuso ne' chiostri.

Così

Così teco si dolse il Genitore,
Per scoprir s'eran fermi i pensier tuoi;
Ma non hanno gl'Eroi
Debol così nel vasto seno il core;
Che al lacrimar d'affettuoso ciglio,
Per impulso d'amor muti consiglio.
Ben gli sapesti raddolcir la doglia,
Quando, qual fosse, a lui festi sapere
Di buon Figlio il dovere;
Che non deve, sebben natura il voglia,
Curar del padre suo l'amor, lo sdegno,
Quando lo chiama a se padre più degno.
Se nell'April de' tuoi begl'anni avevi
Di sì rara virtute il core adorno,
Chi non vedeva, un giorno,
Ciò che poi, fatto adulto, esser dovevi;
Ciò che oprare doveva a prò del cielo
Tanta bella virtute, e tanto zelo?
Quindi, appena lontano, ito dal mondo,
Dell'eterno Signor fervido amante;
In opre belle, e sante
Tutto impiegasti il tuo saper profondo;
Più d'un libro scrivesti, ed infiniti
Santi Padri spiegasti, e sacri Riti.
Perciò l'eccelso, alto Pastor di Roma
Far giustizia volendo al merto augusto,
Stimò premio ben giusto
Cingerti d'ostro l'onorata chioma:
Gioì, brillò Roma a tal scelta, e solo
Coprì tuo volto umil mestizia, e duolo.
Non ambisce grandezze, e onor colui,
Che solo all'alto, eterno Bene aspira;
Nè con invidia mira
Splender Mitre, e Diademi in fronte altrui,
Ma sdegnãdo d'ornar sua fragil salma,
E' pago sol de la beltà dell'alma.
Perciò dell'ostro ricusar volevi
L'onor dovuto al degno oprare, e più;
Ma a far pago il desio,
O men dotto, o men santo esser dovevi:
Non sa virtute in nobil seno accolta
Star senza premio, e in atro obblio sepolta.
Ben conobbe di Roma il gran Pastore,
Qualor ti vide ricusar suo dono,
Qual maestoso trono
Alzato avea virtute entro il tuo core;
Perciò l'onore a non sdegnar t'impose;
Nè al gran comando il tuo voler s'oppose.
Ma dove onor dall'ostro altri riscuote;
Tu chiaro più splender facesti l'ostro,
Col riportar dal chiostro
D'Averno a noi palme fin ora ignote.
Ed oh quanta, col far de' vizj scempio,
Ebbe lode la patria, e il mondo esempio!
Ma che giovò a Palermo, e a la gran Roma
D'Ospite, e Figlio vagheggiar, per mano
Del gran Pastor Romano,
Cinta dell'Ostro la ben degna chioma,
Se tosto per divino, alto consiglio
Perdè l'Ospite questa, e quella il Figlio.
Morte crudel, nel più sublime fiore
Degl'anni tuoi recise empia, ed ardita
Il fil de la tua vita;
Ma nò ch'ella non fu; divino Amore
Sceso quaggiù l'alma ti tolse, e a volo
Di sì gran preda andò a fregiare il Polo.
Non può, nè deve star gran tempo in terra
Alma, che sol scese quaggiù dal cielo
Sotto corporeo velo
Per farci fè di ciò che il ciel rinserra;
E per mostrar con l'opre a noi qual sia
Quella, che al ciel conduce, inclita via.
Ma dove, o Musa, del tuo ingegno affidi
La fragil nave, in questo Egeo di tanti
Merti infiniti, e vanti
Senza sperar di rivedere i lidi?
Deh se tu saggia sei, l'audace, e stolta
Prora rivolgi, e un mio consiglio ascolta.
Volane al cielo, e a piè del gran Giuseppe
Genuflessa, ed umil perdono implora,
Se cantando fin ora
Suoi gran pregi lodar tuo stil non seppe;
Poi torna in Pindo, e presso le fugaci
Onde Castalie ti riposa, e taci.



LU-

L

LUCII CRESCIMANNI
Clerici Regularis
ELOGIUM XLIII.



UCIUS CRESCIMANNUS nobili genere Siclienfis, Vincentii Crefcimanni Baronis de Camitrice, & Francifcæ Filingeriæ filius, adolefcens annorum quindecim Panormum fe contulit, ubi inter Clericos Regulares in domo S. Jofephi adfcitus 26. Februarii 1671. ibidem folemni emiffa trium votorum profeffione Deo fe dicavit 6. Maii 1672. Severioribus difciplinis ab ipfo religiofi tyrocinii tempore mancipatus, ea doctrinæ fublimitate, & omnigena eruditione locupletatus effulfit, ut præftantiffimorum Theologorum merita coæquaverit. Ideoque juffus a Moderatoribus, ut fodales fuos in gravioribus Philofophiæ, ac Theologiæ fcientiis informaret, per decem annorum feriem facultates illas explanavit: idq. ea cum fedulitate, ac nominis fui celebritate peregit, ut nonnulli eruditi viri ipfius doctrinæ foliditate, famaque pertracti, ad ipfum pro enodandis Theologicis dubiis, ac captandis confiliis in rebus arduis non rarò accefferint. Prudentia quoque, judicii maturitate, & vitæ integritate pollens, eam fibi venerationem apud omnes comparavit, ut plures e nobilium cœtu Matronæ Panormitanæ, & viri Proceres fub ipfius fpirituali directione confcientias fuas permiferint expiandas. Apud Ordinis fui Religiofos magna etiam valuit auctoritate, quantaq. apud eos in æftimatione femper fuerit, teftantur variæ Prælaturæ ipfi identidem collatæ. Siquidem Panormi bis Præpofiti munere rexit S. Jofephi Domum. Ter verò Siciliæ vifitationem obivit, & femel Romæ apud P. Generalem Confultorem totius Ordinis egit. Inftituti fui cuftos eximius, regularem difciplinam, quam profeffus ab initio fuerat, ad ufque vitæ finem fervavit intemeratam. Qui tandem annis gravis, & apoplexia tactus, poftquam facris omnibus præmunitus effet, Panormi extremum diem claufit 14. Decemb. 1723. ætatis fuæ 70.

Ipfius meminit Mongitore *in Hiftoria Ecclefiarum Urbis Panormi cap. Ecclefia S. Jofephi*.

Scripfit, ac prælo digna reliquit

In univerfam Ariftotelis Philofophiam Commentaria tom. 2.

Tractatus Theologicos de Deo, divinifq. ejus Attributis, de SSS. Trinitate, de Incarnatione Verbi Divini, de Gratia, de Beatitudine, & Actibus humanis.

De Sacramentis in genere, & in fpecie.

Item Tractatus varios Morales, nec non Refolutiones quamplures propofitorum fibi confcientiæ cafuum.

CARMEN LATINUM
In ejufdem Lucii laudem.

Palladiis ftudiis, virtutibus undiq. clarũ
Te celebrant Luci docta lycea virũm.
Dogmata quæ fcribis, crebroque effundis ab ore
Sanctorum exæquant aurea fcripta Patrum.
Cùm rerum quæris folerti indagine caufas
Naturæ penetras abdita quæq. Sophis.
Magna quidem virtutis laus hæc, magnæque mentis
Eft virtus paucis indita in Orbe viris.
Sæcula te hinc meritò præfentia, lapfa, futura
Extollent, cui par nemo, nec imo fuit.

CARMEN ETRUSCUM
In ejufdem eximii Viri laudem.

Prode guerrier, che in cento imprefe, e cento
Ardito efpofe il nudo petto a morte,
E in fronte a mille fpade arduo cimento
Intrepido foftenne invitto, e forte,
Se fie, che fpiri lieto a quefto il vento,
E a nemico Caftel fchiudã le porte,
Gode del fuo trionfo, e a glorie intento
Il nemico Campion mena in ritorte:
Così, credeva il Veglio edace, e rio
Nel grã Lucio *avvẽtar fuo fiero ftrale,*
E con ciò render pago il fuo difio;
Ma difpiegonne allor la Fama l'ale,
E diffe al Veglio alato, in cielo Iddio
L'ha refo a fcorno tuo chiaro, e immortale.

MAU-

M

MAURITII BARGELINI

Clerici Regularis

ELOGIUM XLIV.



MAURITIUS BARGELINUS Panormitanus, e præclara, ac Bononiensi Bargelinorum familia oriundus, Patrem habuit Josephum Marchionem Analistæ, & S.Benedicti Baronem; Matrem verò Annam Morreale ex Ducibus Castriphilippi. Tredecennis puer Clericor. Regularium Congregationi se addixit Panormi in Divi Josephi Domo anno voluti sæculi 1693. die 28. Maji, ubi solemnia concepit vota die 19.Martii Divo Josepho sacra 1696. Emensus Romæ, & Panormi cum ingenii laude scientiarum spatia, ad sacræ eloquentiæ studium, usumque se contulit; in quo dicendi genere progressiones habuit non mediocres; quippe qui Verbi Dei prædicatione non modò præcipuas Siciliæ Civitates, sed aliquot etiam Italiæ Urbes excurrit, ac tum festis per annum diebus, tum quadragesimæ feriis in multis instituti sui Ecclesiis concionatus est. Panormi ante quatuor annos in Principe Templo magno in jejunio singulis diebus declamavit. Dictio illi perfacilis, populorum auribus accommodata. In eadem Urbe per sex integros annos sermones habuit in celebri Divi Josephi Basilica magna eum populorum frequentia, & auditorum assentione; in quibus summa eruditione, & profectu apostolicum Symbolum explanavit. Ob doctrinæ præstantiam, morumque probitatem inter Sacræ Inquisitionis Regni Siciliæ Censores adscriptus est. Ad præsens Præpositi munere insignitus, communem rem administrat in præfatis Divi Josephi Ædibus, ab omnibus quâ prudentiâ, quâ regularis disciplinæ zelo commendatus.

Mentionem ipsius faciunt Antoninus Mongitore in libro: *Panormus Pœnitens part. 2. pag. 78.* D. Justus Pater *in Quæstione Rituali de genuflexione facienda in processione pag. 30.* & Jacobus Gravina C. R. qui in *Synopsi Theologiæ veterum Patrum de Sacra Doctrina in Annotat. marginalibus fol. 7.* de eodem ait: *Mauritius Bargelinus vir literis sacris, profanisq. illustris, & dignus Ecclesiastes, Domusque hujus S. Josephi prudentissimus Moderator.*

Prælo paravit

Compendio della Vita di S. Andrea Avellino Chierico Regolare. Opus partim typis excusum, partim verò lucem expectat: cùm enim Auctor illud actu typis imprimere curaret, prodiisse in lucem in Italia ejusdem Sancti vitam copiosiorem accepit; unde inanem autumatus laborem suum, opus intermisit.

Scripsit

Sermones supra Symbolum Apostolicum, & Sacram Scripturam.

CARMEN LATINUM

In ejusdem Viri laudem.

Eloquio pollens, doctrina excultus abundè,
Mauriti, ad populum verba subinde facis;
Queis e suggestu orans cor, animumque cruentas,
Et facis ut populi pectora dura terant.
Ast ea non pharetra, manibusque cupidinis instar,
Sed mox ut loqueris, voce & ab ore jacis.
Num latet intus amor tibi cordi, ac pectori; in omnes
Sic & ab ore tuo spicula mille vibrat.



MICHAELIS ANGELI FILINGERII
Clerici Regularis
ELOGIUM XLV.

ICHAEL ANGELUS FILINGERIUS, Alexandri senioris Principis de Cutodio germanus frater, Panormi lucis usuram accepit anno elapsi sæculi 1655. parentibus Hieronymo Filingerio Marchione de Lucca, & Laurea de Bononia. Expleto quartodecimo ætatis suæ anno Clericorum Regularium habitum induit in Panormitanis ædibus S. Josephi 29. Aprilis 1670. Ubi emissa regulari professione anno 1672. die 29. Septembris, totum se Philosophiæ, ac Theologiæ studiis dicavit, in quibus adeo profecit, ut mox erudiendis aliis par fuerit iudicatus. Hinc Moderatorum jussu Messanam allegatus, inibi Rhetoricam, & Philosophiam docuit Alumnos Mamertini Lycei; sed obnitente, ac repugnante corporis valetudine, in patriam reverti coactus, ad sacram eloquentiam animum appulit, declamavitq. nonnunquam cum auditorum consensione, & plausu. Ob morum gravitatem, probitatem, atque in rebus arduis prudentiam, & sagacitatem bis Panormitanam Domum S. Josephi Præpositi munere rexit: quo tempore non exigua beneficentiæ suæ documenta præbuit. At præcipuum amorem patefecit erga prefatę Domûs Bibliothecam, quam annuis redditibus quinquaginta scutatorum dotavit, restauravitq. ac insuper exaratis locupletissimis indicibus omnium materiarum, & Auctorum cohordinavit, in quorum scriptione, & diuturno labore, ecticæ morbum contraxit, toleratisque diù pervicacis ægritudinis molestiis, fato concessit Panormi 23. Junii 1722. ætatis suæ 67.

Ipsius meminit Antoninus Mongitore *in Historia Ecclesiar. Urbis Panormi cap. Eccl. S. Josephi*.

Prælo paravit librum, cui titulus:

Tyrocinium Eloquentiæ, in quo discipulorum ingenia Rhetorum, præceptis expoliuntur, studio, & labore P. D. Michaelis Angeli Filingerii Cler. Reg. Panormitani, compendiosè in quinque libros distributum, & in publica Academia Ven. Seminarii Mamertini perlectum anno post Christum natum 1680.

In universam Aristotelis Philosophiam Commentaria.

Plures Resolutiones Casuum Moralium circa Sacramentorum administrationem.

Sermones de Expectatione Partûs B. Mariæ Virginis.

CARMINA
In laudem
MICHAELIS ANGELI FILINGERII

DISTICHON
Ex Placido juniore Vanni C. R.

Vivere zelus, honor mihi Relligionis, & ardor;
Parca decora fuit, Biblica cura, labor.

EPIGRAMMA
Ex Anonymo.

Dogmata dum e cathedris referas, vel pergama scandis
Semina fœcunda mentis ubique jacis.
Num reperisti aliquem, Heroas qui forsitan inter
Olim adscriptus, sit par similisque tui?
Hem! nullum invenies planè, qui maximus esto
Herclè tuis meritis nō sit & ille minor.
Haud secus astra suo en obscurat lumine Phœbus,
Quæq. minora haud sint nulla nec ipse videt.



VEN.

P

VENERABILIS

PETRI JARDINÆ

Clerici Regularis, Urbis Panormi Apostoli

ELOGIUM XLVI.

Ex Antonino Mongitore in Bibliotheca Sicula par. 2. Appendice 1. ad tom. 2. pag. 31.




PETRUS JARDINA, sive GIARDINA, nobilis Panormitanus, ex Marchionibus Sanctæ Nymphæ, Clericus Regularis, vir sanctimoniæ famâ celeberrimus. Natus anno 1585. parentibus Aloysio Arias Jardina, & Elisabeth Corvino; a sæculi illecebris divinitùs vocatus, spretis mundi oblectamentis, Cl. Regularium institutum amplexus est Panormi anno 1614. In ipso Religiosi Tyrocinii curriculo arctissimæ perfectionis iter impigrè arripuit: edita verò solemni professione 20. Aprilis 1615. nihil illi antiquiùs, nisi omnium virtutum studium, quibus amplissimè animum locupletavit. Concepto apostolici viri ardore, totus fuit in revocandis ad semitam salutis perditæ vitæ viris, in conservanda puellarum pudicitia, in expiandis fidelium conscientiis, ac moderandis ad sanctitatis leges, in extimulandis ad virtutis amorem cordibus. Innumeros itaque e vitiorum cœno eduxit: varia pietatis monumenta instituit; præsertim anno 1645. Conservatorium, cui nomen *l'Ospidaletto*, puellis instituendis dicatum: Conservatorium Sancti Juliani anno 1647. exinde in Monasterium evectum: Sodalitia nonnulla ad fovendam confluentium pietatem. Missionibus obeundis dicatus, ubique cœlestis spiritûs ignem effundebat; & ad meliorem frugem omnes traducere studiosè curabat. Ideoque sedulus animarum venator in omnium oculis elucebat. In Panormitanis turbis anni 1648. multùm allaboravit, ut populares tumultus compesceret, sedaretque; cujus tamen operâ, & labore magna ex parte Urbs ipsa ab incendiis, rapinis, homicidiis, aliisque ingruentibus malis præservata est; quemadmodum etiam pristinæ tranquillitati restituta. Huic eximio viro nimium se obstricta fateri debet Panormitana Nobilitas, quam in memoratis turbis ab imminenti vitæ discrimine liberavit: quippe cùm insanus populus bellicum tormentum per Urbem circumferret, illudque adversus Proceres jamjam explodere tentaret, Petrus, qui id advertit, citò occurrit, & dictis suis, acrique objurgatione cives a nefario crimine amovit. Panormitanam Domum S. Josephi Præpositi munere ter gubernavit. Ordinis tyrones, ac juniores professos sanctè erudivit. Trinacriæ visitationem pluries obivit. A Siciliæ Moderatoribus, Præsulibus, & Dynastis omnibus veneratus, longè latèque inclaruit. Meritis, & virtutibus refertissimus, ac miraculorum gloria illustratus, Panormi sanctè decessit 29. Novembris 1660. Ejus imago graphicè exculpta, Romæ Superiorum permissu edita est, hac inscriptione exornata.

Vera effigies Venerabilis Servi Dei P. D. Petri Jardinæ Panormitani, Clerici Regularis, qui sanctarum heroicarum virtutum, ac dierum plenus obiit Panormi 29. Novembris 1660. *ætatis suæ* 75.

Scripsit italicè ex Mongitore

Praxim Exercitiorum spiritualium MS. Hoc opus citat laudatus Maggius *de Ritibus incolendæ solitudinis tom.* 1. *lib.* 5. *disquis.* 9. *pag.* 353. *tom.* 2. *lib.* 11. *disquis.* 4. *pag.* 467.

Regole, ed Esercizj della Scuola del Niente. Hoc opus asservatur in Archivio Bibliothecæ Sancti Josephi in volumine scripturarum ipsius Jardinæ.



SYLLABUS

S. R. E. Cardinalium, Principum, Præsulum, aliorumque illustrium virorum, penes quos magno in honore, & pretio fuit PETRI JARDINÆ vitæ sanctimonia.

JOANNETTINUS DORIA S. R. E. Cardinalis, Panormitanorum Archiepiscopus, eo apud se loco, ac veneratione habuit *Petri Jardinæ* virtutes, & præclara merita, ut semel Dæmoniis imperaverit, ut ad *Jardinæ* exorcisma ab obsessis abirent corporibus. Extat hujus rei monumentum in Archivio Bibliothecæ Sancti Josephi.

THEODORUS Cardinalis TRIVULTIUS olim Siciliæ Prorex, in epistola, quam scripsit ad Ferdinandum Andrada Panormitanorum Antistitem, summopere commendat, dilaudatque eximiam *Jardinæ* charitatem erga proximos suos, puellasque parentibus orbatas. Hujus rei authographum servatur etiam in præfato Archivio.

JOANNES TORRESIGLIA Montis Regalis Præsul in ea opinione habuit *Jardinæ* sanctimoniam, ut datis ad eum literis, sæpe seipsum, gregemque suum illius juvari orationibus postulaverit.

ALOYSIUS DE LOS CAMEROS Regiæ Monarchiæ Regni Siciliæ Judex, postmodum memoratæ Ecclesiæ Montis Regalis Archiepiscopus, *Jardinam* sibi valdè carum ob ipsius egregias animi dotes, vitæque probitatem, ubique encomiis celebrabat, quantique ejus virtutes coleret, verbis, factisque omnibus patefaciebat.

FERDINANDUS II. Magnus Etruriæ Dux, *Petrum Jardinam* inter laicos adhuc agentem, ut primùm Florentiam adventasse inaudivit, accersitum ad se, honoris gratia commensalem suum fecit, eique præterea ad benevolentiæ significationem ensem auro ornatum donavit. Thomas Potomia *in ipsius vita MS. lib. 1. cap. 4.*

PETRUS FAXARDUS DE ZUNIGA Marchio de los Velez, Siciliæ Moderator, tanti fidebat *Jardinæ* probitati, ejusq. fidelitati, ut in Panormitanis turbis anni 1648. ipsi se per literas multoties commendaverit, rogans enixim, ut in iis componendis egregiam, quam impenderat operam, strenuè prosequeretur. Extant hujus rei quamplures Epistolæ in memorato Archivio.

FRANCISCA BEATRIX ARAGONIA, & BALSAMO, Roccæ Floridæ Princeps fœmina ornatissima, adeo *Jardinæ* sanctimoniam venerabatur, ut ejus spirituali directioni totam se tradiderit, cujus hortatu habitum Sancti Cajetani induit, illumque quamdiù vixit, domi gestavit.

Denique omnes ferè Dynastæ, Proceres, & nobilissimæ Matronæ, apud quos summa nominis celebritate inclaruit, *Jardinam* veluti sanctitatis oraculum venerantes, frequenter adire, & consulere in spiritualibus adjumentis, animæque negotiis consuevêre.

ATTESTATIONES

Nonnullorum illustrium Virorum de PETRI JARDINÆ sanctimonia, ejusque collata opera in sedandis Panormitanis turbis anni 1648.

MELCHIOR CENTELLES BORGIA Siciliæ Prorex, in literis datis ad Serenissimum Joannem Austriacum Messanæ degentem, enarrans præclara *Jardinæ* merita, illum summopere commendat, tum ob vitæ sanctimoniam, tum etiam ob egregiam, quam præstitit operam in componendis popularibus turbis.

MARTINUS DE LEON, & CARDENAS Panormitanorum Archiepiscopus, in Epistola, quam scripsit 23. Februarii 1651. ad Comitem de Monterrey Hispaniarum Regis Oratorem apud sanctam Sedem, emeritis laudum præconiis extollens *Jardinæ* zelum, laboresque ab eo exantlatos in sedandis præfatis tumultibus popularibus (in quibus non semel vitæ suæ discrimini sese ultrò exposuit ob civium incolumitatem) illum *Dei famulum, summæ charitatis Virum, publicæque pacis Promotorem* appellat.

ALOYSIUS DE LOS CAMEROS Montis Regalis Antistes superiùs lauda-

da-

datus, in literis, quas Romam transmisit ad Rodericum de Mendoza Ducem de Infantado, Oratorem pariter Hispaniarum Regis apud Apostolicam Sedem, similia protulit testimonia de *Jardinæ* meritis, ipsiusque collata opera in promovenda Panormitanæ Urbis tranquillitate.

Excellentissimus SENATUS Panormitanus scribens anno 1659. ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, inter alia, quæ de *Jardinæ* fidelitate, beneficiisque ab eo præstitis Panormitanæ Civitati exposuit, asseveranter testatus est, ejus operâ, ac labore præservatam fuisse Panormi Urbem a furore populi tumultuantis, ab incendiis, rapinis, & homicidiis. Similia scripsit ad Joannem Austriacum Siciliæ Moderatorem, & ad memoratum Ducem de Infantado.

Perillustres, & Reverendissimi CANONICI totius Venerabilis Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ Urbis Panormi in literis datis sub die 2. Junii 1650. ad recensitum Siciliæ Proregem Joannem Austriacum, enarrantes *Jardinæ* zelum, ingentesque labores ab eo pro Deo, pro Rege, ac Patria perpessos, ingenuè fatentur, ejusque opera stetisse Panormitanam Urbem, pristinæque restitutam fuisse tranquillitati.

Denique Reverendissimi BENEFICIALES, sive PAROCHI ejusdem Urbis, veritatis amore, gratitudineque permoti, atque ad eumdem Siciliæ Proregem scribentes, post recensitos *Jardinæ* labores, & merita erga Concives suos, illum condignis laudibus, & honorificis titulis vocant Patriæ liberatorem, Pacis auctorem, ac Virum Apostolicum.

Harum omnium Epistolarum, sive authographa, sive exemplaria, servantur in Archivio Bibliothecæ Sancti Josephi in quodam volumine scripturarum ad *Petrum Jardinam* pertinentium *fol.* 112. 113. 133. 137. 152.

SYLLABUS

Auctorum, qui PETRI JARDINÆ virtutes, vitæque sanctimoniam laudibus suis exornarunt.

ANTONINUS MONGITORE in libro: *Panormus Devota Deiparæ Virginis tom.* 2. *c.* 13. §. 5. *pag.* 300. referens *Jardinæ* devotionem erga eamdem Dei Matrem, ait: *Si guadagnò il nome d'Apostolico Operajo nella Città di Palermo* il P. D. Pietro Giardina *Chierico Regolare: . . Egli fu divotissimo di Maria: onde in ossequio de' nove mesi, che portò racchiuso nel ventre il Verbo Divino la Vergine, instituì, che nel Cemiterio della Chiesa di San Giuseppe ogni sera de' detti nove giorni, con famigliari, ma fruttuosi ragionamenti, s'esortassero i fedeli a fuggire i vizj, piangere i peccati, ed esercitar le virtù cristiane in preparamento al gran parto di Maria. Fu egli fondatore dello Spedaletto per le figliuolette raminghe, per preservarsi da' pericoli, nel* 1646. *e quest'opera per sortire stabile fondamento, egli assicurò sotto la potentissima tutela, e protezione della Santissima Vergine: onde dispose, che nella Chiesa dello Spedaletto nel suo altare maggiore s'esponesse un quadro di Maria piangente per la perdita del suo figlio Gesù. In tutte l'occasioni, o nella predicazione, o nell'istruzione de' Novizj del suo Ordine, o nella direzione dell'anime, non tralasciò mai di promovere ad altrui profitto la divozione alla Vergine. Morì con fama di santità in Palermo a* 29. *di Novembre* 1660. Et *in Addit. ad Siciliam Sacram Rochi Pirri notitia* 1. *Eccles. Panormit. fol.* 310. refert Petri Jardinæ operâ excitatum anno 1646. memoratum superiùs Hospitium, vulgò *Spedaletto*, sub nomine Lacrymarum Deiparæ Virginis; ubi etiam illum vocat *virum sanctimonia celeberrimum*.

BARTHOLOMÆUS FERRUS C. R. *de Missionibus Clericorum Regularium tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 26. *fol.* 282. loquens de Theatinis Patribus, qui fidei ardore succensi ultrò sese obtulêre Sacræ Congregationi de Propaganda Fide pro expeditione ad Iberos, & Colchos, ait: *Fu uno de' primi* il P. D. Pietro Giardina, *che l'anno antecedente alla sacra Congregazione s'era offerto per la Missione della Giorgia, la di cui santa vita, e zelo della salute dell'anime, essendo a tutto il Regno della Sicilia palese, fu questa, che maggior guerra gli fece per non eseguir il consiglio, a cui da Dio in-*

spirato sentivasi. Mosso allora il Cardinal Doria Arcivescovo di Palermo, e con esso lui li Magistrati della nobilissima Città, e quante persone nobili nella medesima si ritrovavano, vedendo il gran danno, che colla sua partenza ne poteva seguire; fecero ogni sforzo per rimuoverlo da' suoi pensieri presso la Sacra Congregazione. &c. Et paulò post subdit: *Sì sapientissimi Porporati (della Congregazione sudetta) venuti in chiaro del gran merito del soggetto, e che questi era uno di quegli Apostoli, che bisognava alla Chiesa Romana per stabilire la sua fede in Regioni lontane, dando buone parole al Cardinal Arcivescovo, e non meno a' Magistrati, lasciarono correre la spedizione. &c.* Et inferius concludit: *Fu esaminato da' Padri del Capitolo Generale l'incredibile frutto, che faceva in Palermo; tanti e tanti Uomini, e Donne di perduta salute, che riduceva alla via della grazia; ch'essendo Uomo in età avanzata, rendevasi naturalmente impossibile, che potesse resistere alle gran fatiche, ed incomodi, che si provavano nel gran camino: e per ultimo, che non essendo in istato di potere apprendere le lingue, troppo necessarie per la predicazione evangelica, sarebbe perduta ogni sua opera, non avendo modo per farsi intendere; e che però la sua Giorgia, o pur Mingrelia dovendo esser Palermo, se gl'imponesse, che colla pronta ubbidienza facesse alla nostra Casa di Palermo ritorno.*

FRANCISCUS MARIA MAGGIUS C. R. in omnibus ferè libris, quos publici juris fecit, Jardinæ meminit. Hinc libro: *Secessus ad Exercitia spiritualia cap. 6. §. 3. pag. 294.* de ipso ait: *P. D. Petrus Jardina vir magni nominis, multisque virtutibus, præsertim spiritualium rerum magisterio, in Sicilia celeberrimus, & exemplo primùm, ac verbo, egregius in secessu versantium Institutor: quem unum, meum a puero Ducem, & admirabilem Institutorem agnosco.* Idem in libro: *Proposita benè moriendi prop. 6. pag. 55.* loquens de verbis, quæ S. Agatho interrogatus a suis, protulit ante mortem, subdit: *Quæ etiam verba P. D. Petrus Jardina e nostris, in morte (etiam si ingenti sanctitudine, ac omnium virtutum laude præditus esset) magno cum timore pronuntiabat.* Item *in Galateo Religioso disquis. 50. pag. 177.* de eodem inquit: *P. D. Petrus Jardina Magister meus, prisci moris senex, quem vitæ sanctitas, & præclarè gestorum fama plurimùm commendabat.* De Divino Officio *opusc. 2. disquis. 16. pag. 232.* ait: *In quo laudis genere non prætereo P. D. Petrum Jardinam, apostolici planè spiritûs hominem, meum olim in Professorio Institutorem, nunc Panormi ingenti omnium deploratione, ac mestitiâ vitâ functum: qui cùm sæpè, præsertim in virili ætate, a multis Sacerdotibus comitatus missionis causâ, vicos excurreret, eâ rerum omnium abstinentiâ se gerebat, ut nec hospitium a populis ultrò ad eum confluentibus accipere vellet.* Et *disquis. 18. pag. 245.* subdit: *P. D. Petrus Jardina vir planè apostolicus, qui tametsi a suggestu de se humillimè sentiens abhorreret, per privata tamen Oratoria, & Cæmeteria adeo disserebat, ut audientium animi gravissimè ab ejus ore commoverentur.* Item *disq. 14. pag. 209.* de eodem subjungit: *Instituit inter alia Dei servus insigne illud exercitium, quo Christifideles singulis diebus Dominicis, & novem ipsis ante Christi Natalem, exclusis fœminis, in Cæmeterio confidentes, de cavendis seriò vitiis, luendisque criminibus, familiariùs monerentur.* Rursus *opusc. 3. disquis. 2. pag. 242.* loquens de variis pœnalitatum generibus, addit: *Tam P. D. Benedictus del Porto, quàm P. D. Petrus Jardina catenis, vel laminis ferreis thoracem, tergum, & brachia arctissimè vestiebant.* De sacris verò Cæremoniis *opusc. 2. disquis. 7. pag. 123.* ait: *Unde laudare debeo P. D. Petri Jardinæ nunquam satis laudati viri prudentiam, qui Clericorum Præfectum agens, cùm juvenem comperisset, qui strophiolum benè olens, & a Matre fortasse acceptum ferebat, ita ejus inscitiam, & impudentiam objurgavit, ut ablato statim sudario, lacerum quoddam lintheum eumdem ferre coegerit.* Et in vita Caroli Thomasii *n. 4.* addit: *Tunc ea in Domo (S. Josephi) P. D. Petrus Jardina admirandus hujus sæculi heros magnis virtutibus efflorebat.* Denique

in

in italico libro: *Madonna della Providenza cap. 7. pag. 233.* Jardinam vocat *Virum insignis sanctitatis*, per quem Deus mira operatus est.

HIERONYMUS MATRANGA C. R. in sua *Pinacotheca rerum*, ejusdem præclara gesta, exarato inferiùs Elogio complexus est; & ad ejus effig em hanc aliam inscriptionem apposuit: *R. P. D. Petrus Jardina Clericus Regularis Panormitanus, vir animarum zelo verè apostolicus, mundi contemptu, morum innocentiâ omni ævo omnibus Venerabilis. Obiit 29. Novembris 1660.*

JOANNES BONIFACIUS BAGATTA C.R. *in Vita Caroli de Thomasiis lib. 1. cap. 10. pag. 60.* loquens incidenter de Jardina, hæc de illo habet: *Il P. D. Pietro Giardina soggetto di quella bontà, ed integrità di vita, che era nota in Palermo.* Et cap. 11. pag. 72. subdit: *D. Pietro Giardina uomo di gran virtù, e stima nella Città di Palermo.*

JOSEPH SILOS C. R. *in Historia Clericorum Regularium part. 2. lib. 13. fol. 632.* loquens de Theatinis Patribus, qui pro Missionibus Iberiæ sese obtulerunt, ait: *Inter primos obtulit sese Petrus Jardina Panormitanus.... maturioris vir ævi, atque animarum zelo flagrantissimus. Sed luctandum illi fuit cum primaria suæ urbis Nobilitate, ac Magistratibus, atque ipso Cardinali Doria Archiepiscopo; qui quod cernerent, fructuosissimam Panormi poni ab eo operam in emendandis moribus, omni spe conati sunt, ut ipsum a proposito dimoverent. Romæ præsertim nullis non officiis communia proponere urbis vota, ac profectionem abrumpere studuère.* &c.

PHILIPPUS SETAJOLUS C. R. *in Historia Catalauniæ part. 2. pag. 198.* postquam locutus est de visionibus, quibus dignatus fuit Venerabilis Dei famulus Hieronymus Pilus a Beatissima Cœlorum Domina, referens illius prophetias, hæc de Jardina subdit italicè: *Nè alle visioni mancaron le profezie: poichè nel medesimo tempo essendo gravemente infermo il P. D. Pietro Giardina di venerabil memoria, mandò a Girolamo un Padre, per rallegrarsi con lui della vicina felicità, e che sperava egli ancora nella divina misericordia d'accompagnarlo alla gloria. Il Servo di Dio rispose: Ringraziate da mia parte il P. D. Pietro, e ditegli, ch'a me com'inutile tocca la morte, a lui sono apparecchiate maggiori fatiche, ed anni più lunghi; perchè la Vigna dell'Altissimo non vuol perdere così presto un così grande Operajo. Come disse avvenne, mentre il P. D. Pietro sopravisse altri ventitrè anni in continui travagli, e Girolamo lasciò di vivere, per non morire giammai.*

PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico Nobilitatis Siculæ part. 2. fol. 37.* de eodem ait: *Luigi Arias Giardino... con D. Elisabetta Corvino, figlia di Giovanello Barone di Mezzojuso, procreò il P. D. Pietro Giardina Teatino di virtuosa vita.*

PLACIDUS REYNA, sub anagrammatico nomine Andreæ Pocili, in libro: *Racconto delle Rivoluzioni della Città di Palermo*: pluribus in locis meminit *Jardinæ*, præsertim *pag. 5. 6. 82. 85. 102. 122.* in quibus commendat illius pia opera, & labores pro sedandis Panormitanis turbis perpessis.

SENATUS PANORMITANUS in Actu publico edito sub die septimo Februarii primæ Indictionis 1648. postquam recensuit servitia, & labores Theatinorum Patrum, qui in popularibus turbis strenuam operam navarunt, hæc pauca, sed honorifica verba de *Jardina* subdit, inquiens: *Id unum non prætereundum putamus, quod non pauca ex his omnibus, magna ex parte referri debeant P. D. Petro Jardinæ, viro priscis virtutibus celeberrimo, & in componendis, vinciendisque animis admirabili, quem plurium piarum, & insignium operarum acutorem. ob præclara ejus merita, Patrem pauperum, & patriæ strenuum Adjutorem liceat appellare.* &c.

VINCENTIUS AURIA *in Historia Chronologica Proregum Siciliæ f. 110.* Jardinæ meminit, narratque, illius operâ institutum fuisse Conservatorium Puellarum, vulgò *l'Ospedaletto* nuncupatum; ait nanque: *Il Vicerè Marchese de los Velez promosse la pietosa opera dell'Ospedaletto nell'anno 1646. nella contrada chiamata delli Divisi per la buon ope-*

opera del P. D. Pietro Giardina Palermitano Chierico Regolare. &c.

DE GESTIS JARDINÆ

Elogium

Ex Hieronymo Matranga.

Dum faceta arridebat juventa,
Affluente opibus fortuna;
Extimulantibus mundi fallacis illecebris
Vanæ spei prænovit, irrisit, et effugit artes.
Clericis Regularibus votis nuncupatis adscriptus
Bona paterna aut contempsit, aut in Dei cultum erogavit.
Igneo diù luctatus cum genio
Potentiori flamma reluctantem superavit;
Diris tormentis lacessentem compressit.
Indoli flammeæ ardentiorem addidit zelum;
Quo renitentem regeret.
In Cellula veluti in Asceterio
Otiabatur assiduè cum Deo;
Ut spiritum hauriret, quem propinaret cæteris
In plagato Christi pectore cubabat suavius:
Et in spineo ejus capite, quàm in roseo.
Strenuus pugil, sollicitus vigil;
Debacchante per urbem exitiali lue,
Auxiliari manu erravit imperterritus.
Eleemosynis sibi creditis succurrit miseris.
In templi ornatum, inque inopum opem prodigus.
Æthyopum exhausisset metalla,
Cæsarum æraria; sibi soli avarus.
In pauperum levamen exudavit balsama;
In se solum sæviit.
Penetralia rimabatur scelerum, aut perverteret, aut averteret.
Flagitiosos aucupabatur, ut a flagitiis revocaret:
Sequebatur ut traheret.
Populares tumultus
Monitis, minis, aspectu, magna ex parte composuit.
Regularem disciplinam
Servavit subditus, exegit Præpositus.
Ætnam eructabat,
Quo totum incenderet, si posset orbem.
Ægrè una contentus Panormo
Cupivit, petiit anxiè demigrare,
Et Indos excurrere, aut Iberos:
Idola, Hæreses, Schismata, ut ablegaret.
Tandem longo fatigatus itinere
Jacuit, ut obdormiret in Domino.
Febre correptus acutâ, seniles vorante artus,
Ultra mensem in agone constantissimè perstitit.
Et plenus dierum
Supremum victurus diem, naturæ concessit
XXIX. Kal. Novembris Anno MDCLX.
Ætatis suæ V. supra LXX.

CARMINA LATINA

IN LAUDEM PETRI JARDINÆ

Ex Francisco Maria Maggio C.R.

DISTICHON.

Auro animas redimens, ferro sibi membra cruentans,
Mille modis Patriæ cōtulit unus opem.

Ex Francisco Torricelli Oratorii S. Philippi Nerii

DISTICHON.

Sparsit opes: animas traxit: pia vota cruore
Scripsit: Apostolici cætera cuncta viri.

Ex Francisco de Monacho C. R.

DISTICHON

Anagrammaticum.

PETRUS JARDINA.

Programma.

IN PARADISO ERIT.

Anagramma.

Quàm bene vir justus Petrus Jardina vocatur!
Nomina verte; sonant in Paradiso hic erit.

CARMEN ETRUSCUM

Josephi Bona Academici Boni Gustûs, in quo alluditur ad præclarum superiùs enarratum facinus, quo Jardina intentatam ab insano populo Nobilium necem impedivit.

Pietro che fai? Su quel metal tonante
Esponi la tua vita a gran periglio.
Non ha fren di ragion, non vuol cōsiglio
Insana plebe vil, tumultuante.
Ma tu qual Nume tutelar, costante
Doni la vita a'tuoi. Già va in scōpiglia
Al tuon de la tua voce, a'rai del ciglio,
L'empio furor d'un popolo baccante.
Qual mai dunque Guerriero inerme, e solo
Legger si può nella più antica Storia,
Ch'abbia fugato un numeroso stuolo?
Sol tu vinci senz'armi, ed hai più gloria
Di qualunque Guerrier; poichè sul polo
Questa è l'unica a Dio grata vittoria.

PE-

PETRI CAJETANI
ORIOLES
Clerici Regularis
ELOGIUM XLVII.



ETRUS CAJETANUS ORIOLES, Lancellottus antea dictus, ex Francisco Orioles Fontis Frigidi Barone Panormi ortus, adolescens annorum duodecim Clericis Regularibus S. Josephi se adjunxit 18. Maji 1667. apud quos conceptis religionis votis 20. Aprilis 1671. gravioribus Philosophiæ, ac Theologiæ studiis operam navavit egregiam, in quibus scientiis adeò profecit, ut mox aliis erudiendis par fuerit, & idoneus repertus, Quare per annos plures Philosophiam, & Theologiam suos docuit in præfatis Divi Josephi ædibus. Sed animarum salute æstuans e literaria palæstra ad sacram eloquentiam gradum fecit, declamavitque viginti annorum spatio tam in festis diebus, quàm in horis vespertinis, & magni diei jejuniis non sine auditorum profectu, & assensione. Regularis disciplinæ tenacissimus custos, illam præ viribus promovere curavit, sive cùm Præpositi munere ibidem sodales regeret, sive cùm Tyrones, vel Juniores professos institueret. Virtutes coluit eximias, præsertim humilitatem, paupertatem, & vitæ austeritatem; quo in genere adeò fuit adversus seipsum rigidissimus, ut nullam unquam corpori suo requiem, aut levamen præbuerit: illudque in servitutem redigere cupiens, nunc vigiliis, & jejuniis, nunc verò ciliciis, & flagris ad maciem usque, & sanguinem cruentavit. Orationi addictissimus, plures diei horas cœlestium rerum commentationi tribuit. Charitate verò in proximos ita succensus fuit, ut nihil unquam intermiserit, quod animarum medelæ prodesse noverit, sive spiritualibus exercitiis sodales suos adjuvando, sive salutaribus monitis peccatores in auriculari pœnitentiæ Sacramento admonendo, sive ignitis sermonibus auditorum animos ad frugem provocando, sive denique seipsum pro suis, aliorumque noxis hostiam Deo offerendo. Hinc in labore, & ærumnis, in doloribus, & plagis supra modum ab ipsomet prævisis, tanquam aurum in fornace a Deo probatus, vivere desiit 14. Martii 1707. ætatis suæ 52.

Ejus imago graphicè exculta, Panormi superiorum permissu edita est, hac inscriptione exornata.

P. D. Petrus Cajetanus Orioles Presbyter Clericorum Regularium, Panormitanus, qui ob virtutum odorem, & præcipuè amoris erga Deum, & proximum in omni loco, licèt semper nesciri amans, Christi bonus odor effectus. Pro cujus majori gloria, & ejusdem proximi spirituali profectu, nunc a liberalibus disciplinis alios edocendo, nunc a concionibus, & nonnullis aliis spiritualibus exercitiis, nunquam vacabat. Seipsum etiam pro suis, & aliorum delictis hostiam offerre non dubitans; in labore, & ærumna, in doloribus, in plagis supra modum ab ipsomet prævisis, tanquam aurum in fornace a Deo probatus defecit. Denique divinæ voluntati se totum committens, sacramentis refectus, placidissimè obiit Panormi in Domo S. Josephi Clericorum Regularium quinquagesimo secundo ætatis suæ anno, Religionis verò 36. die 14. Martii 1707.

Ipsius meminit Antoninus Mongitore in *Historia Ecclesiarum Urbis Panormi cap. Ecclesia S. Josephi*, & Franciscus Maggius in libro: *Votum, & juramentum Cler. Regul. pag.* 14. ac in sermone supra vitam, & mortem S. Cajetani *cap.* 6. *pag.* 49.

Reliquit MSS.

Sermoni sopra gli Evangelj delle Domeniche.

Lezioni sopra la sacra Scrittura.

Quaresimale.

Istruzione per la Confessione sacramentale.

CARMEN LATINUM
JACOBI PETRELLI
In ejusdem Viri laudem.

Dicite in occiduas ubi Sol deflexerit undas;
Et medio apparent sydera mille polo;

Qua-

Quale putas, toto decus addere lumine cœlo?
Ante omnes stellas, quæ tibi stella placet?
Nunc age, qui Petrum, tanti qui nominis implet
Mensuram, ut possis dicere prodigium;
Qui Petrum laudare studes, tot, tantaque in uno
Suspicis, aut mores, ingeniumve putes;
Postremò ut quæras, quæ laus superemineat omnes,
Quove ornamento palma ferenda sibi est:
Ante mihi solvas, quod cœlo pulchrius astrum
Emicat, Hesperium Sole adeunte Polum?
Tot sunt in Petro laudes, quot sydera cœlo.
Solve mihi dubium, sic quoque solvo tibi.

CARMEN ETRUSCUM

In ejusdem Viri laudem,

A Francisco Martiani e Principibus Furnaris, Imperialis Collegii Nobilium Convictore, & Boni Gustûs Academico, compositum.

NOn più morte non più: dal crudo strale
Estinto cadde, ah fiera, il più perfetto
Di modestia, umiltade adorno petto,
Ch'eterno esser doveva, ed immortale!
Morto è colui, che non parea mortale,
Nel lustro undecimo quel spirto eletto
Compiuto avea, che,o cruda, per diletto
Da noi 'l togliesti, e l'arco tuo fatale.
Ma a tuo dispetto ei vive, e tralle stelle
Andonne adorno de' bei pregi sui,
Quãdo 'l tuo dardo ad esso il petto aprío:
L'amaro pianto raffreniamo nui,
Che planger non si devon l'alme belle,
Cui già virtute al sommo Bene unío.



PETRI PATERNIONII

Clerici Regularis, eximii Theologi

ELOGIUM XLVIII.

Ex Antonino Mongitore tom.2. Biblioth. Sicula fol.152.



PETRUS PATERNIONIUS, sive PATERNO', Panormitanus, ex Principibus Biscari, origine Catanensis, Ordinis Clericorum Regularium, Panormi natus 22. Septembris 1638. parentibus Prospero Paternionio Barone Piraini, & Vincentia Squiglio, Ordinis sui institutum amplexatus est 20. Aprilis 1658. ac solemnia emisit vota Panormi 14. Septembris 1659. Vir sanè severioribus disciplinis excultissimus; emensis etenim studiorum spatiis per annos multos summa cum laude Rhetoricam, Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam sodales suos docuit. Theologiam etiam in publica Messanensium Academia tradidit. Apud suos honoribus insignitus effulsit; Præpositi enim munere Domum Panormitanam S.Josephi rexit, ac Siciliæ Visitatorem egit. D.Ferdinandus Bazan Archiepiscopus Panormitanus inter Examinatores, ac Theologos suos illum adscripsit. Per aliquot annos in Ecclesia S.Josephi Panormi per anni ambitum singulis festisdiebus sermones doctrina, & eruditione refertissimos habuit, non sine sapientum plausu. Cùm vir doctissimus morum gravitate, prudentiâ, aliisq. animi dotibus sui venerationem excitasset, in molestissimum incidit morbum, & adauctâ inter dolores mirificè patientiâ, diem clausit extremum Panormi 23. Novembris 1706.

Edidit italicè ex Mongitore

La Dea Vesta, Panegirico detto nelle pompe funebri dell'Illmo Monsignor D. Giuseppe Boccadifuoco Chierico Regolare, Abbate di S. Pietro, e Paolo d'Itala, e Vescovo eletto di Mazzara. Panormi apud Petrum Coppulam 1685. in 4.

Divæ

Divæ Rosaliæ Festum Panormi celebratum anno 1691. inventione, ac inscriptionibus ornavit, quas habes in opusculo, cui titulus;

I trionfi del Tebro superati da quelli dell' Oreto nella Solennità dell' anno 1691. consagrata alle glorie di S. Rosalia Vergine Palermitana. Ibidem apud Carolum Adamum 1691. in 4.

Prælo paraverat nonnulla *Opera Theologica*, aliaque cultiori literaturâ expolita.

SYLLABUS

Quorumdam Theatinorum Patrum., qui emeritis laudibus PETRI doctrinam, eloquentiamque partim soluta oratione, partim carminibus exornarunt.

FRANCISCUS MAGGIUS *in Propositis bene moriendi propos. 5. pag.* 58. recensens exequias Josepho Buccafochio Mazariensi Episcopo persolutas in Templo Divi Josephi, Petrum appellat *virum doctissimum*, atque *disertissimum*.

FRANCISCUS LUCCHESIUS in Epistola, quam scripsit ad Hieronymum Maggium, quæ habetur in *Galateo Religioso* ante Epistolam nuncupatoriam, de eodem ait: *P. D. Petrus Paternionius, vir, ut nosti, doctus, & eruditus, qui sacram Theologiam Messanæ olim publicè docuit, & hìc modò Moralem explanat.*

JACOBUS GRAVINA *in Synopsi Theologiæ veterum Patrum de Actionibus Dei ad extra pag.* 383. *n.* 798. referens acutissimum Petri Paternò argumentum adversus Alberti Fardellæ præceptoris sui opinionem *de Pœna Dæmonum*, illum ab ingenii subtilitate, & ab editis elucubrationibus laudat, quem præterea non longè esse a Magistro suo affirmat.

LUCIUS CRESCIMANNUS in elogio, quod *Petri* iconi conscribendum curavit, inquit: *P. D. Petrus Paternionius Panormitanus. Viri hujus eruditionem quâ divinam, quâ humanam omne tulisse punctum, cathedræ ne Religionis tantùm, verùm etiam Universitatis Messanensis olim, suggestus, typi, ora omnium proloquuntur. Virtutem heroicam attigisse metam, mirabilis postrema in ægritudine fortitudo intimè unita pietati satis manifestavit. Panormi patientissimè, ac devotissimè obiit.* &c.

CARMINA

In ejus laudem.

Ex Andrea Cottono Cl. Regul.

EPIGRAMMA I.

Amplius haud jactent Sapientum nomina Grai;
Nam illis majores noster Oretus alit?
Exsuperat Petri *cunctos mens vasta* Paternò
Sive docet cathedris, vel sacra verba profatur.
Qui dum Castalii lætus spatiatur ad undas
Carmina mirificis promit ab ore sonis.

Ex Andrea Bononia Cler. Reg.

EPIGRAMMA II.

Anagrammaticum.

In quo alluditur ad orationem funebrem habitam in exequiis memorati Josephi Buccafochii.

Aspicis ut bellè Petrus *tot verba diserta*
Fundat, & illustris prædicet acta viri?
Aspicis effandi quæ vis? quod mentis acumen?
Gratia quæ vernat pectore, fronte, stylo?
Quid mirum est igitur cùm laudum præco Josephi
Ad vivos revocat lingua perennis eum?
Sunt hæc egregius, quæ dat spectacula Petrus,
Dulce Panegyricum dum struit ore pio.
Gaudeat ipse suo Joseph *hoc funere lætus*
Sortitus vita nobiliore frui.
Et tibi major sit Petre *laus, tibi plaudat, & Orbis;*
Nam superat Joseph *inclyta fama tui.*
Is tantùm fuit ignis, at ordinis ipse Thienis
Ignis, Lumen, Honos, Palma, Corona, Decus.

Ex Bernardo Cavalerio Cl. Reg.
Episcopo S. Marci
EPIGRAMMA III.
In quo alluditur ad eamdem orationem.

Sistat Apellæis totus jam laudibus Orbis,
Nullaque Protogenis nomina lingua canat.
Exsuperas cunctos nulli tanta arte secundus,
Cùm Joseph *icon conficis ore* Petre.
Sãguine ab illustri natalia ducta Paternò
Laudant, ác mores quàm bene verba tua.
Prosequere incœptum tibi cùm sit copia fandi,
Hoc lethum lætum redde lepore tuo.
Nam meritò, quem Petrus *ad altos vexit honores;*
E medio ablatum tollit ad astra Petrus.

Ex Francisco Maggio C. R.
EPIGRAMMA IV.
Supra idem subjectum.

Quid magis admirer? spirare ex ore Josephum
Ignem, cùm sacra vivus in æde tonat?
Num quod sublatus terris, tectusque sepulchro,
Petre Paternò,*tuo rursus in ore micet?*
Felix, qui ingenio serves, tanta arte disertus
Extincti, ut cineres sic animare queas.
Syrmate quam fulget, rutilatque is cidari & auro,
Excurritque tuo hoc codice quemque locum.
Quam tibi mitra caput quoque necteret aurea dignum,
Unde tibi suada hæc ore, styloq. fluit.

PETRI SETAJOLI
Clerici Regularis
ELOGIUM XLIX.



ETRUS SETAJOLUS e nobilium ordine Panormitanus, germanus frater Francisci Setajoli, (de quo supra) disciplinæ rudimenta posuit Panormi in Divi Josephi Ædibus anno exacti sæculi 1691. die verò 14. Decembris: vovitque ibidem solemni ritu 17. Maji 1693. Humanis, divinisque literis sufficienter excultus, Verbi Dei prædicationi ab ipso floridiori ævo animum adjecit suum; in quo apostolico munere per aliquot lustra sese exercuit magno cum lucro animarum; nam primùm per anni ambitum festis diebus declamavit Romæ, Venetiis, & Mediolani: dein confecto quadragesimali curriculo, Panormi in Divi Josephi Templo in cinerali jejunio conciones ad populum habuit. Admotus proximorum culturæ, ac regimini in aliquibus ejusdem domûs Sodalitiis impigram impendit operam, collegitq. uberrimam conversionum segetem, quâ ignitis sermonibus, quâ acribus adhortamentis. Pergitque ad præsens vir eximius animarum lucris insistere, novissimè Præpositi charactere insignitus in Marianis Ædibus a Catena nuncupatis, postquam per aliquot menses in suæ Domûs Præfectura communem rem administrasset.

De eo mentionem facit Antoninus Mongitore in libro: *Panormus Pœnitens part. 2. pag. 88.* item *de Ecclesiis Panormitanis cap. Ecclesia S. Josephi.*

Ipsius sub prælo teruntur

Quaresimale, e Panegirici del Padre D. Pietro Setajoli C. R.

CARMEN LATINUM
In ejusdem viri laudem.

Siciliæ caput, urbs felix, divesque Panormus,
Petre, *tibi cunas, lac, alimenta dedit.*
Quem puerum præclara ditatum indole, magni
Ordo Thienæi legibus instituit.
Doctrinis, studiisque sacris, teque insuper ævo
Florentẽ imbuit, ut munia obire queas.
Præditus his opibus mentis sacra verba frequenter
Dum facis e rostris cor, animumq. rapis.
Cui quoque tanta interdum vis est ignea linguæ,
Ut verbis frangas pectora dura nimis.
Magna quidem laus hæc aliis, & gloria fandi,
Ast tibi nil magnũ Nestora qui superas.

PE-

PHILIPPI SETAJOLI

Clerici Regularis, Theologi, & Concionatoris celeberrimi

ELOGIUM L.

Ex Antonino Mongitore tom. 2. Biblioth. Siculæ fol. 178.



PHILIPPUS SETAJOLUS Panormitanus, Clericus Regularis, vir præclaro genere exortus. Patrem enim habuit Simonem Setajolum, Matrem verò Joannam Vassallo paris nobilitatis fœminam. Regulari instituto nomen dedit Panormi 13. Septembris 1647. & absoluto Florentiæ tyrocinio, ibidem solemnia emisit vota 28. Octobris 1648. Ea felicitate ingenii graviores disciplinas accepit, ut vix absoluto studiorum curriculo, Philosophiam, ac Theologiam sodales suos magna cum laude docuerit in Domo Panormitana S. Josephi. Sacram etiam eloquentiam professus ab adolescentia, prædicationis munus quadam naturæ vi raptus exercuit: eâque laude hanc provinciam suscepit, ut in famigeratissimum Ecclesiasten evaserit: ab ipso enim muneris exordio, florentissimi styli cultus, eruditionis ubertas, aliaque eximii Oratoris ornamenta, quibus insigniter eminebat, omnibus haud obscurè promisêre pereximii adolescentis progressus. Ideoque breviter in absolutissimum Oratorem efformatus, pluries Panormi in cinerali jejunio tum in Principe Templo, tum in Ecclesia Sancti Josephi cum omnium literatorum plausu conciones habuit. In præcipuis etiam Siciliæ, & Italiæ civitatibus quadragesimale spatium confecit, præsertim Neapoli, Venetiis, Genuæ, Romæ, ut etiam Viennæ Austriæ, & alibi; ubique, & semper cum laudum præconiis exceptus. Præter enim eloquentiæ lumina, rationum vim admirandam, dicendi copiam, quæ in egregio viro effulsêre; memoriæ tenacitas, vocis sonitus, corporis majestas, aliæque præstantissimi Oratoris dotes, in eo mirabiliter convenêre; adeout ad singularis Oratoris gradum evexerint. Hinc nedum in Siciliam, verùm etiam & in Italiam clarissimâ nominis famâ diffusâ, undique sui venerationem excitavit. Eruditione quâ sacrâ, quâ profanâ excelluit. Hebraicam linguam egregiè calluit. Politiores etiam literas coluit, & inter Reaccensos Academię Panormitanæ literatos, inter Mediolanenses *Affidati*, Patavinos *Ricovrati*, recensitus inclaruit. Panormitanam Sancti Josephi Domum Præpositi munere semel & iterum gubernavit. Dum Neapoli in Ecclesia Sancti Pauli singulis festis diebus magno confluentium concursu, ac plausu conciones haberet, omnium primus fuit, qui ea in urbe Michaelis Molinos errores detegeret, & qui e suggestu eosdem acriter confutaret. Tandem tabefacta grangrenæ morsu ejus coxendice, Neapoli decessit 26. Octobris 1685. non sine literatorum, bonorumque omnium dolore.

Mentionem ipsius faciunt Philadelphus Mugnos *in Theatro Nobilitatis Siculæ part. 2. fol.* 299. & Maggius in libro: *Juramentum, & Votum Cler. Reg.*

Edidit italicè ex Mongitore

Orazione in lode di S. Rosalia Vergine, e Tutelare Palermitana. Panormi apud Petrum de Isola 1656. in 4.

Panegirico in lode di S. Rosalia Vergine Palermitana. Ibidem apud Augustinum Bossium 1663. in 12.

Orazione de' Funerali dell' Illustrissima Signora D. Giovanna Gomez Carbaton, Madre dell' Eccellentissimo, e Reverendissimo Signor D. Pietro Martinez Rubio Arcivescovo di Palermo, Presidente, e Capitan Generale nel Regno di Sicilia. Ibidem apud Augustinum Bossium 1659. in 4.

Ossequj funebri della Compagnia del SS. Crocifisso sotto titolo de' Bianchi in morte di Filippo Quarto Monarca delle Spagne. Ibidem apud Colicchiam 1666. in 4.

Istoria di Catalogna. Parte prima. Ibid. apud Petrum de Isola 1666. in 12.

Istoria di Catalogna. Parte seconda. Ibidem apud Buam, & Camagnam 1667. in 12.

La Nuova Miniera del Perù, Orazione Panegirica per la Beata Rosa di S. Maria Vergine Peruana dell'abito di S. Domenico. Ibidem apud eosdem 1669. in 4.

Orazioni, e Discorsi sacri. Parte prima, e seconda. Venetiis apud Catanum 1671. & apud Paulum Balionium 1678. in 12.

Discorso in lode della Signora Elena Lucrezia Cornaro Piscopia, in libro, cui titulus: *Composizioni dell' Accademici Ricovrati per la Nobile Signora Elena Lucrezia Cornaro Piscopia*. Patavii 1684.

SYLLABUS

Regum, Principum, Præsulum, aliorumque illustrium Virorum, penes quos PHILIPPI SETAIOLI sapientia, & eloquentia magno in honore, & pretio habitæ sunt.

LEOPOLDUS CÆSAR, hujus nominis primus, Imperator Austriacus, permotus publica, quæ de *Philippi* eloquentia sese ubiq. fama diffuderat, illum non modò in Concionatorem suum elegit, verùm etiam cùm Ratisbonæ perorantem e suggestu audivisset, demiratus tam disertissimi viri aureum eloquentiæ flumen, necnon captus eximiis ejus tum animi, tum corporis dotibus, quibus a natura ad invidiam usque locupletatus effulsit, cumulare copiosis laudibus coram Imperii Principibus, & Magnatibus, ad ostensionem benevolentiæ, æstimationisque suæ benignissimè dignatus est. *Ex MSS.*

Idem præstitit CAROLUS EMMANUEL Sabaudiæ Dux, cùm eumdem *Philippum* coram se in Ecclesia Ducali Taurinensi disertissimam orationem de sacra Syndone recitantem audivit; tunc namque ipsius amore, & veneratione pertractus, quæsitissimas eidem gratias suo nomine rependendas jussit; missis præterea ad ipsum regiæ munificentiæ suæ lautis oppidò muneribus, & donariis. *Ex MSS.*

JOANNES BAPTISTA CORNELIUS e Regio, ac Senatorio Ordine Venetus, Sancti Marci Procurator amplissimus, eo amore, & benevolentia *Philippum* prosequebatur, ut illum crebrò adire in cubiculum suum, ejusque frui consuetudine ad animi sui delicias consueverit. *Ex MSS.*

ALMORUS DELPHINUS Patritius Venetus, item Sancti Marci Procurator, cui *Philippus* secundam partem suarum orationum inscripserat, incredibili studio eumdem quamdiù vixit, complexus est. *Ex MSS.*

Eamdem benevolentiam, æstimationemque obtinuit penes Cantianam Grimani & Delphinam præfati Almori eximiam Genitricem, quæ conscientiam suam illi permiserat expiandã. *Ex MSS.*

DIDACUS TAGLIAVIA, & ARAGONIUS Dux Terrænovæ, Regni Siciliæ Comestabilis, & Hispaniarum Magnas, tanti etiam faciebat *Philippi* merita, eruditionemque summam, ut quoties eum alloqui, & apud se habere poterat, quod non rarò evenerat, toties felicem se, fortunatumque reputaret. In cujus tamen eximii Principis funere *Philippus* eloquentissimam orationem recitavit Panormi in Ecclesia Agonizantium. *Ex MSS.*

PETRUS MARTINEZ RUBEUS Archipræsul Panormitanus, ob singularem opinionem, æstimationemque, quas de *Philippi* doctrina, pietateque gerebat, suum illum Synodalem Examinatorem expostulavit, obtinuitque. In cujus pariter exequiis *Philippus* disertissima oratione parentavit in Principe Templo Panormitano.

Denique celeberrimæ ACADEMIÆ REACCENSORUM Panormi, AFFIDATORUM Mediolani, & RECUPERATORUM Patavii, in quibus unus præ cæteris eminuit *Philippus* ingenii præstantiâ, linguarum peritiâ, & eloquentiâ, magno in honore, & pretio eum semper habuêre.

SYLLABUS

Plurium clarissimorum Virorum, qui partim soluta oratione, partim latinis, etruscisque carminibus PHILIPPI SETAIOLI eloquentiam, eruditionemque summam celebrarunt.

ANTONINUS MONGITORE superiùs citatus, in sua *Panormo* De-

Devota Deiparæ Virginis tom. 2. *lib.* 4. *pag.* 362. paucis verbis plura complexus, hæc de Philippo italicè exaravit: *Filippo Setajolo Chierico Regolare, celebre Predicatore, la cui sacra eloquenza risuonò con acclamazione ne' più segnalati Pulpiti d'Italia.* &c.

CAJETANUS MARIA Cler. Reg. in Elogiis illustrium Virorum Venerabilis Domûs S. Josephi Clericorum Regularium, quæ cernuntur, & leguntur in claustro præfatæ Domûs, hoc breve elogium in Philippi commendationem exaravit: *Philippus Setajolus è Patritio Ordine Panormitanus, Clericus Regularis, ab eloquentia Christianus Cicero, Latinus Chrysostomus jure meritò nuncupatus. Cujus dicendi facundia, styli elegantia, orationis cultus, vocis sonitus, corporisque majestas totius Italiæ plausum ipsi conciliarunt. Ob varietatem verò linguarum, eruditionem summam, quâ sacram, quâ profanam, miram in docendo ingenii promptitudinem, inter primarias Academias recensitus inclaruit. Qui dum Neapoli magno confluentium concursu conciones haberet, primus fuit, qui ea in urbe Michaelis Molinos errores detexit, ac publicè e suggestu confutavit; ubi gangrenæ morsu tabefacta ejus coxendice, decessit e vivis 26. Octobris 1665. ætatis suæ 54.*

FRANCISCUS FULVIUS FRUGONUS in libro: *Il Cane di Diogene latratu* 5. *pag.* 588. Philippum inter eloquentissimos Oratores evangelicos ex ordine Clericorum Regularium reponit.

HIERONYMUS MATRANGA C. R. in libro: *Solemnitates lugubres & lætæ part.* 2. *fol.* 37. laudat eloquentem Panegyrem a Philippo Setajolo habitam Panormi in exequiis Philippi IV. Hispaniarum Regis.

LUCIUS CRESCIMANNUS C.R. audito Philippi ex hac vita transitu, brevem hanc inscriptionem illius iconi apponendam curavit, quæ sic habet: *Philippus Setajolus Panormitanus ex Clericis Regularibus Presbyter, doctrinâ magnus, pietate major, non minus ob alia clarus, quam quod benè apud posteros, quâ Historicus, quâ Orator styli felicitate meritus, utramque Minervam complexus, etiam varietate linguarum, sive in scholis docendo, sive in concionibus dicendo, eruditione pariter, ac religione utrobique notissimus. Ætatis anno 54. grande sui desiderium reliquit Neapoli die 26. Octobris 1665.*

JOSEPH SILOS C. R. *in Historia Cler. Reg. part.* 3. *lib.* 12. *fol.* 634. loquens de Theatinis Scriptoribus, qui de Republica Literaria præclarè meriti fuêre, inter eos Philippum enumerat, cui adhuc viventi sequens elogium texuit: *Philippus Setajolus nobili loco Panormitanus, adoptatus in Ordinem Panormi, Florentiæ tyrocinii spatium confecit, nuncupavitque ibidem vota die Octobris vigesima octava 1648. Ab ingenio commendatus: statim namque a studiis docere ipse in scholis cœpit: sicuti & quidam sacræ eloquentiæ impetus in hanc etiam palæstram impulit prœmaturè. Rudimenta ipsa docendi ea profectò fuêre: veluti in ejusmodi linguæ usu versatus diutius fuisset: ut nullus planè non intelligeret, quò tandem florentissimus juvenis exercitatione, usuque declamandi evasisset. Et verò eam subinde sui famam concitavit, ut in præcipuas confestim Italiæ urbes involarit, celebrioris jam nominis Orchestris par. Aspectus illi, vox, gestus, qui egregium Ecclesiastem conficiunt. Ingens memoria, & quantæcumque Oratoriæ supellectilis capax. Dictio verò florida, quam ut copia, & cultus, ita vibrans etiam acumen sententiarum exhilarat: neque deest orationi ardor, ac suum fulmen, ut quos oblectat auditorum animos, etiam terreat. Pergit disertè hoc linguæ officio in procuratione animorum desudare.* &c.

PLACIDUS REYNA *in notitiis historicis Messanæ part.* 2. *pag.* 354. vocat Philippi calamum *doctum*, illum verò *nobilem Oratorem*, his verbis: *Avea la dotta penna del nobile, e Palermitano Oratore.* &c.

RAPHAEL SAVONAROLA C.R. sub anagrammatico nomine Alphonsi la Sor a Varea, in libro: *Universus Terrarum Orbis tom.* 1. *pag.* 232. loquens de Regno Catalauniæ, Philippum, qui illius gloriam scripsit, honorificè recenset.

Præ-

Præter hactenus recensitos auctores Philippum laudibus suis, & carminibus exornant Andreas Cyrinus C. R., Albertus Torzi, Aloysius Jo Scavuzzo, Joannes Baptista de Judice, Joseph Munebria *in Musa excitata pag.* 253. Joseph Franchinus *in Bibliosophia pag.* 68. Nicolaus Mussutus, Nuntius Patti, Petrus Paternò C. R., Pyrrhus Schittinus *in carmine*, Vincentius Auria, aliique.

ELOGIUM.

Huic plaudite, o populi!
Tuum germen amplectere Panorme,
En fulgidum fulget sydus
Philippus Setajolus
Nobili genere ortus,
Summa prudentia præditus,
Insimul nobilitatem, et virtutem aggregat:
Cujus eloquentiam in Concionibus
Panormus fovit,
Parthenope audivit,
Roma admirata est,
Bavarus expectat.
Qui in suavitate Ambrosius,
In reprehensione Paulus,
In Domini templo
Aliis exemplo
Seipsum virtutibus vincit,
In adolescentia magnus,
In virilitate major,
In senectute maximus,
Tanto homini
Læto omine
Hoc posuit
Nicolaus Morsus Baro Favarellæ.

CARMINA LATINA
IN LAUDEM PHILIPPI SETAJOLI
Ex variis Auctoribus.

Ex Francisco Angelo Strada
EPIGRAMMA I.

NOn tantùm Musas credo sentire levamen
Quando vident Phœbum fundere in orbe jubar.
Sentiit urbs felix quantùm aurea Concha Panormus;
Cùm e Cathedra alloqueris sacra Philippe satis.
Gaudia si matri præbet sapientia nati,
Quid mirum Patriæ magna fuisse modò?
Si vellem nimium sapiens Pater haud ego possem
Pangere pro meritis inclyta dicta tuis.
Est minus omne tuis, quod scribam laudibus aptum,
Voce quis ætherei computat astra poli.
Plaudite vos cives, et vos, qui Palladis arti
Invigilatis item, plaudite, jamque licet.
Turba patrem vocitat doctum, te quisque veretur,
Cujus ad auspicium credit obesse nihil.
Tu decus o nostrûm felicibus utere fatis:
Nestoreum videas lætus, & ipse diem.
Plura quid inscribam, quando pro munere vatis
Ex oculis matris terra rapit Bavara?
I felix igitur cœlum, quo te advehit; ejus
Sic celebrans nomen continuò, ut celebras.

Ex Placido Juniore Vanno C. R.
EPIGRAMMA II.

MEns tibi vasta fuit, Sophias intenta per omnes:
Non satis est studiis una corona tuis.
Tuque Stagirites celebris, tu doctus Aquinas,
Historia Tacitus, Tullius eloquio.

Ex Hieronymo Brancato
EPIGRAMMA III.

PAndite mortales oculos caligine mersos;
Et Paulum in terris cernite adesse novum.
Hic est ille Dei demissus numine terris,
Qui illustrat mundum, & tartara nigra domat.
Virtute, ingenio mundi tot dura ferendo
Sicelidum pater est dulcis, & urbis amor.
Perpetuumque decus meritò sua fervida virtus,
Illustrisque domus Relligionis erit.

Ex Josepho la Farina Barone de Hyrrosa ad Lectorem operum Philippi Setajoli
EPIGRAMMA IV.

MOnstra vides, dum scripta legis: portenta loquuntur
Omnia verba, sibi deficit ipsa fides.
Aurea vincla Jovis renovantur, divitis ipse
Vellet tam docto Pacifer ore loqui.
Seipsum jam superat. Quidni Demostena? vox hunc
(Crede) hominem, virtus prædicat esse Deum.

CAR-

CARMINA ETRUSCA

In ejusdem Viri commendationem

Ex primariis Academicis celeberrimæ olim Reaccensorum Academiæ composita.

Ex Josepho Galbano.

ALe candide tue note eloquenti,
Sacro Orator, che da la bocca or versi,
Veggio di chi t'ascolta in un conversi
Gl'occhi, e gl'orecchi a venerarti intēti.
Al nobil suon de' tuoi canori accenti
Tutti di puro nettare cosperſi
Sospendon l'ale in dolce obblio sommersi,
Muto l'aer d'intorno, e muti i venti.
La fama à far palese il chiaro onore
Di chi pien d'alti pregi al mondo vive,
Di tua voce non ha tromba migliore.
Nel suo Tempio immortal per far più vive
Le glorie, e'l nome degl'Eroi maggiore,
L'Eternità con la tua lingua scrive.

Ex Nicolao Buondelmonte.

SOl a te si convien serto gentile,
O gran Filippo, che il tuo capo cinga
De le fronde del Libano, e'l crin stringa
Non di caduco allor, ch'è pianta umile:
Non per mano mortal, che s'ha per vile:
Ma a tant'opra celeste Angel s'accinga:
Fia questi sol, che tue tempie ricinga,
Che tanto ha merto il tuo sublime stile.
Tu voli sopra i più sublimi ingegni
Col tuo dir sacro, e con tue dolci note
La vera via del ciel mostri, e disegni.
Lingua esprimer di te lodi non puote:
Le glorie tue tacendo dir s'ingegni:
Altro non val, che sono al mondo note.

Ex Antonino Llanes.

INgegni, o voi, che con un moto eterno,
Acciò che passi il vostro onor le mete,
Da l'onde nere del gran fiume lete
Sorger fate gl'Eroi con stil superno:
Girate il ciel, la terra, e nell'inferno
Estinto oggetto vivo a noi porgete,
Tanto sol basti a dir, che voi potete
Far giaccio il fuoco, e far fiorire il verno;
Deh volgete il pensier, gl'occhi, e la mente
Al gran Filippo, e lodi ogn'altro ingegno.
Suo saper, sua virtù, suo stil loquente.
Tromba del Verbo egl'è, del ciel sostegno,
Fuoco, fulmine, e lampo, e sì potente,
Ch'apre l'Empireo, e serra a Pluto il Regno.

Ex Antonino Salamone.

ALe stelle ti chiama, al ciel t'invita
Tua eloquenza, e virtù: siegui il sentiero,
Siegui l'impresa, ch'il ciel ivi in vero
Nobil Teatro a le tue glorie addita.
Questo, ch'ai in seno di virtù infinita,
Dotto stil, retto calle, al sommo impero
Ti richiama di lodi; un mondo intero
Avrà la lingua tua per calamita.
Se l'aurora nascente, e'l dì sereno
Di tua vita mandò raggi sì degni,
Or che fia nel meriggio, e nel dì pieno?
Tu stupor di natura, e degl'ingegni:
Trapassando co' vanni il mar tirreno
Sarai norma, ed esempio a mille Regni.

Ex Joanne Baptista Vallegio.

MEntre Filippo con sì franco volo
Innalzi oltre ogni meta il dotto stile,
Fai, che l'invidia nel tuo verde Aprile
Già vinta, anco rimanga in preda al duolo.
Onde ogni Cigno a dir di te, cui solo
Fanno l'alme virtù ricco monile,
S'accinge, ed io palustre augello, e vile
Taccio, che troppo del tuo pregio involo.
E dir non oso, come inondi, e versi
D'aurea eloquenza i dolci interi fiumi
Sovra gl'aridi campi, e quasi persi,
Perchè senza produr più spine, e dumi
Rendano a tempo suo frutti diversi
Accetti, e grati al sommo Re de' lumi.

Ex Gelato Academico.

O De' sacri Oratori unico onore,
Gloria d'Oreto, alto Campion di Dio,
Filippo, or qual maggior darti poss'io
Loda, ch'al merto tuo non sia minore?
Tu l'alma or di speranza, or di timore
Ingombri, mentre or minaccioso, or pio
Esalti il giusto, e mandi a terra il rio,
Giubilo a l'un porgēdo, a l'altro orrore.
E come già si vide a le parole
Di Giosuè fermare ubbidienti
L'usato corso lor la Luna, e'l Sole;
Così sol per udir tuoi sacri accenti
Ferman le loro armoniche carole
La natura, e le sfere, e gl'elementi.

Ex

Ex Leonardo Homodeo.

Filippo, io ben comprendo, e pur non fallo,
Che del grego smarrito, e fuor d'ovile
Prendi la cura, e con eroico stile
Mostri d'ogni sua colpa il grave fallo.
Cor non v'ha (siasi pur d'aspro metallo)
Che a l'alta voce del tuo orar gentile
Non si distempri, e non divenga umile
Qual Pietro rese col suo canto il gallo.
Questi di tua virtù segni sì illustri,
Che con stupore ammira ogni mortale,
Saran sempre palesi agl'anni, a i lustri;
Te la gran fama regerà su l'ale
Se tanto il mondo di scienzo illustri,
E la tua gloria viverà immortale.

Ex Balthassare Falsaperna.

Per le strade del ciel ton poggi altero
Carco di santo zel, sacro Oratore,
Qualor de l'uom vai disponendo il core,
A vincer di Pluton l'indegno impero.
Qual penna fia, qual mai sì dotto Omero,
O del Pindo divin nobil Cantore,
Che articolando ogn'or voci canore
Spieghi ciò, che in te ammira un mondo intero!
Tu sei un mar di saper, sovra il cui dorso
Nuota a galla di Pietro il Pino augusto,
Più divoti nocchier portando in corso.
Per te si giunge, ov'è di glorie onusto
Colui, che mette agl'elementi il morso,
E frena di sua man Cerbero ingiusto.

Ex Aloysio Ramirez.

Glaccion talor le bellicose schiero
Tra molli erbette, e sotto l'ombre amiche
Dopongon l'armi, e tra le plaggie apriche
Non sfidan più l'antiche Torri altere.
Ma se tra l'ozio lor trombe guerriere
Destano a vendicar l'ingiurie antiche,
S'impugnan l'armi, e cuopron di loriche,
E da per tutto ondeggian le bandiere.
Così appunto fai tu Tromba di Dio,
Mentre col suon de' tuoi sacrati accenti
Svegli ogni cor dal suo profondo obblio.
E armandoti ogn'or di spirti ardenti
Contro del senso, e contro il serpe rio;
Fai, che ciascun mille saette avventi.

Ex Horatio l'Alimena.

Ai pensieri, agl'accenti, a la favella
Non rassembri nel ver cosa mortalo,
Che con leggiadro stil sopra ogni stella
T'innalzi, e rendi altrui tarpate l'ale.
Raddolcisci le selci, e in questa, in quella
Parte, nuovo stupor Tebe immortale
Ergi al suo Dio; onde l'uom si rinovella:
Or chi fia mai, che a te si mostri eguale?
Ogn'aspro, e duro cor rapisci, e tiri,
Sacro Orator, con somma gloria, e vanto,
E divin fuoco a le nostr'alme inspiri.
Onde il bel nome tuo pregiato tanto
In quelli eterni, e lucidi zaffiri
A caratteri d'or si scolpo intanto.

Ex Andrea Perruccio in Ideis Musarum pag. 269.

S'Ordisca la prigion da Sericani
Bombice tragittato a i Regni nostri,
E filando le viscere, dimostri,
Che fabbrica le reti a i fasti umani:
Che il dir di Setajolo i cori insani
Traendo da prigione, e rete a' mostri;
Quel s'impiuma in morir, costui da' Rostri
Spiega fenice al ciel vanni soprani.
Da infernal laberinto alme se toglie;
So il rettorico stil laccio è fatale;
Se allaccia è Alcide, od un Teseo se scioglie.
Brami lussi è a lui sol corri, o mortale,
Che s'un verme ti dà fragili spoglie,
T'ordirà Setajol veste immortale.

Ex Balthassare Pisano in Poesi Lyrica part. 2. pag. 102.

Piove da' labri tuoi nembo celeste
Di Manna Iblea, religioso Aprile,
E fai, che al suon d'un armonia gentile
Le vertigini sue l'Olimpo arreste.
Da' letarghi del senso ogn'alma ha deste
Le luci a i rai del tuo nettareo stile,
E de la Chiesa a secondar l'ovile
Grandina la tua lingua auree tempeste.
Di sacra fiamma infervorato aneli
Qualor del vizio a fulminar la rocca
Prestano dardi a tua facondia i cieli;
Così, mentre il tuo zelo il cor mi tocca,
Di Paraclito Spirto a noi tu sveli
L'ali nella tua mente, e'l fuoco in bocca.

PLA-

PLACIDI EBANI, ET CARDONÆ
Clerici Regularis
ELOGIUM LI.



PLACIDUS EBANUS Politienſis, Petri Ebani, & Antoniæ Cardonæ inſignium nobilitate generis, & pietate conjugum filius, annum agens vigeſimum Theatinæ Religionis inſignia accepit Panormi prima Maji 1633. ubi in Templo Divi Joſephi ſolemni votorum ſacramento auctoratus eſt 3. Maji ſequentis anni. Emenſo ſcientiarum curriculo, totum ſe ad animarum culturam tradidit, & a ſuis exorſus, triennio in inſtituendis ſtudioſis adoleſcentibus S. Joſephi Domûs, ad pietatem, morumque diſciplinam deſudavit: dein in excipiendis fidelium confeſſionibus, & in dirigendis ad Chriſtianæ perfectionis faſtigium animabus ſedulam operam impendit. Regularis obſervantiæ cuſtos eximius, illam quamdiu vixit intemeratam ſervavit, omnique ſtudio apud ſodales ſuos promovit. Prudentia, & dexteritate in rebus agendis pollens, quinquies Præpoſiti munere functus eſt. Hinc ſemel Ædes S. Joſephi Coſentiæ, S. Catharinæ Cathacii, & S. Mariæ de Catena gubernavit. Bis verò in ſuæ domûs præfectura communem rem adminiſtravit. Morum gravitate, pietate, cæteriſque virtutibus præditus, magnam venerationem apud omnes ſibi promeruit. Sodalitia, & Oratoria, quæ extant in clauſtro, vel in inferiori Templo S. Joſephi, pluries temperavit. Denique annis gravis, & morbis confectus, mortalis vitæ curſum complevit Ennæ anno 1683. ætatis ſuæ 71.

Ipſius meminit Antoninus Mongitore *in Hiſtoria Eccleſiarum Urbis Panormi cap. Eccl. S. Joſeph, & Eccl. S. Mariæ de Catena*, cujus laudes affert *in Bibliotheca Sicula tom. 2. fol.* 185. his verbis: *Placidus Ebanus, & Cardona Politienſis Ordinis Clericorum Regularium, quorum inſignia accepit Panormi* 1. *Maji* 1634. *Vir morum probitate inſignis, in excipiendis confeſſionibus, & in dirigendis ad Chriſtianæ perfectionis faſtigium animabus ſedulus fuit operarius. Domum Panormitanam S. Joſephi Præpoſiti munere gubernavit. Obiit Ennæ anno* 1683. De eo etiam mentionem facit Franciſcus Maggius in ſermonibus ſupra vitam, & mortem Divi Cajetani *cap. 6. pag.* 49.

Edidit italicè ex citato Mongitore

Brieve pratica per l'Orazione mentale. Panormi typis Petri de Iſola 1676. & in libro, cui titulus: *Eſercizio ſpirituale per la mattina, e per la ſera del P. D. Agoſtino Maineri.* Ibidem apud Carolum Adamum 1682. in 16.

CARMINA LATINA
In PLACIDI laudem.

I.

Nomine ſum PLACIDUS, *ſed vita auſterus, & acer:*
Atque pius cultor Numinis ipſe fui.

II.

Continuò ſolitus Chriſto perſolvere grates,
In templis aderam nocte, dieque canens.

III.

Continuò prębens malefacta fatentibus aures
Conſuebam miſeris tollere ſæpe famem.

IV.

Continuò ante aram divini Numinis orans
Poſcebam veniam ſupplice corde, reis.

V.

Denique recta premens veterum veſtigia Patrum,
Et patiens, humilis, mitis, inopſq. fui.

VI.

Hac vitæ ſeries plures deducta per annos
Quâ merui moriens clauſtra tenere poli.

EPIGRAMMA
In ejuſdem Viri commendationem
Ex Jacobo Petrelli.

Ingenuus candor, præclara modeſtia morum,
Vividus in ſuperos ignis, amorq. duces;
Cultus inexpletus Divûm, Hominumque Parentis,
Obſequium in Matrem Chriſti, Hominemque Deum,
Relligionis amor, recti ſtudiū, integra vita,
Sunt, Placide, hæc laudis cauſa, caputque tuæ.
Qui majora cupit, quęrat majora ſupernis,
Et Maria & Divis omnibus, immo Deo.

PLACIDI SENIORIS VANNI
Clerici Regularis, Doctoris, & Concionatoris eximii

ELOGIUM LII.

Ex Antonino Mongitore tom. 2. Biblioth. Siculæ fol. 185.



LACIDUS MARIA VANNUS nobilis Panormitanus, Clericus Regularis, Horatii Vanni Marchionis Roccę Blancæ, & Eleonoræ Vassallo filius, vir doctrina, & eloquentia clarus, sed virtutum omnium splendore longè clarissimus. Natus anno 1596. Clericorum Regularium Ordini cooptatus, solemnia vota emisit Panormi in Divi Josephi Templo 2. Februarii 1613. Confecto studiorum curriculo, & undequaque doctrina refertus egregia, Philosophiam, scholasticamq. Theologiam sodales suos magna cum laude docuit Panormi, & Patavii: ac ingenii aciem, eruditionem, solidamque doctrinam insigniter detexit. Ecclesiastes etiam eximius, inter præcipuos Oratores adscriptus, sacra eminuit eloquentia, & animarum zelo æstuavit: ideoque concionibus suis nedum emeritos plausus, verùm etiam & amplissimam animarum frugem collegit. Ut ægrotantibus animabus medicam adhiberet manum, libenter fidelium confessiones excipiebat, eaque arte salutis monita in pœnitentium corda infigebat, ut fructus uberrimos referret. Virtutes coluit egregias, quibus sui venerationem excitavit; orationis enim, ac contemplationis studiosus, ut soli Deo in secessu vacaret, summa industria sese ab rerum omnium occupationibus educebat. Morum innocentia, & virginalis candor in ejus vultu mirabiliter elucebat. Modestia, humilitate, prudentia, omnibusque virtutibus cumulatus ita effulsit, ut publica ejus sanctitatis fama in omnium animis altè insculpta eminuerit. Deiparæ Virginis famulatui addictissimus fuit, & eximia Sanctorum Religione clarus, in quorum laudem semper aliquid obmurmurabat. Tandem dum Præpositi munere Panormitanam Domum S. Josephi moderabatur, anno ætatis suæ 40. magna sanctitatis opinione, omniumque dolore obiit 4. Martii 1636. Nonnulla invocata ipsius ope, collata a Deo beneficia retulere multi, quibus sanctimoniæ fama obfirmata. Ejus porrò depositum centum circiter ante annos peculiari in arca collocatum, in eadem nuperrimè absque ulla sui corruptione, partiumque diminutione repertum est perinde integrum, & vegetum, ac si nudiustertius tumulatum fuerit.

Edidit italicè ex eodem Mongitore

Orazione funerale in lode di Gabriele Laira de' Chierici Regolari Minori. Venetiis apud Joannem Antonium Julianum 1626. in 4.

Inedita reliquit

Conciones quadragesimales, & Sermones de Sanctis.

SYLLABUS

Auctorum, qui emeritis laudibus PLACIDI senioris VANNI eloquentiam, sanctimoniamque exornarunt.

ANTONINUS MONGITORE *in Historia Ecclesiarum Urbis Panormi cap. Eccles. S. Josephi*, recensens singulos Theatinos Patres, qui sanctimoniæ fama floruerunt in præfatis Divi Josephi Ædibus, inter illos Placidum Seniorem Vannum enumerat, ac concelebrat.

ANTONIUS COLLURAFI ob peculiarem conceptum, quem de Placidi doctrina gerebat, volumen omnium Epistolarum suarum, quas publici juris fecit, corrigendum illi transmisit; ubi *part. 2. pag.* 130. Placidum appellat virum *spiritu, & gravitate formatum.* Et *pag.* 138. fatetur ingenuè, ejus se è suggestu facundiam, & eloquentiam toties admiratum, quoties illum perorantem audire contigit.

FRANCISCUS MAGGIUS C. R. *in Propositis benè moriendi prop. 72. pag.* 395. loquens de ordine, quo a moribundis sumenda sunt Sacramenta, hæc pauca de Placido verba adjecit: *Quo cir-*

circa meus Novitiorum Magister, Pater D. Placidus Maria Vannus sacræ Theologiæ peritiâ præstantissimus, morti proximus, cùm a P. Præposito rogaretur, quale Sacramentum primò sibi loco vellet administrari, Viaticum, an Extremam Unxionem? Viaticum dixit, ex S. Thoma in 4. dist. 41. sect. 2. art. 1.

JOANNES PETRUS CRESCENTIUS *in Præsidio Romano lib. 2. fol. 35. n. 19.* Placidum Vannum propter egregiam ipsius doctrinam inter insignes Theologos Theatinæ Congregationis reponit.

JOSEPH SILOS C. R. *in Historia Clericorum Regularium* duplici in loco de Placido Vanno loquitur: primò quidem *par. 3. lib. 12. fol. 640.* recensens singulos Theatinos Scriptores, hæc de illo ait: *Placidus Maria Vannus nobili loco Panormitanus, aggregatus Panormi ad Clericos Regulares, ibidem in Divi Josephi Templo vota solemni ritu dixit 2. Februarii die 1613. A puero ab insita quadam pietate, & ingenii laude omnium in se oculos convertit. In disciplinis quà discendis, quà docendis æquè commendatus. Naturalium, divinarumque rerum scholas habuit cum laude non vulgaris eruditionis. In disceptando, tuendisque sententiis suis planè acer, ac ardens, cum alioqui moribus esset longè suavissimis. Cum docendi munere sacras etiam miscuit conciones, in quibus assiduus, non sine operæ pretio. Nam qui longè a Sophistarum cultu, ac specie aberat, orationem ad animorum motus, & vulnera elimabat, zelo communis salutis incredibili, a quo non publicis modo adhortamentis, sed vi etiam privatæ facundiæ mortales juvabat: quippe dare confessionibus aures solitus erat, atque ita cujusque sordes expiabat, ut voce, ac monitis ad pietatem, moresque commutandos inflammaret. &c.* Secundo loco ejusdem sermonem instituit *lib. 5. f. 158.* his verbis: *Placido Mariæ Vanno ingenium inerat, ut arripiendis, ita & tradendis scientiis accommodatum: probavitque in gymnasiis, in quibus docuit, egregiam eruditionem, & ut solidam, ita peracutam vim mentis. Sacris insuper concionibus operam dedit non mediocri cum laude facundiæ, ac proximorum fructu, in quorum sanè studio non impiger. Nam præter assiduas declamationes, piacularibus etiam confessionibus audiendis operam dabat. Quo in munere privatis quidem monitis uberrimam demetebat frugem. Orationi, ac contemplationi addictissimus: suffurari sese externis occupationibus, ut Deo tacitus vacaret. Ad hæc illibatus morum candor, ac flos quidam castimoniæ ejus in vultu elucebat: tum simplicitas, modestia, humilitas, ac reliquus virtutum chorus; ut in omnium oculis, atque animis esset, ac mortalitatem non sine communi eximiæ virtutis, ac sanctimoniæ opinione exuerit. Fuère qui pietatis ergo in religiosissimum virum ejus sibi effigiem exprimendam coloribus curaverint; ut quando frui præsentia, præclarisque exemplis non amplius liceret, lenirent desiderium, accenderentque ad virtutem lineamenta vultûs, ac spirans in iis pietas.*

THOMAS POTOMIA Sacerdos vitæ integritate spectatissimus, *in vita Petri Jardinæ lib. 3. cap. 4.* de eodem ait: *P. D. Placidus Maria Vannus Panormitanus, vir in scientiis speculativis eminentissimus, & in prædicatione evangelica celeberrimus.* &c.

HIERONYMUS MATRANGA C. R. olim Placidi discipulus, ejusque nominis cultor, *in sua Pinacotheca rerum*, ad perennem Præceptoris sui laudem sequens elogium exaratum reliquit.

Obiisti Placide tranquillitatis Alumne,
Tempestatem nobis deferens.
Ηλιε χρυσε Σομε
Oris aurei Sol
Occubuisti tandem,
Qui tuo dedisti jubare Mennoni vitam:
Qui cytharâ Thebæo lapidi sonum.
Quas animasti, & statuæ, & saxa tuum
dicent nomen.
Per totam fere Italiam, et Siciliam clarus,
Tuis te talaribus circumtulit Hermes.
Semper in auge
Ubique diem loquutus,
Tuum concluditur limine lumen.
Aureis facundiæ vinculis ora tenebrionum
obstruxisti:
Figurarum varietate tua risit, ceu Iris
oratio:
Florentis veris deliciæ sermones tui,

Apibus circumobsessi Hyblæis
Melleas libantibus opes.
Tuo in ore exarsit Ætna, floruit Enna,
Vterque flagravit, & fragravit.
Dum loquebaris
Enituêre vibrato fulmine ingenii fulgetra:
Spiravêre
Labente flumine tui nominis flamina.
Tuo e tonitruo erupêre flores,
Lacteique torrentes super cataractas
Niliacas vehementiores.
Tu charitum Luscinia
Modulamen omni incantatione efficaciùs
efformasti.
Vno omnia claudam
Tu
Logodædalus
Eloquentiæ aut moderator, aut re-
staurator.
Abi nunc felix,
Tuus non silebit cinis
Omni lingua facundior.

CARMINA LATINA

In Placidi senioris laudem.

Dotibus innumeris pollens, meritisque referte
Haud potis est laudes promere lingua tuas.
Namque ut te celebrent Vates haurire laborant
Invanum fontes, Pieridumque melos.
Te ut decorent, frustra lauros, hederasque fatigant;
Serta parent capiti, queis satis apta tuo;
Hic te, (nam cæli cùm jam mercaris honores)
Nec bene Musa canit, nec bene terra colit.

Ex Placido juniore Vanni
ejus nepote.

TE Veneti celebrant, & te Patavina Lycea,
Ordo Thienæus, te Patriæque lares.
Mirati innocuos mores, animamq. decorã,
Quæque scholis, rostris mens tua vasta dedit.

Ex Francisco Maggio C. R.

IN te animi candor, sapientia, copia fandi
Suggestu, et cathedris mira fuêre Pater.

PLACIDI JUNIORIS VANNI

Clerici Regularis

ELOGIVM LIII.



PLACIDUS junior VANNUS Panormitanus, in sæculo Benedictus vocatus, Horatii Marchionis Roccæ Blancæ, & Joannæ Suarez ejus lectissimæ conjugis, paris nobilitatis fœminæ, filius, majorum suorum vestigiis inhærens, & potissimùm patrui sui, viri pietate eximii Placidi senioris Vanni exemplum sequutus, ob cujus venerandam memoriam Placidi nomen assumpsit, Panormi in Ædibus Sancti Josephi Clericorum Regularium institutum amplexatus est vigesima octava Maji 1674. ubi emissa voluti sæculi anno 1678. die 8. Septembris regulari professione, ad adipiscendas Philosophicas, & Theologicas facultates Neapolim primùm, inde Romam, & postremò Patavium se contulit: in quibus scientiis adeò profecit, ut emenso Theologico curriculo, dignus repertus sit omnium calculo, qui easdem suos edoceret. Quod summo cum plausu præstitit Panormi, Genuæ, & Florentiæ. Ex Italia in Patriam revocatus, primùm Concionatoris munus per aliquot annos exercuit magno cum lucro, & profectu animarum. Dein Musis, amœnioribusque literis ex peculiari quadam animi propensione vacans, plura, eaque eleganter metro cecinit: quæ partim typis cusa, partim brevi lucem aspicient. Ob hæc, aliaque tam eximii viri promerita variis dignitatibus ornatus refulsit. Nam semel Præpositi munere rexit Cœnobium S. Laurentii Platiæ, semel Panormitanam Domum S. Josephi adgubernavit, semel etiam in Marianis Ædibus de Catena rem communem administravit. Egit bis quâ Visitator Siciliæ, semel quâ Generalis Consultor totius Ordinis. Postremò tandem ad regimen Imperialis Collegii Nobilium Urbis Panormi primus Rector assumptus, onus illud alioqui perhonorificum post tres menses abdicavit, ea mente, & consilio,

ut

t illius solutus curis, Deo, animæque ıæ liberiùs vacaret. Vivit ad præsens, ıum hæc scribimus, vir eximius, ac omni laude dignus.

Ipsius meminit Antoninus Mongitoe in libro, quem nuper edidit, inscri-ssitq. *Panormus Pœnitens par. 2. pag. 92.* *3 de Eccles. Panormitanis cap. Ecclesia S. Josephi.*

Quæ hactenus typis evulgavit sunt:

Ecloga pro centenario Divæ Rosaliæ, continens ducenta carmina, quam edidit Panormi sub nomine Marii Vanni ejus germani fratris.

Carmina gratulatoria pro adventu Victorii Amedei Sabaudiæ Ducis. Panormi ex typographia regia Antonini Epiri, & Forte 1713.

Quæ MSS. asservantur, & brevi in lucem prodibunt, sunt hæc alia:

Panegyris in laudem Divi Cajetani Cler. Reg. Patriarchæ 768. *carminibus comprehensa.*

Carmen sacrum in honorem S. Andreæ Avellini Cler. Reg. constans 4508. *versibus.*

Epigrammata gratulatoria pro solemni Apotheosi S. Andreæ Avellini C.R. in templo D. Josephi Urbis Panormi, complectentia carmina 288.

Ode, & Elegia supra idem subjectum.

Ad Deiparam Virginem pro ultimo vitæ agone deprecatio, constans 80. *versibus.*

Ejusdem Virginis similitudines ex sacris literis excerptæ, carmina 78.

Hymnus duplex ad eamdem Deiparam Virginem.

De admirandis diei vigesimæ quintæ Martii in feria sexta, carmina 304.

Pro reditu Hispanorum in Siciliam, carmina 218.

Quamplurima alia Epigrammata, & Carminum genera, sive Miscellanea.

CARMEN LATINUM

In PLACIDI laudem.

Dum tua, vel patrui venerandi gesta revolvo,
Et genus, & virtus vos probat esse pares.
Ille etenim celebri dicendi præditus arte,
Flexanimes cunctos reddidit eloquio.
Tu quoq. sublimis munitus acumine mentis,
Carmina nunc fundis, nunc sacra verba doces.
Id tantùm vertit discriminis inter utrūq.
Quod tu hæres terris, vivit at ille Deo.

CARMEN ETRUSCUM

In ejusdem Viri laudem,

Quod Cajetanus Cottonus, & Morsus ex Principibus Castrinovi, Imperialis Collegii Convictor, & Boni Gustûs Academicus, amoris, venerationisque ergo cecinit.

L'Alba appena uscia dal Mare,
Che volare
Vedea intorno i lieti Augelli,
E far nido nelle selve
Fra le belve
Sopra frondi, ed arboscelli.
Verdi erbette, e freschi fiori
Dagli albori
Ricevean colore, e vita;
Salutavan le violette
Superbette
Dallo ſtel l'alba gradita.
I ruscelli, e le fresch'onde
Dalle sponde
Io vedea limpide, e algenti
Tra le verdi rive erbose,
Ed algose
Irne al mare a passi lenti.
Pastorelli, e Pastorelle
Sciolti, e snelle
Tra carole, suoni, e' canti
Conducevano gli armenti,
E contenti
Gíano al caro grege avanti.
Ma poi'l Sole coll'ardente,
E cocente
Ratto cocchio uscinne fuore,
E dall'ampia via del Cielo
L'atro velo
Sgombrò affatto il cieco orrore.
Alla riva d'un ruscello
Fresco, e bello
Allor'io rivolsi il passo,
Ed al dolce mormorío
Di quel rio
Presi sonno a piè di un sasso.

O quai

O quai cose chius'i rai
Io sognai!
Vidi Apollo, e i dolci, e fidi
Cori adorni d'ostro, e d'auro,
Vidi il lauro
E'l gran fonte, e che non vidi!
E le caste Verginelle
Colle belle
Grazie intorno all'aureo soglio,
E la gloria seco v'era,
E l'altera
Fronte avea piena di orgoglio.
Vidi il coro de' cantori,
Che i sonori
Plettri avea pendenti al collo,
Ed ognun moveva il canto,
Ed intanto
Lieti udiali il grande Apollo.
Quì Virgilio, e quì Tibullo,
Quì Catullo,
Dante, Omero, e Sannazzaro,
Quì 'l gran Tasso, e quì 'l Chiabrera,
E la schiera
D'ogni Vate illustre, e chiaro.
Quivi il Vanni si vedea,
E parea,
Che sedesse ad esso a lato
Cinto intorno d'ogni scienza,
Sapienza
Chiara, e bella oltre l'usato.
Quà coll'auree sue catene
Seco viene
L'Eloquenza, che lo rese
Domator di cuori, e d'alme
Colle palme
Ben dovute a tante imprese.
All'imprese altere, e conte
Quando all'onte
Ei del vizio un dì s'oppose,
E insegnò dell'alme il pregio,
E dispregio
Delle false umane cose.
Chiara in lui virtù risplende,
C'alto ascende,
E coi santi suoi consigli
Va illustrando dolcemente
L'altrui mente
De' suoi cari amati figli.
Essa in lui rendè maggiore
Lo splendore
Di quel ch'ebbe dai natali,
Che prudenza, ed umilitate,
Onestate
Alto fan, che spieghi l'ali.
Mentre fosca in Ciel traluce
Dubbia luce,
Apro i lumi, e vedo il giorno,
E conviemmi altrove gire,
E partire
Da sì dolce, e bel soggiorno.

R

ROSARII DE VALLE
Clerici Regularis
ELOGIUM LIV.



OSARIUS DE VALLE e praenobili Vallensi familia, quae inclytam ab Urbe Roma originem trahit, Panormi natus anno 1665. Patrem habuit Joannem Mariam Vallis Aureae Baronem: Fratres verò Gutterram de Valle virum politioribus, & humanioribus literis, ex testimonio Antonini Mongitore *tom.* 1. *Biblioth. Siculae fol.* 267. abunde excultum, & P. D. Laurentium de Valle Clericum Regularem vitae integritate spectatissimum. Annum quintum supra decimum agens, aggregatus ad Clericos Regulares in Aedibus Divi Josephi sexta decima Junii 1680. ibidem vota suscepit 10. Novembris Divo Andreae Avellino sacra, anno a Virginis puerperio 1681. Admotus gravioribus Philosophiae, ac Theologiae studiis, brevi temporis tractu in omni disciplinarum genere versatissimus refulsit: quippe cui in humanioribus literis ingenium inerat peramoenum, in scholasticis facultatibus peracutum, & in sacris concionibus disertissimum. In quo quidem dicendi munere usque adeo fuit eloquens, ac tam divite interdum copia peroravit, ut nunquam sine plausu, & audientium voluptate dixerit. Amoeniores verò literas im-

impensè coluit, multaq. metro, ac etruscis numeris cecinit: Musis proinde gratus, & apud literatos viros, quà Poeta disertus, quà facundus Orator commendatissimus extitit. Vitæ probitate, dexteritateque in rebus agendis pollens, bis ad regendam Præpositi munere Panormitanam Domum S. Mariæ a Catena nuncupatam delectus fuit: qua in Præfectura omnium subditorum venerationem, amoremque sibi conciliavit. Consilio pariter, ac vi judicii summopere valuit; ideoque in rebus arduis, ejus clientelæ, & opinioni nonulli e proceribus, apud quos magna in æstimatione habitus est, subdere se consuevêre. Qui deniq. senio jam confectus, & calculi morbo oppressus, Nicosiæ spiritum posuit 3. Junii 1721. ætatis annorum 56.

Mentionem ipsius faciunt Antoninus Mongitore *in Historia Ecclesiarum Urbis Panormi cap. Ecclesia S. Mariæ de Catena*, & Bartholomæus Ferrus *de Missionibus Cleric. Regul. tom. 2. lib. 5. cap. 15. fol.* 610.

Plura scripsit carminum genera, quorum fragmenta typis evulgata reperies partim in libro, cui titulus: *Il Tago in Oreto, overo la Ricca Vena delle Muse Palermitane*: Panormi apud Augustinum Epirum 1711. partim apud alios Auctores.

Edidit etiam nonnullos Dialogos suppresso sui nomine.

CARMINA LATINA
In ROSARII laudem
Ex Placido juniore Vanno C. R.

I.

Comis eram dictis, placuitq. modestia factis,
Orans Pallas erã, dulcis Apollo canens.

II.

Plausit ubiq. decus rostris cũ verba remisi;
Dulce canens cinxit Daphnea vitta comas.

III.

Plausit ubique cohors cum me mirata loquentem
Ore putavit apes mellificasse meo.

EPIGRAMMA DE EODEM.

Quàm pulchrum, altercando, ineunt certamen utrinque
Hermes, & Phœbus: Suada, Eratusq. cohors!
Inde effertur copia, qua aurifero ore perοras;
Vena, sed hinc dulcis, qua ut Philomela canis.
An melior prosa Orator, vel carmine Vates,
Sis suadendo, agitant, ac modulando, viri.
Errat uterque tamen, quod jam, nisi denique dicat,
Optimus Orator, sisque Poeta simul.

CARMINA ETRUSCA
In ejusdem commendationem
Ex Francisco Pilo e Marchionibus de Turretta illius nepote, Boni Gustûs Academico.

Spirto gentil del mio Rosario *estinto,*
Che fastoso t'aggiri attorno a Dio,
Non isdegnar d'udire il canto mio,
A palesar le tue bell'opre accinto.
Ma dall'amore, e dal dover sospinto,
Quando penso involarti al tetro obblio,
Così rara virtù s'offre al desio,
Che ne riman da lo stupor già vinto.
Almen se dir non sò quel, che tu festi,
Per non tacere le tue glorie a torto,
Ridir sapessi quanto a me dicesti.
Ma de' tuoi pregj, e del mio ardire accorto,
Acciò la tua memoria altrui si desti,
Esclamo solo: il gran Rosario *è morto.*

Ex Antonio Marriani Barone Rayneri, ex Principibus Furnaris, Boni Gustûs Academico, & Imperialis Collegii Nobilium Convictore.

Vidi Trinacria addolorata, e mesta
Pianger, lacero il crin senza ritegno,
E gir la vidi in quella parte, e in questa
Qual Madre, che perduto ha il caro pegno.
Chiesi ad essa: e qual duol, qual sorte infesta
Tanto t'afflige, e t'arma d'ira, e sdegno?
Frena il pianto per poco, il passo arresta,
Che il lagrimar non è di te condegno.
Ella però pallido il viso, e smorto
Singhiozzando dicea misto col pianto:
Il dolce figlio, il mio Rosario *è morto.*
E' morto, io dissi! e tarda ancor dal collo
A scior la lira, a lacerarsi il manto,
A strapparsi il bel lauro il Nume Apollo?

STE-

S

STEPHANI ROMEI
Clerici Regularis
ELOGIUM LV.



TEPHANUS ROMEUS nobilis Panormitanus, lucem aspexit anno 1699. parentibus Ignatio Romeo Magnesii Marchione, & Catharina Miccichè paris nobilitatis fœmina. Annum agens nonum Romam a genitoribus suis amandatus est, ut illic sub auspiciis Francisci Cardinalis de Judice humanioribus literis operam daret: id quod per duos ferè annos egregiè, & laudabiliter præstitit. At cùm inde Florentiam pergere meditaretur, eo quidem animo, ut Sereniss. Ferdinandi Etruriæ Principis obsequiis manciparetur; sequuta eo tempore Patris sui morte, in Patriam a Matre revocatur. Suis itaq. restitutus animum statim ad Ordinem militarem Equitum Jerosolymitanorum S. Joannis adjecit; cùmq. jam illorum albo proximè adscribendus esset, vocatus de repente a Divo Cajetano ad ipsius sequendam militiam, permotusq. simul exemplo germanorum fratrum Josephi, & Joachimi, qui Clericorum Regularium Congregationi non ita pridem nomen dederant, Theatinus efficitur: admissusque ad Ordinem est 4. Februarii 1710. in Ædibus S. Josephi undecimo ætatis suæ anno. Panormi biennio in iisdem Ædibus veluti hospes commoratus ob ætatis defectum, Messanam inde profectus est tyrocinii agendi causa: ubi in domo S. Mariæ ab Angelo Annuntiatæ priusquam probationis annum inchoasset, validissimis dæmonum vexatus tentationibus, ut ad sæculum rediret, per horæ spatium Religionis habitum exuerat: verùm cùm paulò post exire e tyrocinio vellet, repentino corporis tremore correptus, & ob id non parum perterrefactus, iterum illum induit; atque ita devictis Numinis ope Satanæ insidiis, in pristino vocationis suæ proposito firmiter perstitit: elapsoque deinde statuto temporis intervallo ad regularem professionem post iteratas constantis animi probationes admissus ibidem fuit 26. Maji 1715. Votis itaque auctoratus Panormum ad adipiscendam Philosophiæ scientiam rediit; ubi intra triennium Philosophicum curriculum Præceptore Patre D. Cajetano Pilo confecit non sine vividissimi ingenii laude, quemadmodum in publicis thesibus, quas egregiè propugnavit, cunctis patefecit. Sacram verò Theologiam Neapoli, & in Patria audivit, eamq. doctrinam ex ea hausit, assecutusque est, ut ad alios erudiendos idoneus fuerit reputatus. At obnitente infirma corporis valetudine Lectoris munus obire minimè potuit. Intermissis deinde diuturnis morbis, quibus aliquot per annos afflictatus fuit, ad sacram eloquentiam vires, nervosq. intendit, declamavitq. in festis Adventûs diebus Liburni, & alibi, ubiq. semper cum plausu auditus, pergitque in præsenti sermones interdum facere. Ob eximias animi sui dotes, ac virtutes, sed præsertim ob sagacitatem, nimiamq. in rebus agendis dexteritatem, ac solertiam, acceptissimus nonnullis Magnatibus, ac Dynastis extitit. Hinc Neapoli magna valuit æstimatione apud illius Regni Proregem Principem Burghesium, apud Comitem de Foncalada Triremium Præfectum, apud Comitem de Mauleon Regiæ Cameræ Locumtenentem, & potissimùm apud Augustinum Columbum Marchionem de Cavanillas tunc belli, & statûs a Secretis, cum quo magnam familiaritatem habuit. Liburni pariter summa benevolentia prosequutus est ab Emmanuele de Sylva Hispaniarum Regis Residente, & a Barone Alexandro de Nigro ejusdem Urbis Gubernatore. Exigentibus ipsius promeritis, variis etiam honoribus, ac dignitatibus cohonestatus inclaruit, & ad præsens etiam refulget. Hinc primò Philippus V. Hispaniarum Rex Stephanum in suum Theologum adscivit, ut liquet ex literis ab eo datis

Ma-

Matriti 17. Martii 1727. & recognitis, Florentiæ ab ipsius Ministro, Illum etiam Pisarum Archiepiscopus, dum moram Liburni faceret, in Pœnitentiarium, exterorumque Confessarium, Fidei verò Quæsitor in Consultorem Canonistam S. Officii elegêre. Panormi, ubi modò subsistit, ab Illustrissimo Urbis Archipræsule Matthæo Basile inter Synodales Examinatores recensitus; & ab Antonio Brù Regiæ Monarchiæ Judice Tribunalis sui Theologus renunciatus est. Absolutis vix Theologicis studiis ob doctrinæ præstantiam, a supremo fidei Quæsitore Viennæ Austriæ degente inter Consultores, & Qualificatores S. Officii Regni Siciliæ adscriptus, anno 1725. ab Inquisitoribus ejusdem Tribunalis Tauromenium pro dirimendis quibusdam jurisdictionalibus controversiis destinatus fuit Commissarii insignitus honore, & officio functus. Facta Panormi nova erectione Refugii Pauperum, eumdem eximium virum Christophorus Corduba Comes de Saftago Siciliæ Moderator illius Deputatum declaravit; quam quidem provinciam in præsenti omni vigilantia, & assiduitate administrat ab omnibus Condeputatis magnopere commendatus, quorum quoque suffragiis Secretarii Deputationis munus suscepit, exercetque. Præter summam eruditionem, quâ sacram, quâ profanam, quam plu*ies patefecit in circulis, & Academiis, varia etiam idiomata callet. Hinc ob peritiam Gallicæ linguæ nuper a Carolina Henrichetta de Vallenstain S. R. I. Principe fœmina, Georgii Christiani Principis Lobkovvitz selectissima uxore, in Confessarium suum, animæq. Directorem delectus est, cujus cônsciêntiam modò regir, ac moderatur.

Edidit, sive iterum imprimi curavit opus hocce, cui titulus:

Lettera morale in risposta ad un pio, e autorevole Gentiluomo, che desidera sapere l'obligo, che ha cadauno, di fare limosina nel suo stato, del P. D. Giacomo Alessandro Chierico Regolare. Seconda impressione dedicata a Sua Altezza Carolina Enrichetta del Sac. Rom. Imp. Principessa di Lobkovvitz, Duchessa di Sangan nella Slesia, &c. Contessa del S. R. I. nata di Vallenstain, Dama dell' insigne Ordine della Crociera, &c. Liburni typis Jacobi Valsisi 1732. in 12.

Prælo paravit hæc:

Il buon uso della Limosina: ove si dimostra, che per meritar nella Limosina, convien saperla fare.

Istoria della fondazione, ed apertura dell'Albergo de' Poveri: ove v'è il Direttorio delle istruzioni per i Deputati, e Ministri dell'Albergo.

Transtulit ex italico in carmen latinum

Quatuor Cantus Jerusalem Liberata Torquati Tassi unà cum notis. &c.

CARMEN LATINUM
In laudem STEPHANI ROMEI.

TOt, STEPHANE, in te virtutes, animiq. nitores
Cernimus ut cunctos prodere nemo queat.
Tu nanq. insigni doctrina præditus omnes
Allicis, atq. tua ad vota subinde trahis.
Tu quoq. facundæ ditatus munere linguæ
Declamas, oras, corque, animosq. rapis.
Hesperidum benè callens, Gallorumque loquelas
Illorum mores carpis, & instituis.
Artibus his quærens animabus ferre medelam
Tum tibi, tumque aliis sternis ad astra viam.
Perge opus inceptum, vitæ simul auge labores,
Promissa his referes præmia digna Poli.

CARMEN ETRUSCUM
In ejusdem Viri laudem.

QUando dall'Oceano al corso usato
Febo il cocchio movea, i' riposai
Le stanche mēbra in verde, ameno prato;
STEFANO *ascolta, ciò, che allor sognai.*
Sognai vederti di lucenti rai,
Di gemme, e d'auro, e d'ostro il crine ornato,
Di vittime, e d'incensi ardenti a lato
Il fuoco i' vidi, e qui mi risvegliai.
O caro sogno, che sì bella immago
All'alma presentando in alto obblio
Me posto di te sol rendesti pago.
Perche sparisti? almen.... ma tu gran Dio,
Che premj il merto, fa che sia presago
Dell'onore veduto il sogno mio.

Kk THO-

T

THOMÆ MASTRILLI Clerici Regularis ELOGIUM LVI.



HOMAS MASTRILLUS Panormitanus, Andreę Mastrilli Messanensium Archiepiscopi ex fratre nepos, lucis usuram accepit anno 1611. Cujus genitores fuêre Hieronymus Mastrillus Turtureti Granetorum Marchio, & Pellegra Lampugna insignis pietatis, & nobilitatis mulier. Inchoato vigesimo secundo ætatis suæ anno Clericorum Regularium Religioni non sine divini Numinis impulsu se dedit Panormi 4. Novembris 1632. & in Templo S. Josephi professus vota est 3. Martii 1634. Ab ipsa pueritia futuræ probitatis, sanctimoniæque specimen præclarum præbuit: quippe aspernatus id omne, quod puerilitatem saperet, ac redoleret, dies ferè omnes in concinnandis sacris altaribus, ac pietatis operibus exercendis insumebat. Adolescens humanioribus literis, ac Philosophicis studiis dicatus, præstantissimi ingenii vires non obscurè patefecit: cum quibus disciplinis scientiam Sanctorum, quæ est timor Domini, mirificè conjunxit. Sacra verò Theologia tum scholastica, tum morali in Panormitanis S. Josephi Ædibus excultus, totum se tradidit ad virtutes morales comparandas, earumque culturam, adeo tamen ut brevi in perfectissimi Religiosi evaserit exemplar. Nullus namque eo humilior, ac pauperior; nullus in servanda, fovendaque regulari disciplina eo exactior, ac solertior. Recessûs amantissimus, quod supernis illustrationibus, rerumque divinarum contemplationi perquàm opportunum noverit, solitudinem sibi domi struxerat, in qua dies, noctesq. in divinis laudibus, in assidua spiritualium librorum lectione, & in cœlestium commentatione traducebat. Corporis sui mortificationibus cum paucis addictus, jejunia ultra Ordinis præscriptum ingeminabat. Carnem verò voluntariis vigiliis, ciliciisque, ac flagellis sæpissimè cruentabat. Cœlorum Dominam præcipuo cultu venerabatur, ad cujus amorem omnium corda extimulare in morem habuit. Passionis Dominicæ, ac SS. Eucharistiæ Sacramenti devotissimus pariter extitit, in quorum obsequium aliquas semper preces obmurmurabat. Adhuc juvenis tyronum, ac juniorum professorum rectioni mancipatus, singulos adolescentes suæ curæ commissos ad Religionis, virtutisque amorem non tam verbis, quàm exemplo sui traducere satagebat. Qui denique exhaustis nimio labore, ac pœnitentiis corporis viribus, cùm nullatenus pristinum vitæ rigorem, austeritatemq. remittere voluisset, molestissimum morbum contraxit, in quo diù conflictatus, toleratisque cum invicta patientia variis cruciatibus, tandem cum acerbo nostratium, ac exterorum luctu, Panormi sacris omnibus procuratus, vitæ cursum laudabiliter complevit 31. Julii 1650. ætatis suæ 39. Cui in agone Beatissimam Cœlorum Reginam apparuisse perhibent ipsius sodales.

Scripsit

De incolenda Solitudine Tractatum.

Meditationes de Christi Domini Cruciatibus, & de SS. Eucharistiæ Sacramento.

SYLLABUS

Auctorum, qui aut mentionem de THOMA MASTRILLO faciunt, aut ejus sanctimoniam emeritis laudibus efferunt.

ANTONINUS MONGITORE *in Historia Ecclesf. Urbis Panormi cap. Ecclesia S. Josephi Cleric. Regular.* Thomam Mastrillum inter viros ejusdem Domûs sanctimoniæ famâ conspicuos reponit, & laudat.

FRANCISCUS MAGGIUS C. R. *in Propositis benè moriendi* Thomæ meminit *pag.* 441. At verò in Vita Caroli de Thomasiis *num.* 10. *pag.* 5. illum com-

commendat utpote Carolo virtute non imparem.

JOSEPH SILOS *in Historia Cler. Reg. par.* 3. *lib.* 11. *fol.* 499. hæc pauca de eodem verba posuit, quæ sic habent. *Thomas Mastrillus, genere, atque omnigena virtute juxta nobilis; ætate quidem penè intra juventam; sed qui præstantiâ, gravitateque morum, ac pietatis usu jam consenuisse videri posset. Vir, regularis disciplinæ, suique instituti apprimè tenax; ut, & servaret ipse ad unguem Majorum leges; & illibatas aliis pervellet. Recessûs amantissimus, quod hic divinis illustrationibus, atque orationi peropportunus. Addictus namque rerum divinarum commentationi, secum ipse, & cum Deo morari cùm maximè cuperet, domi sibi solitudinem ædificaverat. Affliectando etiam corpori studebat, mulctabatque strenuè, ne cursum virtutis retardaret. Candor deinde mentis in eo singularis, quem ea etiam mente religiosissimè tuebatur, ut facilem sibi ad magnæ Dei Matris patrocinium viam muniret. Illam quippe principe studio cùm coleret, ejus sibi tutelam demerere omni pietatis genere conabatur: eamdem morum indolem ingenerare aliis curabat: admotus namque formandæ tyronum virtuti, non tam præceptis, quàm exemplo, hoc est stimulis acrioribus agere: totusque in eo erat, ut florem illum ævi in quemdam veluti virtutum autumnum erudiret. Audio ejus vitam multiplici exemplorum copia instructam, exceptam stylo esse. Si incidisset in manus, libassem profectò ad commune documentum scriptionem; atq. adeò uberiore elogio viri præstantissimi memoriam exornassem.*

PHILADELPHUS MUGNOS *in Theatro Geneologico Nobil. Sicul. par.* 2. *fol.* 139. honorificam Mastrilli mentionem facit.

CARMEN LATINUM

In THOMÆ *laudem*,

Quod Hieronymus Pilus, & Denti Roccæcolumbæ Princeps, ex Marchionibus Marinæi, & Capacii Comitibus, eleganter cecinit.

Hoc memores, MASTRILLE, tui tibi pignus amoris
Solvimus, ut nostri tu memor esse velis;
Tu memor, excelsa qui nunc in sede tuarū
Lumine virtutum splendidiore nites;
Quiq. Deo propior pro nobis sæpe precari,
Pro Patria, & sancta Relligione potes.
O! utinam, quæ certa cano, completa viderem,
Et tantùm nobis invida fata darent,
Spero, Thienæ quod tu nova gloria gentis,
Tertius ex illis, quos veneramur, eris.

CARMINA ETRUSCA

In ejusdem Viri commendationem.

Ex Petro la Grua Imperialis Collegii Convictore.

Perche mostro crudel, invida morte
Scocchi lo strale, e'l grand'Eroe ci togli?
Perche del più bel fregio il mōdo spogli,
Empia, che ad ogni mal schiudi le porte?
Perche mostro crudele, invida morte?
Mira tralle tue prede, e poi raccogli
Se preda mai simile è tocca in sorte
A tua fierezza, onde colpir tu sogli
O'l giusto, o'l santo, o l'innocēte, o'l forte.
Perche mostro crudele, invida morte?
Ecco spento lo zelo, e l'onestate
In un sol giorno, e gli occhi miei dolenti
Due fonti spandon per le strade usate.
Ecco spento lo zelo, e l'onestate.
Non morío nò, che vive in grembo a Dio,
Morte rispose allora in tali accenti.
Perche dunque riprendi il colpo mio?
Non morío nò, che vive in grembo a Dio.

Ex Joanne Platamoneo ejusdem Collegii Convictore.

Quella cetra gentil, che gl'aspri monti
Trasse col dolce armonioso canto,
E le non dome belve, e i freschi fonti,
E che sola fra tutte ottenne il vanto;
Cantò de' grandi Eroi gl'egregi, e conti
Fatti; mai pòi che te Tommaso alquanto
Lodò con rime ardite, e versi pronti,
E i pregi, c'a te fan corona, e manto,
Parmi vederla a un verdeggiante alloro
Pendente star, che il caro suo Pastore
Sprezza, e l'arte sua dolce, e'l suo lavoro:
E parmi, che sdegnosa in tutte l'ore
Dica superba de' Pastori al coro
Non sie chi di toccarmi abbia l'onore;

V

VINCENTII GARSIÆ
Clerici Regularis
ELOGIUM LVII.



INCENTIUS GARSIA Panormitanus Clericus Regularis, Josephi Garsię Marchionis Savochettæ, & Margaritæ Roselli filius, Clericorum Regularium Ordinem iniit Panormi decima nona Martii 1668. in Divi Josephi Ædibus; ubi 25. Maji 1670. solemnibus sese votis auctoravit. Emensus Philosophica, ac Theologica spatia, primùm in sacris concionibus operam posuit, declamavitque e suggestu aliquot annos non sine auditorum profectu, & voluptate. Dein formandis aliorum moribus admotus, Tyronum Magisterium magno cum religiosæ juventutis emolumento gessit. Pietati siquidem, ac regulari observantiæ cum paucis addictus, omnibus exemplo magis, quàm verbis præluxit. Ob id variis Præfecturis cohonestatus est: nam sexies Præpositi munere sodales suos in utraque Panormitana Domo S. Josephi, & Beatæ Mariæ Virginis a Catena rexit. Quinquies Siciliæ visitationem obivit. In expiandis mortalium noxis plurimùm allaboravit: posuitque præcipuum studium in dirigendis ad Christianæ perfectionis culturam animabus suæ curæ concreditis; e quibus nonnullæ sanctimoniæ laude floruêre, ut inter alias Maria Salvatora Perez Ordinis Prædicatorum, soror conversa in Asceterio Monialium S. Catharinæ Virginis, & Martyris, quæ cœlestis ejus doctrinæ pabulo per decem & amplius annos enutrita, toti Monasterio, quâ humilitate, quâ patientiâ, animiq. candore, ac cæteris virtutibus præfulsit. Cujus quoque vitæ seriem efflagitantibus ejusdem Monasterii Sanctimonialibus italico idiomate conscripsit, & evulgavit. Denique ætate jam defecta, & adversa valetudine laborans, pias exercitationes, omnesq. regularis observantiæ leges nunquam prætermisit, ac propè octogenarius variis conflictatus morbis, supremum diem clausit 16. Febr. 1732.

Mentionem ipsius facit Antoninus Mongitore in libro: *Panormus devota Deiparæ Virginis tom. 2. pag. 256.* in elogio ejusdem Mariæ Salvatoræ Perez. Item *de Ecclesiis Panormitanis cap. Ecclesia S. Josephi, & S. Mariæ de Catena.* Edidit

Compendio della vita, e virtù di Suor Maria Salvatora Perez Palermitana, Sorella professa nel venerabile Monistero di S. Catarina Vergine, e Martire dell'Ordine de' Predicatori. Panormi typis Felicis Marini 1717. in 8.

CARMINA LATINA
In VINCENTII laudem.

I.

Pluribus in terris vixit Vincentius annis
Dotibus & meritis dives ubique suis.
Quæ micuit pietas illi puerilibus annis
Visa eadem miris crescere adulta modis.
Divorum hinc cultus, nitor aræ, & cura sacrorum,
Atque Dei zelus, Relligionis honos.
Eximius legum custos, rectorque suorum
Lentus agit, loquitur pareius ore gravi.
A puero castus, pudor ora, modestia vultum
Exornant mores cor animumque simul.
Virtutum splendore nitens, velut ætheris astrum
Emicat & radios mittit in orbe suos.
Percussus nuper crudeli vulnere lethi
Decidit, at nostro in pectore vivit adhuc.

II.

Relligio, integritas morum, custodia legum
Sunt tibi Vincenti *fœdere juncta simul.*
Quæ dum in corda hominum transfundere curas,
Fit probitas vitæ lex animata tuæ.

DISTICHON
Ex Hieronymo Pilo Roccæcolumbæ Principe.

Exemplar morum, vitæ præceptor, honorum
Contemptor, columen pauperum, honor Patriæ.

VIN-

VINCENTII MIGNIÆ
Clerici Regularis
ELOGIUM LVIII.



INCENTIUS MIGNIA Panormitanus, Clericus Regularis, germanus frater Venerabilis Josephi Migniæ, (de quo supra) quinto decimo ætatis anno Theatinæ disciplinæ se mancipavit Panormi in Divi Josephi Domo 17. Octobris 1609. ubi in sequenti mox anno vota pronunciavit 18. ejusdem mensis. Humanioribus literis, severioribusque excultus scientiis, vires omnes ad eloquentiæ studium convertit, cujus latices in præcipuis Siciliæ civitatibus effudit, tantaque eruditione repletus inclaruit, ut magnum literatorum concursum ad suas conciones evocaverit. Syracusis, ubi diù moram protraxit, bis auditus est in quadragesimali curriculo magno cum plausu, & assensione omnium. Virtutibus insuper ornatus, velut bonorum exemplar inter suos refulsit. Regularis observantiæ fuit etiam tenacissimus, a cujus legibus ne latum unguem discedebat. Orationi summopere deditus, plusculas diei horas divinis dabat commentationibus. Animarum salute æstuavit, pluresque inveteratos peccatores à vitiorum cœno, quâ privatis monitis, quâ ignitis sermonibus ad meliorem frugem traduxit. Denique laboribus, & morbis consumptus Panormi mortalitatem exuit 3. Julii 1666. ætatis suæ 72.

Ipsius meminit Philadelphus Mugnos *in Theatro Geneolog. Nobilit. Siculæ par. 2. fol.* 87. Ast ejus laudes habes apud Antoninum Mongitore *in Biblioth. Sicula tom. 2. fol.* 289. ubi legitur sequens elogium. *Vincentius Mignia Panormitanus, Ordinis Clericorum Regularium, inter quos solemnia emisit vota Panormi* 28. *Octobris* 1610. *Gravioribus disciplinis eruditus, doctrina, & pietate insignis effloruit. Vivebat anno* 1662. *senectutem adeptus*. &c.

Edidit ex eodem Mongitore sub anagrammatico nomine Ignatii Munneci *Breve relazione della vita esemplare, e santa morte del Molto Rev. P. D. Giuseppe Mignia Palermitano, Chierico Regolare*. Neapoli apud Ægidium Longum 1662. in 8.

CARMEN LATINUM
In ejusdem laudem,

In quo Vincentius, qui diù vixit, comparatur cum ipsius germano fratre Josepho in florenti ævo sublato ex peste ob eximiam in proximos charitatem.

Par tibi cum fratre est virtus, & Numinis ardor,
Vincenti, at dispar sors inimica fuit.
Te siquidem mors blanda diù servavit ad arma:
Illum proximi amor sustulit ante nimis.
Præmia quæ prius accepit, qui mortuus ante,
Reddita sunt serò centuplicata tibi.
Quippe ad canitiem deducens usque juventam
Præclaris meritis en cumulatus obis.

Ex hactenus recensitis quinquaginta octo Theatinis Scriptoribus Ven. Domûs S. Josephi Cleric. Regularium Urbis Panormi

HABES HIC, AMICE LECTOR,

SEx illustres viros, qui ecclesiastica fulgentes dignitate, meritis suis, & honoribus præfatam Divi Josephi Domum nobilitarunt; cujusmodi sunt, Joseph Maria de Thomasiis S. R. E. Presbyter Cardinalis, Joseph Cicala Messanensium Archipræsul, Franciscus de Neapoli Belcastrensis Episcopus, Cajetanus de Castillo Liparensium Præsul, Hieronymus Ventimiglia ejusdem Ecclesiæ Pastor, & Bartholomæus Castellus Mazariensium Antistes.

Octo verò humanæ gloriæ, & honorum contemptores insignes, qui collatas sibi, vel oblatas primarias dignitates ecclesiasticas, heroica humilitate respuerunt: nempe laudatum superius Josephum Cardinalem de Thomasiis, qui licèt Romani Pontificis Clementis

mentis XI. coactus imperio sacram Purpuram acceptaverit, illam tamen ante Pontificium præceptum, fortiter, constanterque rejecit; Franciscum de Monacho, qui Rhemensem Archiepiscopatum in Gallia; Benedictum de Porto, qui Siciliæ Episcopatum; Carolum de Thomasiis, qui Pactensem Cathedram; Franciscum Maggium, qui infulam in Regno Neapolis; Joannem Gisulfum, & Josephum Buccafochium, qui Mazariensis Ecclesiæ regimen recusarunt.

Patres quoque sanctimoniæ famâ celebres viginti, videlicet Andream Cirinum, Antoninum Ventimiglia, Antonium Jardina, Bartholomæum Castellum, Benedictum de Porto, Carolum de Tomasiis, Christophorum Castellum, Emmanuelem Calascibetta, Franciscum, & Hieronymum Maggios fratres, Hieronymum Pilum, Joannem la Rosa, Joannem Saccarellum, Joannem Baptistam Pilum, Josephum Mignia, Josephum de Thomasiis, Petrum Jardina, Petrum Cajetanum Orioles, Placidum seniorem Vannum, & Thomam Mastrillum.

Missionarios Apostolicos sex, qui zelo fidei succensi, ad infidelium regiones immigrarunt; nempe Antoninum Ventimiglia, Antonium Jardina, & Christophorum Castellum &c.

Tres etiam flagrantissimos viros, qui charitate erga proximos æstuantes, ultro sese pestilentiæ tempore ægrotantium famulatui manciparunt, vel saltem ad ministranda eis sacramenta sponte obtulêre, cujusmodi sunt: Augustinus Arata, Joseph Mignia, & Jo. Bapt. Pilus.

Duos supra viginti præstantissimos Theologos, qui insigni doctrina præditi effulsêre, nempe Albertum Fardella, Antoninum Diana, Antoninum Marchesium, Bartholomæum Castellum, Cajetanum de Castillo, Carolum de Thomasiis, Clementem Ficarra, Franciscum de Monacho, Franciscum de Neapoli, Hieronymum Maggium, Hieronymum Matranga, Hieronymum Ventimiglia, Joannem la Rosa, Joannem Baptistam Arata, Josephum Buccafochium, Josephum de Thomasiis, Lucium Crescimannum, Petrum Cajetanum Orioles, Petrum Paternonium, Philippum Setajolum, Placidum seniorem Vannum, & Rosarium de Valle; exceptis viventibus.

Juris utriusque Doctores, qui causarum Patronos non sine doctrinæ, & integritatis laude egerunt, tres; Clementem scilicet Ficarra, Franciscum Buscellum, & Joannem la Rosa.

Decem celeberrimos elapsi sæculi Verbi divini præcones, qui eloquentiæ latices per Trinacriam, Italiam, Galliam, Hispaniam, atque Germaniam effuderunt, videlicet Franciscum de Monacho, Franciscum de Neapoli, Hieronymum Ventimiglia, Hippolytum Falcone, Jo. Baptistam Arata, Josephum Buccafochium, Josephum Cicalam, Josephum Gelosum, Philippum Setajolum, & Placidum seniorem Vannum.

Tres alios supra viginti eximios Ecclesiastes, qui Evangelii prædicationem in Quadragesimæ feriis, vel in festis anni, & Adventûs diebus, vel denique in vespertinis horis per Siciliam & Italiam disseminarunt: nimirum Andream Cirinum, Antoninum Marchesium, Antoninum Ventimiglia, Antonium Jardina, Augustinum Arata, Bartholomæum Castellum, Cajetanum de Castillo, Christophorum Castellum, Emmanuelem Calascibetta, Franciscum Lucchesium, Franciscum Maggium, Franciscum Setajolum, Franciscum Spinellum, Joannem Gisulfum, Josephum Ant. Amatum, Mauritium Bargelinum, Michaelem Angel. Filingerium, Petrum Cajet. Orioles, Petrum Paternonium, Petrum Setajolum, Placidum juniorem Vannum, Rosarium de Valle, & Vincentium Mignia.

Denique octo & triginta eximios viros, qui vitæ probitate, morumque integritate spectatissimi fuêre: quorum nomina recensere hìc prætermittimus, cùm inter ipsos aliqui sint viventes: sequuti S. Maximi monitum, qui homilia 59. de talibus ait: *Lauda post vitam, magnifica post consummationem.*

FINIS.

IN-

INDEX MATERIARUM,

Quas Theatini Scriptores Ven. Domûs S. Josephi Urbis Panormi illustrarunt.

Item

JUS CANONICUM.

IN Jus Canonicum, sive in sacros Canones eruditè scripsêre Antoninus Diana, Andreas Cottonus, Franciscus Maggius, Franciscus de Monacho, Franciscus de Neapoli, Gaspar Filingerius, Hieronymus Maggius, & Joannes la Rosa.

Franciscus de Neapoli fecit

Sanciones Canonicas, & Decreta Synodalia.

Gaspar Filingerius scripsit

Dissertationem Canonico-Moralem de quarto funerali.

Hieronymus Maggius

Allegationes de irregularitate pro Domino Francisco Catalano.

Joannes la Rosa

Consultationes Canonico-Morales.

JUS CIVILE.

DE Jure Civili egit Franciscus Buscellus, qui vulgavit

Allegationes pro Porsia de Regio contra Spect. Jacobum de Syracusa.

RITUS, SIVE CÆREMONIÆ SACRÆ.

IN materia Rituum eruditè scripserunt Franciscus Maggius, Joseph Buccafochius, & Joseph de Thomasiis.

Franciscus Maggius edidit libros

De sacris Cæremoniis circa domus Dei decorem, salutationem Angelicam, & ecclesiasticam honestatem. tom. 1. in fol.

De sacris Cæremoniis obiri solitis in Dei Templis, & Monasteriis. tom. 1. in fol.

De sacris Cæremoniis, quæ in præparatione ad Missam, & in tremendo Missæ sacrificio obiri debeant. tom. 1. in fol.

Calateum religiosum, actus dedecentes, & indecoros enumerantem, ab omni sacro Deo homine procul eliminandos. tom. 1. in fol.

Castaldinam praxim sacrorum rituum mendis expurgatam, & multis annotationibus auctam.

Rituale Theatinum Sanctimonialium, ac Virginum in Eremo, ac Congregatione degentium.

Formam tradendi scapulare cæruleum.

Rito nell'ingresso delle Vergini Teatine nella Congregazione della Ven. Orsola Benincasa.

Joseph Buccafochius scripsit

Ideam Theologico-Moralem, in qua Sacerdotum dignitas, ritus, cæremoniæ, Missæ stipendia explicantur.

Joseph de Thomasiis vulgavit

Breviculum aliquot monumentorum veteris moris, quo Christi fideles ad sæculum usque decimum utebantur in celebratione Missarum.

Codices Sacramentorum nongentis annis vetustiores, nimirum libros tres Sacramentorum Romanæ Ecclesiæ, Missale Gothicum, sive Gallicanum, vetus Missale Francorum, Missale Gallicanum vetus.

Responsorialia, & Antiphonaria Romanæ Ecclesiæ a S. Gregorio Magno disposita.

Antiquos libros Missarum Romanæ Ecclesiæ, idest Antiphonarium S. Gregorii Papæ, &c.

De privato ecclesiasticorum officiorum Breviario extra Chorum.

Officium Dominicæ Passionis.

Memorialem Indiculum veteris, & probatæ in Ecclesia consuetudinis concedendi Indulgentias.

Catechesim S. Augustini de catechizandis rudibus.

Officio privato di S. Gaudenzio Vescovo di Rimini.

Messa per la buona morte conceduta dal Sommo Pontefice Clemente XI. a richiesta del Gran Duca di Toscana Cosimo III.

PHILOSOPHIA.

UTramque Philosophiam, Platonicam scilicet, & Aristotelicam, eruditè explanarunt Andreas Cirinus, qui pariter de natura quorumdam animalium disseruit, Carolus de Thomasiis, Franciscus de Monacho, Lucius Crescimannus, & Michael Angelus Filingerius.

Andreas Cirinus explanavit

Philosophiam Platonicam.

Philosophiam Epicteti, sive de Constantia.

Scripsit.

De venatione, & natura animalium.

De natura, & solertia Canium.

De natura Piscium.

De natura Elephantum.

Carolus de Thomasiis edidit

Epistolam ad Alexandrum VII. de mira utriusque Philosophiæ naturalis, & divinæ harmonia.

Fran-

AD

AD ACADEMIAS PERTINENTIA.

DE SSS. TRINITATE, EJUSQUE LAUDIBUS.

DE CHRISTO DOMINO, EJUSQUE PASSIONE.

DE BEATA VIRGINE MARIA, EJUSQUE LAUDIBUS.

HISTORICÆ SACRÆ, ET PROPHANÆ.

Fran-

CONCIONES QUADRAGESIMALES.

SERMONES SACRI.

PANEGYRES, ET ORATIONES VARIÆ.

Bre-

GRAMMATICÆ DIVERSORUM IDIOMATUM.

Fran-

Franciscus Maggius

Syntagmata linguarum Orientalium, quæ in Georgiæ regionibus audiuntur. tom. 2. in fol.

Scholam Turcicam, quâ unusquisque facilè Turcarum sermonem legere, scribere, loqui, & discere possit.

MISCELLANEA.

IN Andreas Cirinus scripsit

IN Petronium arbitrum notas.

Carolus de Thomasiis

Caramuelis Protheum in formas 722. 131. 300. variabilem.

Constituzioni di S. Francesco di Sales per le Monache.

Franciscus Maggius

De Clericorum Regularium institutis dissertationes.

In Constitutiones Clericorum Regularium notas.

Notas in decreta Capitulorum Generalium.

Animadversiones ad Josephi Silos historias.

De iis, quæ Religiosis Ordinibus Eremitici, sive arctioris Cœnobii constructionem suadent.

Regulam pro Theatinis Sanctimonialibus Eremiculis ordinatam, dilucidiorem redditam, ac multis declarationibus auctam.

Regulam Vener. Ursulæ Benincasæ pro Virginibus Theatinis ordinatam.

Joseph de Thomasiis

Constituzioni delle Monache Benedettine del Monistero della B. Madre di Dio Maria.

ERRATA	CORRIGE.
Pag.	
4. Cherico	Chierico
8. Reina	Reyna
15. Reccaberti	Roccaberti
Ibid. Archivo	Archivio
17. Transmiera	Trasmiera
18. sequitur	sequere
Ibid. Lagunam	Luganam
Ibid. Lagunæ	Luganæ
20. Filippinus	Philippinus
34. Rainerus	Raynerus
40. Bibliothæca	Bibliotheca
Ibid. Olysiponam	Ulyssiponem
55. asservantur	asservatur
57. Tertiam	Ter etiam
65. odoremque	odorem
71. fuerint	fuerint
Ibid. Heroes	Heroas
76. emendatus	emendatior

ERRATA	CORRIGE.
Pag.	
77. armonia	harmonia
80. Mirensis	Myrensis
86. Idochus	Idocus
106. Bartholo.	Bartholomæo
129. Exametris	Hexametris
138. ab	ad
Ibid. multis	mutis
170. Accademus	Accademicus
Ibid. supra hominum	supra hominum conditionem
Ibid. mutabam	mulctabam
194. Modonæ	Mutinæ
196. beationes	beatiores
237. Acutorem	Auctorem
240. Paternionii	Paternonii
Ibid. Paternionius	Paternonius
259. prende	prede

AUCTOR AD LECTOREM.

ERrores si fortè alios mi Lector amice
Comperis hìc, prona corrige mente, precor:
Namque tibi facienti hoc grates ipse rependam;
Et libri Cusor basia mille dabit.



